This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 469319 DUPL


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

Dav
7 8 1.9
F 13
1 1 8


ΟΜΗΡΟΣ
IO. ALBERTI
FABRICII
BIBLIOTHECA
GRÆCA.

JO. ALBERTI FABRICII,

SS. THEOL. D. ET PROF. PUBL.

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ VOLUMEN NONUM,

SIVE

LIBRI V. PARS V. ET ULTIMA,

IN QUA

PRÆTER MULTOS ALIOS, TRADUNTUR SCRIPTORES, QUI VITAS SANCTORUM, MONACHORUMQUE COMPOSUERE; ET DE THEODORIS, ANASTASIIS, JOANNE PHILOPONO, PHOTIO, SCRIPTISQUE CENSURÆ EJUS SUBJECTIS, AC DE SUIDA PLENIUS DISSERITUR.

ACCEDUNT NONNULLA HACTENUS INEDITA, UT XENOCRATIS DE ALIMENTO EX AQUATILIBUS, LONGE QUAM GESNERUS EUM OLIM VULGAVERAT, PLENIOR: HIMERII ORATIO QUA ATHENIS JULIAN. IMP. EXCEPIT: SPECIMEN LEXICI PHOTII: NEC NON MAXIMI SOPHISTÆ DE OBJECTIONIBUS INSOLUBILIBUS ELUDENDIS ET TROILI PROLEGOMENA RHETORICA.

HAMBURGI,
SUMTU VIDUÆ THEODORI CHRISTOPHORI FELGINERI. A. M DCC XXXVII.


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TURRIS
CIRCUMSPICE

Davidson
711.F
F13
1918

fuiſſes. Meum vero animum hæc ita ceperunt, ut ex quo tempore Divino nutu in ampliſſimum Ordinem cooptatus es, cauſſas viſus mihi ſim præclariſſimas nactus eſſe gaudendi, proſperaque ominandi noſtræ Reipublicæ, & gratulandi mihi, bonisque literis quas amas impenſe, & quorum ſtudiis dignum ut ponas pretium, eruditioni Tuæ debes. Jamdiu igitur cupiens aliquo publico documento meum Tibi declarare devotum animum, tenue hoc quod poſſum, & quod in promtu mihi eſt, offero munuſculum, præſentemque novam lucubrationem meam, prælis modo abſolutam, atque præclarorum aliquot ingeniorum, veteri memoria celeberrimorum notitiam & ſcripta complectentem, honoratiſſimo Nomini Tuo conſecro. Hoc itaque quod velim eſſe pignus perenne ac publicum mei in Te amoris meæque obſervantiæ, ut ſerena fronte a me ſuſcipias, etiam atque etiam Te rogo, atque ſuſceptum a Te iri, de æquitate

Tua & in me benevolentia prorſus mihi perſuadeo. Deus ter Opt. Max. Te, VIR AMPLISSIME, lætum ac valentem jubeat vivere diutiſſime in Patriæ & communis Salutis incrementum ac decus: omnibusque cumulatum bonis, & nova ſubinde ornamentorum acceſſione merita ac virtutes Tuas per lætiſſimam ſobolem in ſeram propagare poſteritatem. Scripſi Hamburgi III. Id. Sept. Anni Chriſtiani cIↃ IↃ ccxIx.

AD

AD LECTOREM.

uod nunc in conſpectum Tuum audet prodire Volumen Bibliothecæ Græcæ novum, non pauciores, quam ſuperiorum quodlibet, eximios ac præclaros Scriptores Tibi ſiſtit, & non minore quam illa digeſtum ſtudio, erroribus ſuis atque ignorationi ſcriptoris vel incogitantiæ, parem ab æquitate Tua expetit veniam, exſpectatque.

Aliquam tomi hujus partem à *Photio* impleri & *Suida*, nec miraberis nec indigne feres, cum bini hi ſcriptores ſint haud dubie, quibus minime contemnendam veteris hiſtoriæ Græcorum litterariæ portionem unice debemus. Itaque de his obiter & in transcurſu dicere, paullo pleniorem Græcorum ſcriptorum notitiam tradere aggreſſo, ineptum viſum merito fuit: cumque de multis apud Photium, de multis apud Suidam ſcriptoribus fiat mentio, de quibus altum apud alios ſilentium obſervatur; duxi operæ pretium, non modo de *Photio* & ejus ſcriptis paullo accuratius tradere, ſed & omnium in ejus Bibliotheca me-

)( )(mora-

moratorum scriptorum notitiam variis observationibus illustratam adjungere. Similiter qnæcunque *Suidas* per magnum suum Lexicon de Scriptoribus exponit, certe præclara; ego novissimam eruditissimi Kusteri secutus editionem, illa cuncta in unum congessi fascem, ac meis quibusdam observationibus adspersis, emendatius etiam hinc inde aliqua tradidi vel accuratius transtuli. Ut vero, quod in aliis consuevi facere, etiam in hujus Voluminis fronte, eorum quæ in illo Tibi offeruntur, indice consignato, laborem opus ipsum perlustrandi atque evolvendi sublevem, en Tibi capitum singulorum elenchum:

CAPUT XXXII. PALLADII Galatæ, Episcopi Helenopolitani ætas p. 2. Ejus Historia Lausiaca p. 4. editiones p. 5. Auctor Dialogi de vita S. Chrysostomi, diversus ab illo *Palladio* p. 6. Dialogi illius editiones. p. 9. Liber de gentibus Indiæ & Bragmanibus. p. 10. *Palladii* alii, ultra quinqvaginta. ibid.

De Disputatione GREGENTII Archiepiscopi cum Herbano Judæo, qvam Palladio Alexandrino Caspar Barthius tribuit. p. 14. Exordium ineditum ex Codice Slavonico in Bibl. Regia Berolinensi. p. 15. *Leges* ac statuta Abramii Regis, Gregentio scriptore, *MSS.* p. 16.

De HERACLIDIS Cyprii paradiso. p. 16. Heraclidæ varii, plus quàm quinquaginta p. 17.

De Prato sive novo paradiso JOANNIS MOSCHI Evcratæ p. 21. quod opus ab aliis SOPHRONIO tributum p. 28.

Anonymi ἀνδρῶν ἁγίων βίοι. p. 25. Varia γεροντικὰ, πατερικὰ, Patrum vitæ & Apophthegmata p. 25. Novus *Paradisus* JOANNIS GEOMETRÆ, p. 26. MAXIMI MARGUNII p. 27. AGAPII ibid.

HERIBERTI ROSWEIDI Vitæ *Patrum* p. 27. Ejus fasti sive Catalogus

talogus Sanctorum, & promissum vastum de Sanctisopus p. 29.

Historia Christiana Veterum Patrum, editore LAURENTIO de la BARRE. p. 30.

Scriptores de vitis Patrum ac Monachorum dubii, MSti, vel deperditi, Græci Latiniqve p. 32.

Scripta de Sanctis, nec non Menologia, Menæa &c. Ecclesiarum Orientalium. p. 33.

Scripta de sanctis, nec non Calendaria, Martyrologia &c. Ecclesiarum Occidentalium. p. 35.

Recentiorum collectiones de Sanctis p. 40. Hagiologia & Martyrologia qvædam specialia p. 42. Calendaria Ecclesiastica, Martyrologia & Vitæ Sanctorum, lingvis vernaculis p. 45. Martyrologia Protestantium. p. 47.

Vitæ, Martyria & Encomia Sanctorum Græce scripta ordine Sanctorum Alphabetico, & additis verbis Græcis qvibus singula incipiunt, & his qvas SIMEONIS METAPHRASTÆ viri dicti esse existimant, appositus astericus. p. 48-152. Index emendatior pluribus locis, & altero tanto auctior qvam exstat Volum. VI. p. 510.

CAPUT XXXIII. THEODORI MOPSVESTENI ætas & vita. p. 153. de ejus scriptis p. 157. de fratre Theodori POLYCHRONIO, hujusqve scriptis p. 165. De Theodoris variis qvi Græce scripserunt, pluribus qvam centum. pag. 167.

Index Scriptorum & hæreticorum qvorum mentio apud Leontium Byz. libro de Sectis, p. 167. & in libris Leontii adversus Nestorium & Eutychen. p. 172.

De THEODORO ABUCARA ejusqve scriptis p. 176.

De THEODORO BALSAMONE p. 184. alii Balsamones. ibid.

De THEODORO GAZA. p. 192.

THEODORI MELITENIOTÆ proœmium in Aſtronomiam Græce & Latine cum Iſ. Bullialdi verſione integrum exhibetur p. 199-213.

De THEODORO METOCHITA. p. 214. alii Metochitæ. ibid. Tituli capitum CXX. in Miſcellaneis ineditis Theodori Metochitæ, Græce & Latine p. 218-228.

De THEODORO RAITHUENSI. p. 232.

De THEODORO STUDITA. p. 234. Index eorum ad qvos editæ & ineditæ Theodori hujus Epiſtolæ. p 238. De ſcriptis ejus editis p. 236. 243. & ineditis p. 246.

CAPUT XXXIV. Scriptores Sæculi V. de qvibus alibi dictum. p. 251. De PHILONE Carpaſio p. 252. ISIDORO Peluſiota. p. 253. De Iſidoris aliis circiter qvadraginta p. 256.

De ANTIOCHO Ptolemaïdis Epiſcopo p. 259. & de ANTIOCHO Monacho ejusqve ſcriptis p. 260. Ejus elenchus hæreſium, variis locis emendatior. p. 262. De aliis Antiochis. p. 265.

De SEVERIANO Gabalorum Epiſcopo p. 267. Alii Severiani p. 269.

De THEODOTO Ancyrano. p. 269. alii Theodoti p. 272.

De ANTIPATRO Boſtrenſi p. 274. Antipatri alii p. 275. De CANDIDO Iſauro & aliis Candidis p. 276. De SIMEONE STYLITE p. 277. alii duo juniores p. 279.

De JOHANNE Hieroſolymitano. p. 280.

De NESTORIO hæretico ejusqve ſcriptis p. 283. 303. ſeq. 321. De Neſtorii hæreſi ſcriptores veteres Græci p. 286. Latini p. 287. & recentiores p. 289.

Index ſcriptorum & Epiſtolarum in Actis Concilii Epheſini A. C. 431.

431. & Chalcedonenſis A. 451. celebrati, nec non in Codice Encylico & in Synodico Caſinenſi adverſus Tragœdiam Irenæi Tyrii Neſtoriani. p. 292.

De EUTYCHE p. 310. 299. & DIOSCORO. p. 311. 297.

CAPUT XXXV. De ANASTASIO Sinaita, diverſo ab Epiſcopis duobus Antiochenis hujus nominis p. 312. ejus Hodegus p. 313. Index Scriptorum & hæreticorum qvorum in hodego mentio p. 314. Anaſtaſii qvæſtiones & reſponſiones. p. 324 Index ſcriptorum & hæreticorum qvi in qvæſtionibus illis memorantur. p. 325. Anagogicarum contemplationum in Hexaëmeron libri XII. & Scriptores in illis laudati p. 328. Alia Anaſtaſii Sinaitæ ſcripta p. 330. Scripta Anaſtaſii Antiocheni Epiſcopi edita p. 332. inedita & deperdita p. 334. Alii Anaſtaſii ultra qvadraginta pag. 336.

CAPUT XXXVI. De SEVERO Antiocheno p. 343. 322. Severi alii p. 349. De OLYMPIODORO p. 351. Olympiodori alii ibid. Index ſcriptorum in Olympiodori Commentariis ad Meteorologica laudatorum. p. 352. De ZACHARIA Scholaſtico p. 355. Zachariæ qvidam alii p. 357.

CAPUT XXXVII. De JOANNE PHILOPONO Grammatico p. 358. alii Johannes Grammatici. p. 360. Scripta Joannis Philoponi edita. p. 360. inedita vel deperdita p. 366. Index ſcriptorum laudatorum à Philopono in Hexaëmeron p. 361. in libris contra Proclum de mundi æternitate. p. 602. in commentariis ad Ariſtotelis libros pag 605.

CAPUT XXXVIII. De PHOTIO Patriarcha CPol. p. 369 Synodi in cauſſa Photiana celebratæ p. 370. Scriptores de cauſſa Photiana, Photio infeſti p. 372. & Photio æqviores. ibid. Photii alii circiter XX. p. 373. Photii Bibliotheca p. 374. editiones p. 379. Verſiones affectæ aut ineditæ, vel editiones promiſſæ p. 380. Index ſcriptorum, de qvibus Photius diſſerit, ordine codicum Bibliothecæ expoſitus, & variis illuſtratus obſervationibus p. 384-508. Index

Alphabeticus ſcriptorum, de qvibus vel ex inſtituto diſſerit, vel qvorum obiter in Bibliotheca Photii mentio. p. 509. De Photii Epiſtolis pag. 519. Index eorum ad qvos Photius ſcripſit. p. 552. libri contra Manichæos p. 555. Index ſcriptorum contra Manichæos & Manichæorum qvorum Photius meminit p. 557. Nomocanon. p. 558. De aliis editis Photii ſcriptis p. 560. nec non de Amphilochiis, aliisqve ſcriptis ineditis p. 561. ſeq. Specimen Lexici inediti duplicis Photiani. p. 567. Scripta Photii deperdita p. 569. Ejus lucubrationes adverſus Latinos ſuppreſſæ & exuſtæ flammis ibid.

Loca emendanda in *S. Hippolyto* περὶ τοῦ παντὸς (T. 1. edit novæ p. 220.) p. 389.

Scriptorum adverſus *Maſſalianos* indiculus p. 391. & *Maſſalianorum* pag. 392.

Præfatio *Timæi* Sophiſtæ ad librum ſuum de vocibus apud Platonem. pag. 419.

Index ſcriptorum in MOERIDIS Atticiſta allegatorum. pag. 420.

Index ſcriptorum è qvibus Sopater eclogas ſuas collegit pag. 424.

HIMERII Sophiſtæ Oratio ad Julianum Imp. dicta in Panathenæis, & nunc primum Græce edita. p. 426.

Index ſcriptorum in EUSTRATII libro de vita functorum ſtatu memoratorum. p. 432.

Index ſcriptorum laudatorum à *P*tolemæo Hephæſtione. p. 441.

Index ſcriptorum ex qvibus ORIBASUS *M*edicus libros ſuos compoſuit. p. 452.

XENOCRATES de alimento ex aquatilibus, Græce & Latine (cujus partem vix tertiam olim Geſnerus vulgavit) p. 454.

Index

Index Scriptorum quorum ex Ephraimo Antiocheno Photius meminit. p. 479.

Index ſcriptorum qvorum apud Eulogium mentio. p. 482. vel apud Steph. Gobarum p. 486. eorum item è quibus collectæ Anonymi χρήσεις Patrum, Photio laudatæ. p. 485.

Index ſcriptorum laudatorum in Procli Chreſtomathia. p. 490. atque in exerptis è Damaſcio de vita Iſidori. p. 491. & ex Helladio Beſantinoo. p. 504.

CAPUT XXXIX. MAXIMI Sophiſtæ, qui Juliani Imp. temporibus clarus fuit, de objectionibus inſolubilibus ab Oratore declinandis & eludendis, p. 570-586. Græce & Latine.

TROILI Sophiſtæ (huic enim ex Codice MS. tribuuntur à Gerhardo Langbænio in notis ad Longinum p. 17. edit. Jac. Tollii) Ptolegomena Rhetorica, ſine nomine Autoris nuper edita ab eruditiſſimo Montfaucono, Græce & Latine, p. 586-599.

De Artium & Diſciplinarum inventoribus, ex Codice Coisliniano. p. 599.

CAPUT XL. Lexica Græca & Concordantiæ, de quibus alibi dictum p. 620. 621. De SVIDÆ nomine & ætate. p. 622. Svidas alius antiquior. p. 626. De ſcriptoribus è qvibus Lexicon ſuum Svidas congeſſit. p. 627. & ſpeciatim de Scholiis ad Ariſtophanem. p. 628. De iis qvæ in Svidæ labore eruditi reprehendunt merito ac deſiderant. p. 629. Ordo litterarum in Svidæ Lexico diverſus a recepto communiter uſu. p. 633. De Svidæ editionibus p. 633. ſeq. An Robertus Lincolnienſis Svidam verterit Latine p. 635. De Svidæ editionibus affectis ac promiſſiis. p. 636. Nævi editionis ab Æmilio Porto curatæ. p. 637. ſq. Codices Svidæ MSS. p. 644. De noviſſima Clariſſ. Kuſteri editione p. 645. ſeq. ſcripta poſt illam edita, Svidæ illuſtrando. p. 646. Vitæ Imperatorum è Svida collectæ p. 624. Proverbiorum

biorum Centuriæ p. 635. & *in addendis.* Svidæ Epitome MS. à Thoma Cretensi composita. p. 649. Etymologicon Svidæ ineditum p. 650. Index scriptorum, qui Svidæ præmitti solet, variis observationibus illustratus, in qvibus de Lexicorum scriptoribus, *Eudemo*, *Helladio* Alex. *Eugenio* aliisque. p. 651. Index Scriptorum qvorum Svidas notitiam tradit, & de quibus differit per ordinem litterarum. p. 653-819. Index Scriptorum à Svida laudatorum, ex Kusteriana editione, cum nonnullis accessionibus. p. 819.

Monitus sit Lector, Indicem locorum, à viris doctis in Svida, ubi nomina scriptorum ille præterit, investigatorum, nec non tractationem de Etymologico magno atque aliis Lexicis, una cum capitibus adhuc reliquis, ob nundinas imminentes rejecta fuisse in Appendicem hujus Voluminis noni, quæ proxime, ut speramus, lucem videbit.

BIBLI-

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ VOLUMEN NONUM.

LIBRI V. PARS QVINTA ET ULTIMA.

CAPUT XXXII.

DE PALLADIO Episcopo, HERACLIDE, Jo. Moscho Eucrate, & aliis qui Vitas, Doctrinam & Apophthegmata Patrum, Monachorum & Eremitarum scripto consignarunt.

Palladii Galatæ Episcopi Helenopolitani ætas. 1. *Historia Lausiaca, sive Vitæ Monachorum, ad Lausum præfectum.* 2. *Ejus editiones.* 3. *auctor Dialogi de vita Chrysostomi, diversus ab illo Palladio.* 4. *Dialogi editiones.* 5. *Liber Palladii de Gentibus Indiæ & Bragmanibus.* 6. *Alii Palladii ultra quinquaginta.* 7. *De Disputatione Gregentii Archiepiscopi cum Herbano Judæo, quam Palladio Alexandrino Casp. Barthius tribuit.* 8. *Heraclidis Cyprii Paradisus.* 9. *Heraclidæ varii, plures quam quinquaginta.* 10. *Ejus λειμωνάριον sive pratum.* 11. *Sophronio Hierosol. à quibusdam tributum.* 12. *Anonymi μονα-*

χικὸν,

ναχικῶν, γερεντικῶν & παλαμικῶν sive de Vitis ac Dictis Eremitarum & Monachorum scriptores. 13. 14. *Græca Vitæ Patrum, S. Hieronymo præter rem tributa. id. Jo. Geometræ Paradisus, & Maximi Margunii τῶν λειμωναρίων.* 15. *Heriberti Rosweidi Vitæ Patrum.* 16. *Laurentii de la Barre Veterum Patrum Historia Christiana.* 17. *Timotheus Alex. & alii scriptores de vitis Monachorum deperditi.* 18. *Catalogus scriptorum, historias Sanctorum, illustrantium.* 19. *Supplementum Indicis Vitarum quem dedi Volumine sexto p. 510. sq. in Simeone Metaphraste.* 20.

I.

PALLADIUS Galata a) frater Brissonis Episcopi, natus est A. C. 367. b) & monasticam vitam amplexus anno ætatis vigesimo, (Christi 388.) secundo Theodosii Magni Consulatu: d) Alexandriæ primum, deinde in *Scetensi* Nitriæ Monasterio & hinc in eremi solitudine, ex qua Alexandriam deinde post novennium iterum est reversus. Præter Dorotheum aliosque, *Evagrium* Ponticum e) A. 399. defunctum, Magistrum habuit, unde ipse etiam visus est Origenis f) erroribus

a) Palladius ipse in Hist. Lausiaca c. 43. edit. Hetvet. quærenti Joanni Lycopolitano: *unde nam es & cur venisti? conjicio enim te esse ex contubernio Evagrii*, respondet *se esse hospitem ex Galatia, ex Evagrii sodalitate.* Hæc in Græca editione Meursii p. 98. uti alia plura, non leguntur. In alterius Palladii dialogo de vita Chrysostomi, p. 195. Βριττων δὲ ὁ ἀδελφὸς παλλαδίε ἀποσας ἐπισκοπῆς τῆς ἑαυτῦ ἐκκλησίας ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτῦ διάγει ταῖς γερσὶν ἑαυτῦ τὴν γῆν μεταλλίνων. Hujus Brisonis cum Palladio inter S. Chrysostomi discipulos Episcopos Cedrenus meminit.

b) Vide Usserium Antiquitatt Britannic. c. 16. Tillemontium T. XI. memor. Hist. Eccles. p. 500 seq. Antonium Pagi ad A. 388. Rosweidum in vitis Patrum p. 523. seq.

c) Palladius ipse in præfat. p. 4. edit. Meurfii: τριακοσὸν καὶ τρίτον ἔτος ἄγοντί μοι ἐν τῇ τῶν ἀδελφῶν πολιτείᾳ διῆθεν καὶ ἀπὸ μόνης βίᾳ, ἔτεσι δὲ ἕξ ἐπισκοπῆς, πεπλήκοντα δὲ καὶ τρία τῆς πάσης ζοῆς μου &c.

d) Palladius cap. I. p. 10. edit. Meurfii: πρῶτον τοίνυν παρέσχε ἐγὼ τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν ἐν τῇ δευτέρᾳ ὑπατίᾳ Θεοδοσίε καὶ μεγάλε βασιλέως. De vita Palladii Monastica prolixe Tillemontius T. XI. p. 501. seq.

e) Palladius c 43. *confessus sum me esse ex sodalitate Evagrii.* Socrates de Palladio IV. 22. Εὐαγρίε καὶ ἦν μαθητής. Sic & Nicephorus XI. 46. De Evagrio hoc, qui cum Origene in quinta Synodo condemnatus est A. 553. dixi Volumine octavo superiore cap. XXIV. p. 364. seq.

f) Epiphanius in extremo Epistolæ ad Jo. Hierosolymitanum (inter Hieronymianas 60. novæ edit. 110. p. 829. T. IV.) *Palladium vero Galatam, qui quoddam nobis chorus fuit, & nunc misericordia DEI indiget, cave, quia Origenis hæresin prædicat & docet, ne forte aliquos de populo tibi credito ad perversitatem sui indu-*

erroribus favere, licet ejus rei vestigia g) in scriptis Palladii, quæ exstant, expressa nulla appareant, nisi quod Evagrium & alios quosdam amicos suos laudat. Annos natus tres & triginta, à Joanne Chrysostomo, quem & ipsum Magistrum habuit * & cujus amicissimus fuit (A. C. 400.) ordinatus in Bithynia h) Episcopus Helenopolitanus, i) atque inde in eadem Bithynia sive potius vicina Galatia Asponitanus k) diem obiit ante habitum A. C. 431. Concilium Ephesinum, quippe cui successor Palladii Eusebius Asponitanus l) interfuit.

est erroris. Hieron. prologo dialogi adversus Pelagianos: *Palladius servilis nequitiæ, eandem* (Origenis) *hæresin instaurare conatus est, & novam translationis Hebraicæ mihi calumniam struere.* Non assentior Tillemontio qui de alio Palladio Epiphanium & Hieronymum loqui sibi persuasit. Nam Palladium Helenopolitanum cum Heraclide fuisse Origenianismi suspectos, confirmat etiam Photius Cod. 59. Et acriter perstringit Allatius p. 131. diss. 2. de libris Eccles. Græcorum. Vide & Baron. ad A. C. 388. n. 7. Dulcinum in Historia Origenismi, Gallice edita, libro IV. Eundem Palladium sub Calphurnii nomine perstringi ab eodem Hieron. contra Rufin. non satis certum esse opinor. Paulam Romanam ab Hieronymo à vitæ monasticæ instituto detractam scribit Palladius c. 125.

g) Confer Rosweidum prolegom. XV. ad Vitas Patrum. * Ita Cedrenus & alii. De amicitia Chrysostomi cum Palladio, Palladius ipse c. 43. Lausiacæ auctor & dialogi de vita Chrysostomi & Chrysostomus Epist. ad Palladium dubitare lectorem non sinunt.

h) Palladius c. 43. Hist. Laus. p. 101. edit. Meursii. ἀπὸ τῆς παλαιστίνης πάλιν καλέσαβον τὴν Βιθυνίαν, ἢ ἐν ταύτῃ οὐκ οἶδα πῶς εἶπω, εἴτε ἐξ ἀνθρωπίνης σπουδῆς, εἴτε καὶ ἐξ εὐδοκίας θεοῦ κρεῖττον, μόνῳ ὁ θεὸς ἂν οἶδεν, καταξιώθην τῆς ὑπερ ἐμὲ χειροτονίας.

i) Helenopolis ab Helena Constantini M. matre nomen tulit, civitas Bithyniæ, antea dicta Drepanum teste Nicephoro VII. 49. in qua Episcopus ordinatus Palladius. Unde παλλάδιος ὁ ἑλενουπόλεως vocatur in Codicibus MSS. Historiæ Lausiacæ, & dialogi de vita S. Chrysostomi, nec non in dialogo ipso 131. & apud Photium Cod. 59. atque passim alibi.

k) Socrates VII. 36. ubi exempla præsulum ab uno Episcopatu in alterum translatorum congerit: Παλλάδιος ἀπὸ Ἑλενουπόλεως μεταχθὴς εἰς Ἀσπωνα. Idem ex Socrate legas in Hist. tripartita XII. 8. & apud Nicephorum XIV. 39. Etiam in quibusdam MSS. Codicibus dialogi de vita Chrysostomi Palladium vocari Ἐπίσκοπον Ἀσπόνων testatur nota Codicis Florentini, sexcentorum annorum, quam Bigotius inspexit, ἐν ἄλλοις γράφεται Ἀσπώνων. Qui Cappadociæ Episcopum vocant Palladium, pro Asponensi, Asunensem ei possunt videri tribuisse Episcopatum in Cappadocia secunda. Vide Tillemont. T. XI. p. 523. Sed verius est Palladium pariter & Heraclidem in quibusdam Codicibus, ut in Roswеidi Vitis p. 536. Cappadociæ Episcopos appellari per confusionem atque errorem, cum Palladius ex Helenopolitano Asponensis, Heraclides vero Ephesi episcopus fuerit.

l) Labbei Concil. T. 3. pag. 481. 540. 692.

II. Hic Palladius circa A. C. 420. ætatis LIII. Episcopatus XX scripsit stylo simplici & inaffectato librum de vita Monachorum illius ætatis & sanctimoniæ studiosarum mulierum m) ad Lausum Præfectum, n) unde Historia Lausiaca, & Λαυσαϊκὸν o) appellari consuevit, opus quod nemo

m) Palladius ipse præfat. ad Lausum: *Cum tricesimum & tertium annum agerem in conversatione cum fratribus & vita solitaria, vigesimum autem Episcopatus, totius autem vitæ meæ quinquagesimum tertium, ἀναγκαῖον ἡγησάμην τοῦτό σοι τὰ τῶν ἁγίων πατέρων κατορθώματα ὠφελείας χάριν πνευματικῆς ἐν γλαφῇ ἀναγράψαι σοι ἀρρένων τε καὶ θηλέων, necessarium existimavi spiritalis utilitatis gratia tibi cupienti in scriptis narrare quæ à sanctis Patribus recte & ex virtute gesta sunt, tam masculis quam fœminis, ὅντε αὐτὸς ἑωρακα καὶ ἐν ἀκοῇ παρὰ πιστοτάτων ψυχῶν, οἵτε συνετράφην ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον ἐρήμῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Θηβαΐδι καὶ Συήνῃ, ὑφ' ὧν καὶ οἱ λεγόμενοι Ταβεννησιῶται, ἔπειτα Μεσοποταμία, Παλαιστίνῃ Συρίᾳ καὶ τοῖς μέρεσι τῆς δύσεως, Ῥώμῃ τε καὶ Καμπανίᾳ καὶ τοῖς περὶ ταῦτα μέρεσιν, ἀκριβέστατα ἀπ' ἀρχῆς ἐνθέσθαι σοι ἐν διηγήματος εἴδει ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, ἵνα σεμνὸν καὶ ψυχοφελὲς ὑπομνηστικὸν ἔχων διαλειπτον φάρμακον ἀληθείας, quos & ipse vidi & de quibus audivi ab animis fidelissimis cum quibus versatus sum in Ægypti solitudine & in Libya & Thebaide & Syene sub quibus sunt etiam qui dicuntur Tabennesiota; deinde in Mesopotamia, Palæstina, & Syria & in partibus Occidentis & Roma & in Campania & in iis quæ sunt circa eas partibus ut tibi ab initio accuratissime in hoc libro exponam instar narrationis, ut habeas honestum & anima utile monimentum, perpetuum medicamentum veritatis &c.* Socrates IV. 23. p. 238. Πεποίηται Παλλαδίῳ τῷ μοναχῷ ἴδιον μεγάβιβλον ὃς ἐυεργέτης μὲν ἦν μαθητὴς, πάντα δ' ἀκριβῶς περὶ αὐτῶν (μοναχῶν) διεξῆλθεν, ἐν ᾧ καὶ γυναικῶν ἐφάμιλλον τοῖς προειρημένοις ἀνδράσιν ἐπανελομένων βίον μνήμην πεποίηται. Idem ex Socrate, habet Tripartita VIII. 1. & Nicephorus XI. 44.

n) Lausus Præfectus cubiculi (πραιπόσιτος & κοιτῶνος) Imp. Theodosii junioris ad quem Palladii Epistola huic operi præfigitur. Itaque apud Nicephorum VIII. 4. ubi inter libros plures de Monachorum vita ab ipso commendatur μάλιστα ἡ Λάυσῳ πραιποσίτῳ ἐγράφη, hoc verti debet *maxime qui ad Lausum præpositum scriptus est*, non ut Jo. Langus, eruditus interpres, *quæ de iis Lausus Præpositus conscripsit.* De hoc Lauso consulendi Cangius in CPoli Christiana libro II. p. 132. & Anselmus Bandurius ad Antiquitates CPolitanas p. 477. 486. Ad hunc ut credibile est Lausum binas Firmi Episcopi Epistolas vulgavit clarissimus Muratorius in Analectis Græcis p. 290. & 301.

o) Λαυσαϊκὸν vocatur in pluribus Triodii locis, quæ vide apud Meursium, Cangiumque in glossar. Lausiacam Historiam vocant editiones, Græci Codices τὴν πρὸς

nemo leget ſine ſumma admiratione ſtudii incredibilis quo viri illi & fœminæ tam enixe conati ſunt auſteritate vitæ cœlibis ac ſolitariæ, cultu duriſſimo, inedia ac jejuniis vix humanis, & abſtinentia ab omnibus commodis vitæ, aſſequi ſanctimoniam. Quanquam hanc in longe aliis rebus conſiſtere; aliis peti alique, neque in ſolitudines eſſe relegandam & cum conjugio & ſocietate hominum atque ſobrio uſu rerum humanarum neutiquam pugnare, tum ſacræ litteræ tum ratio ſana & ſanctorum hominum non ſolitariorum conjugumque exempla & Monachorum atque Eremitarum peccata teſtantur. Non modo Palladius ipſe poſt illud tempus capita nonnulla videtur addidiſſe, p) ſed etiam ab aliorum manibus varia ſive addita ex Heraclide aliisque & interpolata, ſive detracta credibile eſt: unde tanta in Codicibus MSS. varietas, etiam in editionibus, quas auctiores alias aliis, diverſoque capitum ordine & numero mox memorabo. Idque tanto minus mirabitur, qui cogitaverit frequentiſſime tritam deſcriptamque olim hanc hiſtoriam, atque in Græcis Eccleſiis etiam publice lectitatam, pridem ut ex Triodio notarunt Meurſius, Cangiusque.

III. *Editiones Hiſtoriæ Lauſiacæ, & Codices MSS.*

Latinæ ex quadruplici verſione, valdeque inter ſe differentes editiones exſtant complures.

Prima, veteri incerto interprete, librum ſecundum occupat inter *Vitas Patrum* ab *Heriberto Roſweydo* vulgatas, illuſtratasque, ac *capitibus XXXIII.* abſolvitur. Rufinum eſſe interpretem contendit Roſweydus in prolegomeno IV. cap. 10. p. 14. ſeq. Sed Palladii certe librum ſcriptum A. 420. vetere Rufinus A. 410. defunctus non potuit, licet is tranſtulit vitas Patrum, quarum aliquæ ſunt Palladianis deinceps permixtæ tum in Græcis tum in latinis Codicibus. Idem Roſweydus editiones viginti verſionis iſtius enumerat prolegomeno XVII. p. 31. quæ ipſius ἔκδοσιν à tempore natæ typographiæ variis in locis anteceſſere. Roſweydi vitæ Patrum viderunt lucem Antwerpiæ apud Plantin. A. 1615. fol. & Lugd. 1617. atque iterum Antwerpiæ 1628. fol. apud Plantinum.

Λαῦσον ἱστορίαν. Sic Joannes Antiochenus à Cotelerio editus T. I. monument. p. 167. ἡ ἱστορία Παλλαδίου πρὸς Λαῦσον. Lauſaicum ſolet etiam vocare Salmaſius, ut in comment. ad inſcriptionem Herodis Attici p. 14. 65. &c. Idem in libro de lingua Helleniſtica p 107. plebeja dictione uſum Palladium notat.

p) Vide Tillemontium T. XI. memor. p. 523. ſeq. 640. ſeq.

Secunda, incerto veteri interprete, *capitibus XX.* Hæc in vitis Patrum, quæ triplici vice ſine typographi, loci & anni nota in folio prodierunt tempore naſcentis typographiæ, primum edita, deinde recuſa eſt in *Theodorici Loher à Stratis* prototypo Veteris Eccleſiæ, Colon. 1547. fol. Denique in appendice ad vitas Patrum *Roſweydi* p. 749. Cujus conſulenda prolegomena p. 31. ſeq.

Tertia incerto itidem veteri interprete, *capitibus LVIII.* Pariſ. 1504. apud Joannem Parvum, edente *Jacobo Fabro* Stapulenſi, ſub titulo: *Heraclidis Paradiſus.* Hinc in vitis, *Aloyſii Lipomanni* auſpicio editis, tomo tertio, Venet. 1554. 4. quæ editio per *Franciſcum Torres* collata cum MS. Palladii Codice, quem ſereniſſ. Reip. Venetæ Cardinalis Beſſario donavit. Extat etiam in appendice vitarum *Roſweydi* p. 705.

Quarta longe locupletior, *Gentiano Hervetо* interprete, *capitibus CLI.* Pariſ. 1555. 4. & 1570. Eadem recuſa quam ſcholiis *Laurentii Barrenſis* in ejus Hiſtoria Chriſtiana veterum Patrum Pariſ. 1583. fol. p. 55. b. nec non in Bibliothecis Patrum, Margarino de la Bigne curante Pariſ. 1589. & 1610. Tomo VII. & in vitis Patrum *Roſweydi* libro octavo, cum Roſweydi notis. Capita hujus editionis cum capitibus Græcæ Meurſianæ ſi quis conferre velit, uti poterit hac tabula in qua numeri Romani Græcam, minores Latinam exprimunt. I. II. prooem. III. I. IV. 2. V. 3. 4. VI. 5. VII. VIII. IX. 6. X. 7. XI. 8. XII. 9. XIII. 10. XIV. 11. XV. 12. XVI. 13. XVII. 14. XVIII. 15. 16. XIX. 17. XX. 18 XXI. 19. XXII. 20. XXIII. 21. XXIV. 22. XXV. 23. XXVI. 26. XXVII. 27. XXVIII. 28. XXIX. 29. XXX. 30. XXXI. 31. XXXII. 32. XXXIII. 33. XXXIV. 34. XXXV. 35. XXXVI. 36. XXXVII. 37. XXXVIII. 38. XXXIX. 41. XL. 42. XLI. 43. XLII. 77. XLIII. XLIV. 83. XLV. 84. XLVI. 85. XLVII. 87. XLVIII. 88. XLIX. 101. L. 125. LI. 126. LII. 127. LIII. 128. LIV. 129. LV. 130. LVI 131. LVII. LVIII. 132. LIX. 133. LX. 134. LXI. 102. LXII. 104. LXIII. 103. LXIV. 113. LXV. 117. LXVI. 118. LXVII. 89. LXVIII. 90. LXIX. 91. 92. 93. 94. 95. LXX. 106. LXXI. 109. LXXII. 110. LXXIII. 111. LXXIV. 112. LXXV. 105. LXXVI. 135. *LXXVII.* 142. 143. LXXVIII. 144. LXXIX. 145. LXXX. 146. LXXXI. LXXXII. 96. LXXXIII. 97. *LXXXIV.* 98. *LXXXV.* 99. *LXXXVI.* 100. *LXXXVII.* 137. *LXXXVIII.* 138. *LXXXIX.* 139. *XC.* 119. *XCI.* 121. *XCII.* 122. *XCIII.* 123. 124. *XCIV.* 136. *XCV.* 147. *XCVI.* 148. *XCVII.* 149. *XCVIII.* 114. *XCIX.* 135. C. 115. CI. 140. CII. 141. CIII. 131.

Græca

Græca editio exſtat unica, ab Herveti verſione non parum diſtans, *capitibus CIII*, quam ex Codice Bibl. Palatinæ curavit *Joannes Meurſius*, qui ad libri calcem notas eruditas addidit, teſtatus etiam ſe nonnulla ſupplêviſſe ex Codice Bibl. Regiæ Pariſ. cum Lutetiæ verſaretur. Meurſii editio vidit lucem Lugd. Bat. 1616. 4.

Græco-Latinam Græca Meurſiana pleniorem ex MSS. Regiis, cum verſione Herveti, capitibus CLI. primus dedit *Fronto Ducæus* in auctario Bibliothecæ Patrum Tomo II. p. 893-1053. Pariſ. 1624. fol. recuſam in Bibliotheca Patrum Pariſ. 1644. 1654. Tomo *XIII.* cum ejusdem Ducæi notis ad Voluminis calcem. Nonnulla deinde capita auctiora, vel Herveto etiam, Ducæoque * præterita, ex duobus Codicibus Colbertinis cum verſione ſua vulgavit *Jo. Baptiſta Cotelerius* T. 3. monument. Eccleſiæ Græcæ p. 117-120. & p. 158-170. Pariſ. 1686. 4. Ac credibile eſt plura adhuc ſupplementa poſſe addi, ſi quis MStos Codices conſulat, ut Cæſareos de quibus Lambecius lib. 1. p. 144. & lib. VIII. p. 312. ſeq. 397. vel Voſſianum, ſiquidem Caveus notat in Iſaaci Voſſii Bibliotheca, quæ in publicam Leidenſem pervenit, Codicem Lauſiacæ, *editis duplo auctiorem* extitiſſe. Nam & Meurſius teſtatus fuit ſibi eſſe in manibus ejusdem Palladii διήγησιν περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον διαλαμψάντων πατέρων. *Id quoque opus*, inquit, *ſi placere hanc Hiſtoriæ Lauſiacæ editionem intellexero, communicabo.* Nunquam hoc fecit Meurſius, attamen διήγησιν illam majore ſaltim ex parte ex tribus Codicibus Regiis & uno Colbertino habemus luce & verſione donatam ab eodem Cotelerio T. 3. monument. p. 171-184. non ſub Palladii nomine quidem, ſed ſine nomine auctoris, hoc titulo: ἡ κατ' Αἴγυπτον τῶν μοναχῶν ἱστορία, ἤτοι παραίνεσις. Videntur autem ſub Palladii nomine lecta olim plura, nam quod idem Cotelerius T. 1. monimentor. pag. 546. ſeq. inter Apophthegmata Patrum affert fabuloſum Macarii cum arido defuncti hominis cranio colloquium, illud Palladio teſte citato laudat Jo. Damaſcenus, ſive quisquis auctor Orationis de iis qui in fide dormierunt T. 1. pag. 585. λέγω δὴ τὴν Παλλαδίου πρὸς ἑαυτὸν ἱστορικὴν βίβλον ἐν ᾗ τὰ κατὰ τὸν μέγαν καὶ θαυμαστουργὸν Μακάριον παραληθῆς γέγραπται θαύματα, πῶς τὸ ξηρὸν κρανίον ἐνεθύμησε &c. Idem colloquium memoratur libro tertio & ſexto vitar. Patrum p. 401. & 499. edit. Roſweydi: & in Mich. Glycæ

* In Græcis Ducæi deſideratur caput 150, 116, & pars capitis 46, & 9.

Glycæ Epistola 26. & in Synaxario Græcorum 19. Januar. nec non à Nicephoro Blemida in diatriba qualem esse deceat Imperatorem, & Joanne Hagioëlita in Encomio Macarii Ægyptii. Vide Allatium diss. 2. de libris Ecclesiasticis Græcorum p. 117-123.

IV. Solet à multis q) longo jam tempore Palladio huic tribui *Dialogus de vita S. Chrysostomi*, qui cum Theodoro Diacono Romano habitus Romæ fingitur circa A. C. 408. non diu post Chrysostomi mortem Διάλογος ἱστορικὸς περὶ βίου καὶ πολιτείας τοῦ ἁγίου Ἰωάννου Ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου. Sed assentior viris doctis, r) qui alium esse auctorem & Episcopum cum Theodoro colloquentem à Palladio statuunt. Nam de Palladio Helenopolitano Episcopo tanquam diverso sermo est p. 26. παραδεξαμένου δὲ μικρὸς ἡμερῶν ἐπέστη Παλλάδιος ὁ Ἐπίσκοπος Ἑλενουπόλεως λέγω γραμματεῖον ὡς ἔλεγεν καὶ αὐτὸς πεφευγέναι τὴν τῶν ἐφεστώτων μανίαν. Et p. 192. ἐν τίσιν οἱ Ἐπίσκοποι οἱ μὴ τῶν ἡμετέρων ἀποσταλέντες Εὐλίσιος καὶ Παλλάδιος &c. Quin imo illo tempore in vicinia Blemmyum Æthiopum in oppido Syene custodiebatur: Παλλάδιον δὲ Βλεμμύων ἡ Αἰθιοπικὴ ἐν γειτόνων φρουρεῖσθαι Συήνη παλαίμενον τὸ χωρίον. p. 194. & p. 198. Παλλάδιος δὲ καὶ τοῦ παιδὸς ἀφέλοντο βιαιοτέρως αὐτὸν καὶ γραμματείων ἐκβάλλοντες. Omitto quod Episcopus ille jam senio & canis venerandus in dialogo inducitur p. 36. & 38. & qui tunc demum Romam viderit p. 7. cum Palladius Helenopolitanus jam diu ante profectus Romam fuerit restituendi Chrysostomi causa circa A. 405. & anno 408. nondum esset quadragenarius. Nonnulla etiam aliter narrari ab historiæ Lausiacæ scriptore, aliter in hoc dialogo, notavit Valesius ad Sozomeni VIII. 12. p. 164.

V. Edi-

q) Ita Theodorus Trimithuntis in Cypro Episcopus, in Homilia de vita & exilio S. Chrysostomi, nec non Codices MSS. Dialogi, & Ambrosius Camaldulensis, interpres. Atque auctorem vocarunt Palladium, Georgius quoque Alexandrinus in ejusdem Chrysostomi vita, Photio Cod. 96. lecta testatur.

r) Auctorem Dialogi à Palladio Lausiacæ scriptore recte distinguunt Baronius ad A. 388. n. 110. Emericus Bigotius in præfat. ad Dialogum, & Tillemontius T. XI. memor p. 643. seq. qui stylum quoque diversum causatur, & licet utrumque scriptum non adeo puro Græcismo se commendet, tamen Lausiacum longe simpliciore & nativo sermone exaratum, dialogum affectato magis & male diserto. *Le dialogue est plus affecté & d'un homme qui avoit quelque teinture d'une mauvaise rhetorique.* His accedit Ludovicus Dulcinus S. I. in Historia Origenistarum Gallice vulgata Paris. 1700. 12. libro quarto. Etiam Palladium Biographum à Palladio Helenopoleos Episcopo distinguit Nicolaus Comnenus Papadopeli Cretensis in prænotionibus Mystagogicis ex jure Canonico editis Panormi 1697. fol.

V. *Editiones Dialogi de Vita S. Chryſoſtomi.*

Latine *ex Ambroſii* Camaldulenſis verſione, Eugenio IV. dicata, & diu poſt à Nicolao Erythræo edita Venet. 1532. 8. & T. 2. Vitarum Aloyſii Lipomanni ibid. 1553. 4. & in Latinis Chryſoſtomi Operum editionibus.

Græco latina ex Mediceo (eodem quo Ambroſius uſus fuit) Codice ſexcentorum annorum, cum nova verſione doctiſſimi Viri *Emerici Bigotii*, nec non Homilia *S.* Chryſoſtomi in laudem Diodori Tarſenſis, ac præterea Actis Tarachi, Probi & Andronici, Paſſione Bonifacii Romani, Evagrio de octo Cogitationibus & Nilo de octo vitiis. Pariſ. 1680. 4. Caſimirus Oudinus in ſupplemento de ſcriptoribus Eccleſ. p. 67. *Omiſit præfationem huic operi à Palladio præfixam Emericus Bigot ob rationes quas Critici idoneas non cenſent, ideoque male fidei apud multos accuſatur, quod ingenuo homine literatoque eſt indignum.* Temere hoc ab Oudino in virum præſtantiſſimum dicitur, cum præfatio quam Ambroſius Camaldulenſis dialogo Palladii præfixit, Latine in Bigotii editione legatur, Græca vero negat ille ſe in Codice MS. reperiſſe. *Verum quisquis*, inquit, *rem accurate perpenderit, facile mecum exiſtimabit, Ambroſium iſta de ſuo addidiſſe, ut ad Dialogum qui nimis abrupto exordio procedebat viam aperiret: idemque præſtitiſſe in ſerie dialogi, ſicubi nimis hiulca videbatur oratio.* En tibi totam præfationem ex Bigotiana, ne quid dubites, editione: *Cum veniſſet aliquando Romam Palladius Helenopolitana Eccleſia venerandus Antiſtes, Joannis ſanctiſſimi viri, Conſtantinopolitani Epiſcopi, jam vita functi, diſcipulus, ſuſceptusque fuiſſet cum honorifice à Pontifice Romanæ ſedis Zoſimo beatiſſimo, tum à Clero univerſo devotiſſime. Inter ceteros quibus familiarius uſus eſt, Theodorus fuit Eccleſiæ Romanæ Diaconus. Is enim ſancti viri doctrina caſta & vitæ ſanctitate delectatus, frequens illi aderat, immo quoad licebat, nunquam à latere ipſius diſcedebat. Quadam autem die dum eſſent ambo ſimul, otiumque à curis omnibus mortalibus agerent, orta ex more collatione ſpirituali, hoc ſermoni initium dedit Epiſcopus.* Auctor præfationis hujus male Zoſimum appellat, qui ab Anno demum 417. Epiſcopatum Romanum tenuit, at dialogus ille multis annis prius habitus refertur Theophilo adhuc ſuperſtite, Innocentius itaque pro Zoſimo nominandus erat. Deinde quam de Palladio Helenopolitano res ſit minime explorata, ex iis quæ paullo ante dicta ſunt apparet. Hinc auctorem præfationis minime eſſe Palla-

dium sed recentiorem Græculum aliquem notavit Usserius Antiquitatt. Eccles. Britannic. cap. 16. p. 806. At Bigotius haud absurde suspicatus est ab ipso interprete Ambrosio versioni suæ fuisse præmissam.

VI. In Codicibus pluribus MSS. Palladio etiam tribuitur & in Colbertino Historiæ Lausiacæ subjicitur liber *de gentibus Indiæ & Bragmanibus* περὶ τῶν τῆς Ἰνδίας ἐθνῶν καὶ τῶν Βραγμάνων, quem sine nomine auctoris primum Græce edidit & Latinam versionem adjunxit illi vir summus *Joachimus Camerarius* in libro Gnomologico sine temporis nota edito Lipsiæ, 8. Hinc centum circiter annis interjectis *Eduardus Bissæus* Eques auratus & titulo Clarencii Rex Armorum, eundem velut ante ineditum Palladii nomine præfixo ex Bibliotheca Regis Angliæ vulgavit cum nova sua versione, & S. Ambrosii atque Anonymi veteris Latini scriptis ejusdem argumenti Lond. 1668. 4. Cæterum Camerarii versionem Bissæanæ & elegantia & diligentia præferendam judicat Rev. noster Jo. Christoph. Wolfius, notis ad Casauboniana p. 219. Lambecius lib. V. de Bibl. Vindob. p. 84. hoc scriptum de Brachmanibus parum probabili conjectura tribuit Palladio Methonæo Sophistæ, quem incertum est fuisse Christi sacris addictum, at Scriptorem de Brachmanibus Christianum fuisse apparet.

VII. Palladii alii ultra quinquaginta.

Palladius *Abbas* de quo Jo. Moschus in prato c. 69. 71. seq. æqualis sui etiam meminit c. 176.

Palladius Ἀμασείας *Amaseæ* Hellesponti Episcopus, qui Concilio Ephesino A. C. 431. interfuit. Vide Labbei Concil. T. III. p. 464. 492. 536.

Palladius *Alexandrinus*, cui Barthius tribuit disputationem Gregentii cum Herbano Judæo, de qua infra.

Palladius *Andri*, in Cycladibus Insulis, Episcopus interfuit Concilio CPol. A. 460.

Palladius *Antiochenus* ab A. 488. ad 498. Episcopus, Petri Fullonis successor, Eutychianus.

Palladius *Archiater*, cujus meminit Ruricius lib. 2. Epist. 34. apud H. Canisium T. V. Antiquar. Lect. p. 508.

Palladius *Arianus*, una cum Secundiano A. C. 381. damnatus in Concilio Aquilejensi. Vide T. 1. Concilior. Harduini p. 826. seq.

M. Aure-

M. Aurelius Palladius, cujus mentio in veteri inſcriptione apud Gruterum p. CCCII. 2. Omitto alios in priſcis ſaxis obvios & præter nomen nihil ſcitu dignum tradentes.

Palladius Antiſiodorenſis Epiſcopus in Gallia, qui interfuit Concilio Remenſi A. C. 630. & Cabilonenſi A. 650.

Palladius Bacaſarienſis in Mauritania Cæſarienſi Epiſcopus, qui interfuit conventui Africano A. C. 484. Regis Hunerici ſexto.

Palladii duo, *Burgenſes* Epiſcopi A. 380. & 448. de quibus Tillemontius T. *XVI.* memor. p. 751.

Palladius Cæſareæ Capadociæ qui interfuit Concilio CPol. A. 394.

Palladius Candybenſis in Lycia Epiſcopus qui ſubſcripſit Synodo Rom. A. C. 503.

Palladius Capidalenſis in Pamphylia Epiſcopus, qui interfuit Concilio Chalcedonenſi A. 451.

Palladius Chorepiſcopus, qui interfuit Concilio Nicæno A. C. 325.

Palladius Corydalorum in Lycia Epiſcopus, qui Chalcedonenſi interfuit Concilio A. C. 451.

Palladius quem loquentem ſecum inducit *S. Cyrillus* Alex. in libris de adoratione, & cultu ſpiritali. Idem fortaſſe cum *Palladio* Amaſeæ Epiſcopo.

Palladius Cæſar, Maximi Imp. filius, Idacio memoratur in Chron.

Palladius Curſor Theodoſii junioris, cujus meminit Socrates lib. VII. c. 19.

Palladius Dienſis in Macedonia Epiſc. interfuit Concilio Sardicenſi A. C. 347.

Domitii Palladii, Sorani *Poëmata* edita Venet. 1498. 4. per Jo. Baptiſtam Seſſam Mediolanenſem.

Palladius Epiſcopus ad quem S. Chryſoſtomi Epiſt. 113. Idem ut videtur (ab *Helenopolitano* Epiſcopo diverſus) auctor dialogi de vita ejusdem Chryſoſtomi, de quo ſupra dictum.

Palladius cujus *Epiſtolam* ad Deſiderium Epiſcopum Cadurcenum edidit Henr. Caniſius Tomo V. Antiquæ Lect.

Palladius Fuſcus ſeu *Niger Patavinus* circa A. 1470. clarus de quo Voſſius Hiſt. *Latin.* p. 601. & Bernardinus Scardeonius de claris *Patavinis*.

Palladius Galata quem S. Epiphan. Epiſtola ad Joannem Hieroſol. (A. 396. inter Hieronymianas 61.) monet fugiendum eſſe, quod Origenis hæreſin

resin docuit. Idem quem perstringit Hieronymus proœmio Dialogor. in Pelagianos. Hunc à Lausiacæ auctore diversum esse contendit Tillemontius T. *XII.* p. 173. T. *XI.* p. 528. quod mihi haud videtur.

Palladius inter *Germinii* semiarianiAdversarios. Ad hunc Palladium aliosque Episcopos Epistola in Hilarii fragmentis lib. 1. p. 41. & apud Baron. ad A. C. 366. n. 27.

Palladius quem *Hibernorum* Episcopum vocat Tillemontius T. *XI.* pag 646. T. *XVI.* p. 751. &c: hoc est Scotorum, de quo infra.

Palladius *Iatrosophista* Alexandrinus, Galenus quem laudat junior. Hujus commentarius (non integer ut videtur) in librum Hippocratis de fracturis extat Græce & Latine in editionibus Hippocratis utraque Foësiana p. 917-932. & Charteriana Tomo *XII.* cum versione *Jacobi Santalbini*, Metensis Medici. Ejusdem Synopsin de febribus Latine vertit & utraque lingua vulgavit *Jo. Charterius* Paris. 1646. 4. Et Scholia in textum Epidemiorum Hippocratis Tomo *IX.* Operum Hippoc. & Galeni Paris. 1679. fol. cum versione *Junii Paulli Crasi* qui è MS. Jo. Sambuci quod ab Hieron. Mercuriali accepit, vulgavit Latine Basil. 1581. 4. una cum Aretæo *, Rufo & Theophilo protospathario. Scholia Palladii in librum Hippocratis de victu in morbis acutis, MSta exstare Venetiis testatur Santalbinus, eadem nempe cum Palladii de cibo & potu quod in Bibl. Regis Christianissimi exstare testatur Labbeus p. 126. Bibl. novæ MSS.

Palladius *Iconiensis* in Lycaonia Episc. memoratus in Epistola Leonis I. Imp. ad Anatolium CPol.

Palladius *Idicrensis* in Numidia Episcopus qui interfuit conventui Africano A. C. 484.

Palladius *Magistrianus* qui CPoli litteras Imperatoris Theodosii jun. A. 431. Ephesum pertulit. Vide Acta Synodi Ephes. tom. 3. c. 17. seq.

Palladius *Melitenes* Episcopus in Armenia secunda, interfuit Concilio CPol. A. 553.

Palladius Palladii F. Μεθωναῖος ex *Methone* (incertum an Thraciæ an Magnesiæ in Macedonia) Sophista quem Constantini Imperatoris ætate claruisse Suidas refert, testatus eum scripsisse περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἑορτῶν, *de Romanorum festis*, tum Διαλέξεις, *disputationes*, & λόγους Διαφόρους ἐλυμπιακὸν, πανηγυρικὸν, δικανικόν.

Palla-

* De Aretæo & Rufo dictum lib. IV. c. 3. de Theophilo infra libro VI.

Palladius Præfectus Ægypti A. C. 374. Theodorit. IV. 22. Hist. Eccles.

Palladius *Presbyter* ad quem scripsit S. Athanasius, (defunctus A. C 373.) T. 1. edit. Lips. p. 952. seq. & S. Basilius Epist. 184.

Palladius *Presbyter* qui subscripsit libello in Concilio CPol. A. C. 536. T. V. Labbei p. 250.

Palladius *Rhetor* Latinus, cujus declamationem memorat Symmachus lib. 1. Epist. 9. Ad eundem scribit lib. *IX.* Epist. 1. & fratrem suum appellat, spectatum bonis omnibus facundiæ atque eruditionis: lib. 1. Epist. 88. Ejusdem pompam cum acrimonia Quintiliani celebrat Sidonius Apollinaris Lib. V. Epist. 10. De eodem Symmachus III. 50. *Si quid præterea scitu opus est, meus Palladius indicabit, quem ego non minus doleo abductum à juventute Romana, quam gratulor in spem sui honoris accitum.* Jo. Sarisberiensis lib. 3. Metalogici c. 10. *Est autem, ut ait Palladius, magna pars prudentiæ, ejus cum quo agitur æstimare personam.*

Palladius Sophista sive *Rhetor* Alexandrinus, cujus μελέται memorat Photius Cod. 132.

Palladius Rutilius Taurus Æmilianus, rei *rusticæ* scriptor celebris, de quo dixi lib. III. Bibl. Latinæ cap. 4.

Palladius *Salpinas* in Italia Episcopus, qui interfuit Concilio Romano A. C. 465.

Palladius *Sanctonicæ* Ecclesiæ in Gallia Episcopus, qui Concilio Parisiensi interfuit A. 573.

Palladius à Cælestino Papa missus in Scotiam, idemque primus *Scotorum* Episcopus, A. 431. Vide Usserii Antiquitates Britannicas c. 16. Antonium Pagi ad A. C. 429. n. 11. seq. & 431. n. 51. Scripta quæ ipsi à Jo. Baleo tribuuntur, commentitia sunt, neque exstant usquam, neque ulli veterum memorantur.

Palladius (Σκέθρων πολισσούμενος) *Suedrorum* in Pamphilia Magistratus, cujus Epistola præmissa Ancorato S. Epiphanii.

Palladius *Sulmontinus* in Italia Episcopus, qui interfuit Synodo Romanæ A. 499.

Palladius *Tulonensis* in Gallia Episcopus, qui subscripsit Concilio Aurelianensi A. 549. Incertum an idem qui Matisconensi A. 585.

Palladius *Tigabitanus* in Africa Episcopus, cujus meminit S. Augustinus de gestis A. C. 418. cum Emerito Cæsareensi Donatistarum Episcopo T. *IX.* edit. Amst. p. 425. Idem fortasse Palladius quem honorabilem filium suum appellat Epistola 94. (novæ edit. 178.)

VIII De disputatione GREGENTII Archiepiscopi cum Herbano Judæo, quam PALLADIO Alexandrino Caspar Barthius tribuit.

Caspar Barthius tum alibi, tum lib. V. Adversarior. cap. 3. (ubi plura illius illustrat loca) *Palladium* Alexandrinum appellat auctorem Actorum disputationis, quam per dies quinque coram Abramio Rege * Homeritanum Christiano & Episcopis, pluribusque Judæis & tota Civitate in Metropoli Homeritidis Taphar sive Saphar, in Arabia Felici circa A. C. 540. cum Herbano Judæo, quem νομοδιδάσκαλον Codices quidam appellant, *Gregentius* Taphrensis ArchiEpiscopus, qui diem obiit A. C. 552. (Justiniani 26.) 19. Decembr. post Abramium eodem A. 552. (regni 30.) defunctum, cum jam rex Homeritarum esset Serdidus ** Abramii filius. Non dubium est Barthio fundum fuisse sententiæ suæ quod p. 184. edit. Gulonianæ (Ducæanæ pag. 264.) in illa disputatione legitur: *Ταῦτα γὰρ ῥήματα καὶ ἑτέρους ἀπλανᾶσθαι· Εἶδεν γὰρ Παλλάδιον τὸν σχολαστικὸν τῦ Ἀρχιεπισκόπυ, ὃν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἤγαγε, τὰ ῥήματα ἑκατέρων σημειούμενον. Hæc verba etiam aliis significabuntur: Videbat enim Palladium Scholasticum Archiepiscopi, quem ab Alexandria adduxerat, verba utriusque notantem.* Ad hunc locum Gulonius interpres notavit in margine: *Hinc conjicere licet Palladium authorem esse sive scriptorem hujus disputationis.* Sane verisimilius hoc esse non diffiteor, quam quod Lambecio lib. V. pag. 131. auctor videtur *Nonnosus* Justiniani Imp. ad Homeritas Legatus, qui etiam VIII. p. 387. Martyrium Arethæ & sociorum adscribit. Dixi de illo Nonnoso Volumine VI. hujus Bibliothecæ pag. 279. Cæterum hanc disputationem ab Ægidio Noallio Regis Christianissimi Legato ex Oriente allatam Latine vertit *Nic. Gulonius* Græcarum litterarum Regius Professor & utraque lingua vulgavit *Paris.* 1586. 8. unde Græce & Latine recusa est in Auctario Græco latino Bibl. Patrum Ducæano *Paris.* 1624. Tomo I. &

* παρόντος τῦ εὐσεβεστάτυ βασιλέως καὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν πλήθυς τῶν Ἰουδαίων καὶ πάσης πόλεως. p. 38. edit. Gulonii.

** Id. p. 203. seq.

& in Bibliotheca *Patrum Pariſ.* 1654. Tomo XI. p. 194. ut Latinas editiones in Bibliothecis *Patrum* ſæpius repetitas præteream. In his editionibus omnibus quemadmodum etiam in Codice Cæſareo, de quo Lambecius lib. V. p. 131. & Seguieriano de quo Clariſſ. Montfauconus in Bibl. Coisliniana p. 304. à principio quædam deſunt, ut ex abrupto exordio ſtatim cuivis patet Non autem æque notum, in Bibl. Regia Berolinenſi exſtare MStum Codicem Slavonicum quadringentorum annorum, multis foliis ab initio auctiorem, cujus prima verba Latine converſa mecum communicavit eruditiſſimus Bibliothecæ illius præfectus M. V. la Croſe.

Menſis Decembris XIX. Vita & converſatio Beati Patris noſtri Gregorii (ita ſemper pro Gregentio appellat, ut in Menæis Græcorum dicitur Γρηγεντίῳ) *Epiſcopi Taphronis Civitatis Homeritarum, & narratio miraculorum ab eo geſtorum, ſcripta ab Epiſcopo Civitatis Negran.* (Hinc patet nec *Palladium* nec Nonnoſum auctorem eſſe, ſed Epiſcopum Negranis in Homeritarum regione, quæ martyrum Civitas appellatur in Actis *Paſſionis* S. Arethæ & ſociorum *CCCXL.* qui A. C. 522. 24. Octobr. ſub Dunam Hebræo Homeritarum tyranno paſſi traduntur) *Benedic Pater. Oppidum quoddam eſt haud magni nominis in finibus Avariæ & Aſiæ, nomine Lopliane. In eo habitabant admirabilis Gregorii parentes Agapius & Theotecna, ex Chriſti præſcripto, matrimonio conjuncti &c.*

Codex Cæſareus ita incipit: ἀρχὴ τῆς ἀναλήψεως τῶν ἁγίων μ̄ τοῦ ἁγίου Γρηγεντίου. Τούτων ὄντως γεγονότων καὶ ὄντως ἀναγεγραμμένων, καὶ τῶν βασιλέων ἐπὶ τούτοις αὐτῶν τὸν Κύριον, καὶ τῶν Μαγιστριάνων αὐτῶν αἰδεῖν τὸ ἑαυτῶν μὴ βουλομένων, καὶ πάσῃ χαρᾷ ὑποφαινομένων, παρεγένετο καὶ Ἰουδαῖοι καθὰ καὶ ἐκελεύθη αὐτοῖς, ἀναλωθείσης αὐτοῖς ἤδη τῆς προθεσμίας τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν. Παρεγένοντο δὲ τῷ διαλεχθῆναι ἕνεκα, καὶ τῶ βασιλέως ὑπομνησθέντος ἑτοιμασίας ἐν τῷ θαλάμῳ γενούσας minus bene in editis: τῆς δοκιμασίας ἐν τῷ θριλλίτῳ γεγενούσας, confer Lambec. V. p. 129.) αὐλὴ δὲ ἦτο μεγίστη καὶ πρώτη τῶν βασιλικῶν παρεισί. Ἐκεῖσε τοιγαροῦν ἑτοιμασίας γεγενούσας, καὶ ἀπάσης τῆς ἀξίας ἀθροισθείσης, παρούσης καὶ τῆς ἱερᾶς Συγκλήτου, παρεγένετο καὶ ὁ βασιλεὺς μ̄ τῷ ἁγιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ &c. Hinc patet nec illum eſſe integrum ſed prima mutilum parte, licet editis aliquando integriorem melioremque: atque ita accipiendus Rev. Wolfius noſter in Bibl. Hebraica p. 352. De diſputatione hac & fructu converſionis Judæorum eundem ut narrant inſecuto, vide Antonii Davroultii Catechiſmum

Hiſto-

Historialem c. 1. tit. 4. & Josephi Caroli Imbonati Bibl. Latino Hebr. p. 37. seq.

Gregentii Archiepiscopi scriptum quo leges ac statuta Regis sui Abramii nomine complexus fuit, exstat Græce MS. in Bibl. Cæsarea, titilis *XXIII.* distributum & adhuc ineditum. Νομοθεσία ἁγίου Γρηγεντίου ὡς ἐκ προσώπου τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Ἀβραμίου. Titulus I. περὶ φόνου, καὶ μιάσματος καὶ ἀσεμνοκοιτίας. II. περὶ γοητείας καὶ ψευδομαρτυρίας καὶ κλοπῆς. III. περὶ πορνείας. IV. περὶ μοιχείας. V. περὶ πλουσίων ἐπιθυμούντων. VI. περὶ ἐλευθέρων εἰς δουλίαν ἀχθησομένων. VII. περὶ ἐὰν γυνὴ τὰ τέκνα ἀπὸ γονέως πρὸς γάμον ἀπὸ ἐτῶν δέκα ἢ δώδεκα. VIII. περὶ μαστρωπῶν &c. Vide Lambecium lib. V. de Bibl. Vindob. p. 131. seq.

IX. HERACLIDES Cyprius, in Scetensi eremo sectator Evagrii Pontici, hinc A. C. 399. à Chrysostomo * Cpoli ordinatus Diaconus, a) & post triennium A. C. 402. successor datus Antonio Ephesi Episcopo, b) atque deinde anni spatio vix interjecto ob Origenismi dicam in Synodo ad Quercum depositus c) ac carceris sordes Nicomediæ subire coactus est, in quibus Palladio ac Chrysostomo (& ipso exule) ejus miserante vices d) adhuc hæsit A. C. 408. e) Eodem Palladio teste fuit ἐγκυκλίων παιδεύσεων μαθημάτων, καὶ τῶν θείων γραφῶν ἔντεχνος γενόμενος, *encycliis disciplinis optime institutus, & Divinarum Scripturarum peritus.*

Petrus Natalis, in Equilia sive Æquilia Veneta insula, Anasi fluminis ostio objecta Episcopus qui A. C. 1470. scripsit & A. 1482. Catalogum Sanctorum absolvit (non 1370. & 1382. ut excusum in Actis Sanctor. T. 4. Maji p. 304. & T. 6. p. 51.) minore etiam fide dignus, judice Bollando, f) quam Legendæ aureæ sive Historiæ Lombardicæ scriptor

*) Georgius Alex. in vita Chrysostomi, Socrates &c.

a) Ita Socrates VI. 11. Sozom. VIII. 6. & Palladius p. 139. dialogi de vita Chrysost. διακονήσαντα ἔτη τρία. licet Archidiaconum vocat Nicephorus XIII. 9.

b) Niceph. XIII. 9. Ephesi Episcopum fuisse etiam Socrates & alii consentiunt, igitur viderint qui non de alio cogitant, cum Bithyniæ vel Cappadociæ Episcopum appellant, apud Rosweydum prolegom. de vitis Patrum p. 7. & 8.

c) Socrates VI. 17. Sozom. VIII. 19. Tripartita X. 14. Nicephorus XIII. 17. Photius Cod. 59.

d) Palladius de vita Chrysost. p. 139. Chrysostomus Epist. 14. ad Olympiadem non longe à fine.

e) Tillemont. T. XI. memor. p. 166.

f) Bollandus præfat. Actis Sanctor. T. 1. Januar. præmissa p. 19.

ſcriptor Jacobus de Viragine, quem *ferrei* hominem *oris & plumbei cordis animi certe parum ſeveri ac prudentis*, appellat Melchior Canus. g) Ille inquam Petrus Natalis lib. XII. Catalogi Sanctorum, Vincentiæ primum A. 1493. editi cap. 87. Heraclidem Sanctis adſcribit propter *Paradiſum* compoſitum, quem laudat etiam Petro Natali antiquior Vincentius Bellovacenſis libro XVII. Speculi *Hiſtorialis* c. 64. Nec propter aliam cauſam Sophronii ſive Moſchi potius vitæ Eremitarum, de quibus mox dicturus ſum, venire videntur nomine *Paradiſi novi* apud Photium Cod. 198. & Nicephorum VIII. 41. quam quod tum exſtiterit Paradiſus quidam vetuſtior; Heraclidis ſcilicet ingenio conſitus. Ac citatur Paradiſus à Moſcho (incertum tamen an ille Heraclidis) cap. 212. ἡ ἀναγνωσκόντων ἡμῶν εἰς τὸ Παράδεισον τὰ ἀποφθέγματα τῶν ἁγίων πατέρων. Atque in Codicibus quibusdam MSS. Latinis & in editione à Jacobo Fabro Stapulenſi curata Pariſ. 1504. fol. pars *Hiſtoriæ*, qualis in aliis exſtat editionibus Lauſiacæ Palladianæ, fertur ſub titulo *Paradiſi Heraclidis*. h) Sed exſtant quoque ſub Paradiſi nomine in Codicibus Græcis aliæ aliorum Vitæ & à *Rufino* verſæ Latine, de quibus videndus Cotelerius T. 3. monimentor. p. 564. ſeq. qui prologum & capita quædam, ea ſcilicet quæ in *Hiſtoriæ* Lauſiacæ editionibus deſiderabantur, publicavit p. 171. 184. Illud certe valde veriſimiliter à viris doctis traditur, *Hiſtoriam* Lauſiacam, qualis ab Meurſio Græce, & pluribus etiam aucta capitibus ab *Herveto* Latine *vulgata* eſt, non videri totam unius ſcriptoris, ſed ex *Heraclidis* Paradiſo & Λαυσιακῇ Palladii, & aliis fortaſſe Patrum ſcriptoribus collectam, contextamque.

X. *Heraclidæ varii, plus quàm quinquaginta.*

Heraclides *Ægypti* Epiſcopi duo, qui interfuere concilio Tyrio A. C. 335. Incertum unus ne ex his quem videas memorari in Concilio Sardicenſi A. 347.

Heraclides *Æmilii* Thrax, qui cum fratre Pythone, Cotyn Thraciæ Tyrannum interfecit, Platonis diſcipulus. Laërt. III. 46. Ariſtoteles V. 10. Politic. Philoſtratus de vita Apollonii VII. 2. p. 280. & ad hunc notæ eruditiſſimi Olearii, & μανάριον.

Heraclides *Agathoclis* filius. Polyæn. V. 3. 4.

C. Hera-

g) Lib. XI. locor. commun. c. 6. p. 540. Opp.
h) Vide ſupra §. 3.
i) Voſſ. Hiſt. Græc. lib. 2. c. 19. Cave Hiſtor. lit. ad A. 401.

Heraclides *Alexandrinus* ſive Callatianus, cognomento Lembus. Laërt. V. 64. Infra, in *Lembus*.

Heraclides *Alexandrinus* Grammaticus ab Euſtathio laudatus & fortaſſe ab Ammonio de different. vocum atque Etymologici magni auctore in δίλος. vide Jonſium p. 173. Incertum idem ne Heraclides Alexandrinus cujus Περσικὰ ἰδιώματα memorantur Laërtio V. 64.

Heraclides *Architectus*, infra in Tarentino.

Heraclides ἀσφαλογυμένων ſcriptor. Laërt. V. 64.

Heraclides *Athenienſis*. infra in *Hierophanta*.

Heraclides *Azotenſis* in Palæſtina Epiſcopus qui interfuit Concilio Chalcedonenſi A. C. 451.

Heraclides *Bargyleites*, Dialecticus qui contra Epicurum ſcripſit teſte Laërtio V. 64.

Heraclides *Byzantius* Antiochi Regis ad L. Scipionem legatus, de quo Livius XXXVII. 34. ſeq.

Heraclides *Callatianus* ſive Alexandrinus, cognomento Lembus. Laërt. V. 64. Infra in *Lembo*.

Heraclides *Clazomenius* Rhapſodus. Plato, Jone extremo.

Heraclides Clazomenius, Dux Athenienſium Ælian. XIV. 5. Var. Hiſt. memoratus.

Heraclides *Comicus*. Zenobius Centur. VI. proverb. 34. Athenæus.

Heraclides *Cretenſis* περὶ τῶν ἐν ἑλλάδι πόλεων citatur ab Apollonio Hiſt. mirabil. c. 19. Sed Κρητικὸν pro Κρητικῷ legit præſtantiſſ. Olearius p. 612. ad Philoſtratum.

Heraclides *Cumanus* Rhetor cujus Τέχναι Laërtius V. 64. memorat.

Heraclides *Cumanus*, cujus σκευαστικὸν ſive de epulonum apparatu laudat Athenæus. τὰ Περσικὰ præter Athenæum memorat Laërtius V. 64. teſtatus quinque libris conſtitiſſe.

Heraclides *Cumanus* alter, Rhetor cujus τέχναι idem Laërtius loco laudato celebrat.

Heraclides *Demetrii* F. diſcipulus Lyconis Peripatetici. Laërt. V. 71.

Heraclides *Dialecticus*. ſupra in Bargyleite.

Heraclides *Epheſius* Epiſcopus à Chryſoſtomo ordinatus accuſatusque in Synodo ad Quercum A. 403. Is ipſe de quo ſupra §. IX. dictum.

Heracli-

Heraclides quem λιγυρὸν sive ſuavem (non *Ligurem* ut Meurſius diſſ. de Heraclidis T. 10. Theſauri Gronov. p. 616.) *Epigrammatum* Poëtam laudat Laërtius. V. 64. Perpauca hodie Heraclidis Sinopenſis Epigrammata in Anthologia ſuperſunt libro 3. tit. 2. 3. & 22.

Heraclides *Erythræus*, Chryſermi diſcipulus, medicus Herophileus, qui Strabonis ætate vixit, Apollonii Muris συγχολαστής. Librum ſeptimum de *Herophili* ſecta laudat Galenus de arte Medica c. 1. qui omnia *Hippocratis* Scripta ab eo illuſtrata alibi teſtatur.

Heraclides *Euphronis* F. infra in Pontico.

Heraclides *Grammaticus*. vide in Alexandrino, *Heracleote*, Mileſio & Mopſeate.

Heraclides *Heracleotes* Ponticus. infra in Pontico.

Heraclides alter ejus civis, qui πυθίχας & Φλυαρίας ſcripſit teſte Laërtio V. 63. Artemidor. IV. 65. Svid. in λέσχαι & Ἡρακλείδ. ubi teſtatur λέσχας illas tribus libris genere Sapphico ac Phalæcio Varias difficiles pertractaſſe quæſtiones: *Heraclidem* vero hunc multa alia ſcripſiſſe Epica poëmata, & Didymi Alexandrini fuiſſe auditorem, adverſarium Apri ex Ariſtarchi ſchola Grammatici, & ludum litterarium habuiſſe Romæ Claudii ac Neronis temporibus.

Heraclides *Heracleenſis* (τῆς ἄνω Ἡρακλείας in Arcadia) Epiſcopus qui Conciliis Epheſinis interfuit A. C. 431. 449. & Chalcedonenſi A. 451.

Heraclides *Herophileus* Medicus: ſupra in Erythræo.

Heraclides ex *Hiceſii* ſchola Medicus, ἰατρὸς τῶν ἀπὸ Ἱκεσίου Laërt. V. 64.

Heraclides *Hierophanta* Athenienſis, cujus mentio apud Philoſtratum lib. 2. de vitis Sophiſt. p. 601. in vita Apollonii Athenienſis.

Heraclides *Hippocratis* Pater. Vide Stephanum Byz. in Κῶς, Svidam in Ἱπποκρ. Tzetzam Chiliad. VIII. verſ. 946.

Heraclides *Lembus* dictus à λεμβευτικῷ quem ſcripſerat λόγῳ, ut docet Laërtius V. 64. Ejus διαδοχὴ ſive Epitomen operis Sotionis de ſucceſſione Philoſophorum ſex libris compoſitam, & Epitomen vitarum Satyri intercidiſſe dolendum eſt. De aliis ejus ſcriptis Meurſius diſſ. de Heraclidis T. X. theſauri Gronov. p. 613. ſeq. *Hujus* eſſe librum de incredibilibus, qui ſub *Heracliti* extat nomine, ſuſpicabatur V. C. Thd. Gale. Plura de hoc *Heraclide* Voſſius in *Hiſt.* Græcis & Jonſius lib. 2. c. 11. qui non multo poſt Archimedem vixiſſe notat.

Heraclides Ligur nullus. vide ſupra in *Epigrammatum* ſcriptore.

Heraclides *Lycius* Adriani; Chreſtri & Ariſtoclis auditor Sophiſta quid ſcripſit πόνου ἐγκώμιον *laudes laboris* teſte *Philoſtrato* lib. 2. Sophiſt. p. 618. De ejus Niceta emendato ſive κατορθώσει ex eodem Philoſtrato etiam Svidas in Ἡρακλείδης.

Heraclides *Macedo*, pictor. Plin. XXXV. 2.

Heraclides *Magneſius* cujus Μιθριδατικὰ memorat Laërtius V. 64.

Heraclides *Mileſius* Grammaticus *Euſtathio* laudatur. vide Jonſium lib. 2. c. 11. p. 173.

Heraclides *Mopſeates* Cilix citatus ab Athenæo VI. p. 234. Memorat & Stephanus Byz. in Μόψου ἱερὸν, qui Grammaticum appellat.

Heraclides *Nyſſenus* Epiſcopus circa A. C. 440. cujus Epiſtolas duas adverſus Meſſalianos memorat *Photius* cod. 52.

Heraclides *Odeſſita* Ponticus Thrax *Hiſtoriographus*. Steph. in Ὀδησσός.

Heraclides *Oxyrinchites*, idem cum Lembo. vide Svidam.

Heraclides *Phocaënſis*, ſculptor. Laërt. V. 64.

Heraclides *pictor*. Supra, in Macedone.

Heraclides qui paræneſes carmine ſcripſit, unde παραινετὸς Laërtio V. 64.

Heraclides *Heracleotes Ponticus* Euphronis F. & Platonis atque Ariſtotelis diſcipulus de quo ad *Laërtium* III. 68. ſeq. viri docti, Svid. in Ἡρακλείδης, Meurſius ad Chalcidium p. 10. ſeq. & in diſſ. de *Heraclide* T. X. theſauri Gronov. p. 607. ſeq. Voſſius de *Hiſt. Græcis* p. 45. ſeq. & Jonſius lib. 1. c. 17. de ſcriptoribus *Hiſt. Philoſoph.* Ejus opus περὶ δικαιοσύνης citatur etiam ab Eratoſthene c. 29. *Cataſterism.* Virum μυθώδη & πλασματίαν vocat Plutarchus Camillo p. 148. ubi ejus συγγράμματα περὶ ψυχῆς, atque libro de audiendis poëmatibus Ἄβαριν illius memorans, ὃ δὲ μόνον, inquit, τὰ Αἰσώπεια μυθάρια καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις καὶ τὸν Ἄβαριν Ἡρακλείδης, καὶ τὸν Λύσανα τὸν Ἀρίστωνος διαχέαντες, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ μεθ' ἡδονῆς ἐνθουσιῶσι.

Heraclides *Ponticus* alter, itemque tertius, de quibus ſupra in *Heracleote* & Odeſſita.

Heraclides *pugil*. Plutarch. ſympoſ. p. 314. Ælian. XII. 26. Var.

Heraclides *Rhetor*, ſupra in Cumano.

Heraclides *Sarapionis* F. idem cum Lembo de quo ſupra.

Hera-

Heraclides *ſculptor*, ſupra in Phocaenſi.
Heraclides *Sinopenſis* ſupra in Epigrammatum ſcriptore.
Heraclides *Syrianus*. Etymologicum Magnum in Ἀμμώ.
Heraclides *Syracuſanus* cujus ὑφαντικὸν ſive de re culinaria ſæpe laudat Athenæus. Neſcio idem ne cujus librum περὶ ὀστρέων citat idem XIV. p. 647.
Heraclides *Tarentinus* homo malus qui Philippum Macedonem ex moderato Rege acerbum & immanem reddidit teſte Polybio Excerpt. libri XIII. Idem cujus mentio apud Æſchinem Orat. contra Cteſiphontem. Livium XXXI. 10. & XXXII. 5.
Heraclides *Tarentinus* Architectus qui in Philippi Regis, Perſei patris gratiam Rhodiorum claſſem accendit. Polyænus V. 17. 2.
Heraclides *Tarentinus* Medicus Empiricus Laërt. V. 64. Menitæ Herophilei diſcipulus de quo infra libro VI. Vide ſis interim Meurſium diſſ. de Heraclidis T. X. theſauri Gronov. p. 614. ſeq. Menagium ad Laërtium p. 227. ſeq. Jonſium lib. 2. c. 11. p. 172. Harduinum ad Plin. &c.
Heraclides *Tarſenſis*, Stoicus, Antipatri diſcipulus in patria. Laërt. VII. 121. Suid. in ἀσωλάλημα.
Heraclides *Terinæus*. Etymolog. Magnum in Τέρινα.
Heraclides *Thyatirenus*, tragœdus. Artimedor. IV. 35.
Heraclides *Thyneus* Ægypti Epiſc. qui Concilio Epheſino A. C. 431. interfuit.
Heraclides Epiſcopus *Tituenſis* in Pamphylia, qui interfuit Concilio CPol. A. 381.
Omitto dicere de Heraclidis, Herculis poſteris eorumque inter Græcos gloria & rebus geſtis, de quibus juvabit conſulere Meurſium de regno Laconico cap. 7. (T. V. theſauri Gronov.) & Bacheti Meziriaci animadverſiones recuſas non ita pridem in Belgio, quibus Epiſtolas Ovidii erudite illuſtravit.

XI. JOANNES MOSCHUS a) Cognomento Εὐκρατᾶς,

a) Ἰωάννης μὲν ὄνομα αὐτῷ, ἐξ ἐπιπλήσεως δὲ ἐλέγετο ὁ Ξ Μόσχος Photius Cod. 199. Sic Jo. *Moſchi* dicendus eſſet, ſed Jo. Moſchus dicitur ut Apollonius Molo. Athenodorus Sandon, Apion Pliſtonices, Herodes Atticus pro Attici, Pliſtonicæ, Sandonis, Molonis. Vide Valeſium ad Ammian. XIV. 8 Non igitur credibile eſt quod Roſweidus prolegom. 12. in Vitas Patrum, Moſchum à natione ita dictum ſuſpicatur. Joannis nomen ſolum ſcriptor ipſe exprimit cap. 77. *Dixit mihi Sophronius: vere, Abba Joannes, hodie nihil utile fecimus. Hæc ergo ſcripſimus ut & vos pariter diſcatis.*

b) (Unde corruptum *Everatæ* vel *Evirati* nomen concinnavere alii) monasticam vitam in cœnobio S. Theodosii c) Hierosolymis & in deserto ad Jordanem & in nova S. Sabæ laura coluit, Καννοάρχου sive præcentioris etiam officio functus, ut ipse testatur cap. 50. Hic post visitata temporibus Tiberii & Mauritii Imperatorum d) per longinquam peregrinationem quam plurima Syriæ & Ægypti atque Occidentis etiam Monasteria, animum ad scribendum appulit, notissimumque illum librum de vitis Manachorum illius ætatis usque ad Heraclii * tempora, fabulosis non destitutum narrationibus composuit ad *Sophronium* Sopnistam, discipulum e) & itinerum comitem, (deinde Patriarcham Hierosolymitanum) quem ἱερὸν καὶ πιστὸν τέκνον appellat in præfat. & fratrem c. 92. & 135. atque Abbatem fratrem c. 102. meminitque iterum c. 21. 69. 110. 111. 113. 157. 162. & 177. ubi Stephanum Sophistam cum illo frequentasse se testatur. Passim invehitur in hæresin Severi Acephali, neque abnuit se profecisse ex aliorum scriptis quæ ante illud tempus de Monachorum vita & gestis exstabant. Sic capite 55. laudat βιβλίον γερουτικόν. Et cap. 112. Καὶ ἀναγινωσκόντων ἡμῶν εἰς τὸ ὠφελεῖσθαι τὰ ἀποφθέγματα τῶν ἁγίων πατέρων. Diem obiisse supremum A. C. 620. à Joanne Bollando annotatum reperi.

Titulus libri: *Pratum*, *viridarium*, *novus paradisus*, λειμὼν seu λειμωνάριον & νέος παράδεισος sive νέον παράδεισον. f) In editis Codicibus absolvitur capitibus CCXIX. cum Photius CCCIV. διηγήματα constantem legerit. Sed idem testatur sua jam ætate fuisse Codices alios

b) Apud Cotelerium T. 2. Monument. p. 341. Ἰωάννης ὁ εὐκρατᾶς βιβλίον ἡ ἐκτυγεγραμμένη λειμών. Confer Cotelerii notas p. 655. & T. 1. p. 795.

c) Photius Cod. 199.

d) Vide Moschum in præf. c. 112. 127. 155. Photium ibid.

* Photius Cod. 198.

e) Photius: τὸ παρὸν σύνταγμα γράφει καὶ προσφωνεῖ Σωφρονίῳ ὁ Σωφρονᾶ τῷ οἰκείῳ μαθητῇ καὶ ἐγχειρίζει αὐτῷ τοῦτο τὴν ἐξ βίβλους μέλλουσαν ἐφίστασθαι πρὸς τὰ ἀμείνονα προτρεπτικὸν μεταβολήν. Joannes Antiochenus à Cotelerio editus T. 1. monumenc. p. 167. ὁ δὲ αὐτὸς Ἰωάννης πρὸς τὸν μαθητὴν Σωφρόνιον, ἤτοι ὁ νέος παράδεισος. Neuter Sophronium illum monet fuisse eundem cum Patriarcha Hierosol. Nihilominus eundem esse non dubitarunt Patres secundæ Nicænæ Synodi, Jo. Damascenus & Nicephorus, sed qui Sophronio ipsi λειμωνάριον perperam velut auctori tribuunt, ut mox infra dicetur.

f) Cotelerius T. 1. monument. p. 748. Lambecius VIII. p. 398.

os aliis auctiores, g) & in nonnullis διηγήματα sive narrationum capita CCCXLII. In margine Codicis MS. Margunii vocatur πατερικόν. Vide Rosweidum p. 20. prolegomenon ad Vitas Patrum.

Prodiit primum typis exscriptus *Italice*, nescio quo interprete, cujus editionis Lipomannus facit mentionem.

Deinde *Latine* ex *Ambrosii* Camaldulensis interpretatione, in tomo septimo *Aloysii Lipomanni*, Venet. 1558. 4. Et inde recusus seorsim Coloniæ 1583. & plus simplici vice in Bibliothecis Patrum. Idem libri decimi locum occupat in vitis Patrum Heriberti Rosweidi, qui etiam notas breves addidit. Antwerp. 1615. Lugd. 1617. Antwerp. 1628. fol.

Græce & Latine denique lucem vidit in Auctario Bibl. Patrum Ducæano Paris. 1624. Tomo II. p. 1057. & in Bibliotheca Patrum Paris. A. 1644. 1654. Tomo XIII. Sed Græca plurimis capitibus h) truncata, ex MSS. Codicibus uno Bibl. Regiæ, 2466. & tribus Colbertinis supplevit *Jo. Baptista Cotelerius*, supplementaque illa Græce & Latine vulgavit Paris. 1681. 4. Tomo II. monumentor. Ecclesiæ Græcæ p. 341-456.

Pascha-

g) Phot. ἡ δὲ τὰ διηγήματα δὲ οὐχὶ τὸν ἴσον ἀριθμὸν ἐν πᾶσιν εὑρίσκεται τοῖς βιβλίοις διατεταγμένα. ἀλλ' ἔν τισι καὶ εἰς δύο καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακοσίους διηκόσμηνται. τοῦτο μὲν οὖν ἐνίων κεφαλαίων ἐπὶ διαιρέσει τοῦ ἀριθμοῦ συναυξαμένων, τοῦτο δὲ καὶ διηγημάτων ἔστιν ὧν παρεμβάσης Mentio hujus operis etiam in quæstionibus Anastasii qv. 60. p. 398. ubi locus ab ferrur ἐκ τῆς λειμωναρίου. Præterea in vita Gregorii M. scripta à Joanne Diacono circa A. 872. & apud Surium 12. Martii obvia, lib. 2. cap. 45. *Nihilominus ex libro qui à Græcis* λειμων *dicitur, à Latinis vero intelligitur* Campus *vel* Pratum, *præceptor meus inter alia toto orbe diffamata jam miracula interpretatus est mihi scribens:* , *Enarravit nobis presbyter nomine Petrus, de S Gregorio &c.* ex Moschii cap. 192. Et lib. 4. cap. 63. *Sed ne solis verbis tanti præsulis humilitas inculcari credatur, superest ut Græcorum relationibus ad me nuper interpretatis eadem patris humilitas virtutis operibus demonstretur. In quibus videlicet ita refertur: Enarravit nobis Abbas Joannes Persa &c.* ex Moschi cap. 151.

h) Desunt capita 5. 7. 9. 16. 17. 20. 21. 22. 23. 24. 26. 28. usque ad 42. 44. 51. 59. 61. 62. 74. 75. 76. 82. 83. 84. 86. 87. 90. 91. 92. 93. 94. 96. 100. 102. 103. 104. 106. 109. 110. 111. 115. 117. 120. 121. 122. 124. 126. 128. 130. 131. 132. 137. 138. 139. 140. 144. 146. 147. 148. 151. 152. 153. 154. 157. 168. 169. 180. 171. 172. 178. 179. 180. 191. 202. usquè ad 206. 208. 209. 211. usque ad 219. & pauca capitum 8. 18. 57. 69. 105. 127. 156. 163. 197.

Paschasius Auriacus (d'Orange) Ordinis Minorum Lector in Conventu Insulensi non Latine vertit Moschi pratum, (ut Possevinus T. 2. apparatus S. p. 426. tradit) sed *Gallice*, quæ ejus versio prodiit Lovanii A. 1599. Vide Sweertii Athenas Belgicas p. 592.

XII. Postquam Palladii Lausiacum celebrasset Nicephorus VIII. 41. Hist. subjungit: Πολλὰ δὲ καὶ Σωφρόνιος ὁ ἱεροσολύμων καὶ ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῶν τότε (μοναχῶν) ἡμῖν καταλέλοιπε, λειμῶνα ἅμα καὶ νέον παράδεισον τὴν συγγραφὴν ἐπονομάσας. *Locupletem quoque & utilem de eis* (Monachis) *historiam* SOPHRONIUS Hierosolymitanus *nobis reliquit, Prati & novi Paradisi titulo, scripto ei indito.* Intelligit itaque Sophronium, qui in Patriarchatu *Hierosolymitano* successit A. C. 629. Modesto, & A. 638. diem obiit, de cujus vita consulendus *Papebrochius* in Actis Sanctor. ad XI. Martii T. 2. p. 65. seq. ut dixi Volumine superiore octavo p. 199. seq. cum illius scripta persequerer. Joannes Damascenus lib. 1. pro imaginibus p. 328. affert locum ἐκ τοῦ λειμωναρίου τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων, eundemque repetit lib. 2. p. 344. & lib. 3. p. 352. In Synodo secunda Nicæna A. C. 787. celebrata Actione IV. T. 3. Concil. edit. Binianæ affertur idem locus ἐκ τῶν λόγων Πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου ἐκ τοῦ λειμωναρίου. Et alii tres, actione V. p. 614. seq. ἐκ τοῦ λειμωναρίου. Cum eadem iisdem verbis in prato Joannis Moschi legantur, satis apparet Sophronium Patriarcham Hierosol. eundem esse cum Sophronio Joannis Moschi discipulo, cui pratum ille suum inscripsit: deinde illam de Monachis historiam, quam Jo. Moschus scripserat, tributam fuisse ab aliquibus Sophronio i) tanquam auctori, non modo quoniam Jo. Moschi magistri sui itinerum operisque socius exstitit, sed insuper quia Sophronius hoc opus publicum fecit, ut ex prologo Græco qui operi præfixus est notavit Michael le Quien ad Damascen. T. 1. p. 328.

XIII. Anonymi περὶ βίου καὶ ἀρετῆς ἁγίων βιβλίον. De vita ac virtute sanctorum, liber lectus olim Photio Cod. 198. digestus fuit in capita XXII. & sub singulis, totidem veluti titulis virtutum, varias narrationes ex magno λειμωναρίῳ sive viridario sanctorum excerptas exhibuit. Capitis ultimi loco fuere sententiæ *Hesychii* Presbyteri Hierosolymitani, quales ad Theodulum exstant ducentæ, cum Jo. Pici versione editæ Paris. 1638. 8. & in auctario Ducæano Bibliothecæ Patrum Paris. 1624.

T. I.

i) Confer Rob. Ceci censuram scriptorum p. 423. seq. & Alopsii Lichtenstenii præf. ad Moschum.

T. 1. p. 985. nec non in Bibliotheca Patrum edit. Morellianæ Pariſ. 1654. Tomo XI. Priora capita ſedecim exſtant Latine interprete *Pelagio* Diacono Romano, in vitis Patruin Herib. Roſweidi, libro quinto. Capita XVII. XVIII. XIX. XX. ex *Joannis* Subdiaconi Romani interpretatione in iisdem vitis librum ſextum occupant. Pelagio & Joanni verſionem illam Rosweidus vindicavit ex Sigeberti cap. 115. ſeq. de ſcript. Eccleſ. Neque repugno ſi quis Pelagium hunc putet eſſe eum qui Epiſcopus Romanus fuit ab A. 556. ad 561: Johannem vero qui tertius illo nomine ejusdem Eccleſiæ ſedem tenuit ab A. 561. ad 574. Caput XXI. videtur eſſe quod in iisdem vitis Patrum apud Roſweidum libro ſeptimo cap. 44. ex Paſchaſii Diaconi Romani verſione inſcribitur *de meditationibus duodecim anachoretarum*, & Roſweidus ex Codice Bibl. Auguſtanæ, cujus apographum ab Hœſchelio acceperat, in notis p. 521. ſeq. Græce ſubjunxit, hoc titulo: διήγησις τῶ παλαίων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντων περὶ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων. Photius appellat Διαλέξεις γερόντων περὶ λογισμῶν πρὸς ἀλλήλους. Fronto Ducæus in limine notarum ad Lauſiacam Palladii teſtatur in antiquo membranaceo libro Mediceo & in altero chartaceo Regis Franciſci I. præmiſſo Lauſiacæ Hiſtoriæ textui centum & trium capitum à Meurſio editæ annexum alium librum in triginta diviſum capita titulo præfixo, in priori quidem iſto: Τῦτο τὸ βιβλίον λέγεται τῶ Ἡσιόδου. Βίοι ἁγίων Ἀββᾶ Ἰωάννου ἁγιοβαΐτου ἐν Λαυσαϊκῶ &c. In poſteriori vero, iſto: ἡ ἱερὰ διήγησις τῶν μοναχῶν ἱστορία, ἐυλογητὸς ὁ Θεός, & ſubjectam præfationem, cujus interpretatio Latina librum ſecundum de vitis Patrum Rufino attributum antecedit: *Benedictus DEUS, qui vult omnes homines ſalvos fieri.* Sed triginta illa capita Latinæ editioni Lauſiacæ ab Herveto curatæ inſerta, & in Græco-Latino Ducæi Palladio utraque lingua repræſentata ſunt.

XIV. Non dubium eſt multa ejusmodi olim extitiſſe volumina quæ jam ſub μοναχικῶν, jam ſub γεροντικῶν, jam ſub πατερικῶν titulo memorari video, ſæpius deſcripta & frequentibus Monaſteriorum uſibus trita, in quibus ad menſam illa legi & ἀναγνώσεις ἐκ τῶ παλαικῶ uſurpari conſueverunt, ut vel ex Typico Sabæ cap. 8. notum & jam obſervavit præſtantiſſimus Cangius. Εἰς δὲ τὴν τράπεζαν ὅλοι τὸν Χρόνον Πατερικὰ ἀναγινώσκονται. Multa horum periiſſe accidit non ſolum negligentia hominum, temporisque longitudine, ſed etiam injuria, ut de Conſtantino Copronymo narrant Theophanes & Cedrenus, omnes ejusmodi libros flammis ab ipſo datos, fortaſſe quod nonnulla etiam in ipſum & factio-

nem ejus jactata Patrum dicta continerent. ὅτα δὲ ἴσως Μακαρίου τῶν πατρικὰ βιβλία, περὶ κατανύξεως. Tulerunt tamen nonnulla ætatem, exstantque tam in Codicibus MSS. quam in libris editis. Huc enim pertinent præter βίβλους τῶν πατέρων quas jam memoravi, ampla & insignis collectio quam *Apophthegmata Patrum* inscripsit Græceque è Codice Regio 2466. edidit cum Latina versione sua *Jo. Baptista Cotelerius* T. I. Ecclesiæ Græcæ monument. p. 338-712. Paris. 1677. 4. Lectu minime indignam hanc de ἀσκήσει dictisque & factis Patrum ἐλλογὴν profiteor, licet frigida nonnulla in illis & absona poterunt lectoribus famis merito videri. Sed alia in iisdem cogitata sunt egregie, verissimeque pronunciata, suscepta pie, facta prudenter. Breviorem ejusmodi de sententiis Patrum eremitarum συναγωγὴν ex γεροντικῷ aliquo excerptam habes Latine in *S. Petri Cælestini* Papæ *quinti* Opusculo quinto, Tomo V. Bibliothecæ patrum edit. Lugd. p. 802-813. In Bibliotheca Seguieriana quæ hodie Coisliniana est, plura ejusmodi γεροντικὰ patrum sententias complectentia (quale laudatur à Jo. Moscho c. 55. & 212.) exstant manu exarata Græce, ut constat ex Catalogo ejus Codicum Græcorum Montfauconiano p. 200. 294. seq. &c. Ne de vitis Patrum in illa Bibl. dicam, præter rem tributis *S. Hieronymo* * nec diversis ab iis quas sub Palladii nomine habemus. Vide eundem Catalogum p. 138. 139.

XV. JO. GEOMETRA, quem ante annos sexcentos vel septingentos vixisse opinabatur Franciscus Combefisius in notitia scriptorum Tomo primo Bibliothecæ Concionatoriæ præmissa, Παράδεισον νέον *novum Paradisum* inscripsit undecentum tetrasticha sua, quibus dicta & facta celebrat SS. Ascetarum *Achillæ*, *Agathonis*, *Apollinis*, *Antonii*, *Arsenii*, *Asionis*, *Bessarionis*, *Carionensis*, *Esaiæ*, *Eutropii*, *Helladii*, *Heliodori* (ab *Isidori*) *Lucii*, *Mateis*, *Miltiadis*, *Pœmis*, *Pittaci*, *Pityrionis*, *Simonis*, *Sisois*, *Theonis* & *Zenonis*. Primum tetrastichon cum Fed. Morelli metaphrasi adscribam:

Ἀνθημόεις Παράδεισος ὁ τῶν ἁγίων χορὸς ἵστη
Δόμῳ ἐν ὑψίστῳ πείρατα πᾶσι λάμπων.
Βᾶς ἴθι τῆς παιδείσης ἐπιτλήμων φίλον ἦτορ,
Δεῦρ' ἴτω ἀμβροσίης ἄνθεα δρεψόμενος.

Sancto-

* Confer quæ de aliis vitis Patrum S. Hieronymo tributis in Codice Colbertino, & partim Græce versis ex iis quæ de Hilarione, Malcho, Paulo Eremita Hieronymus Latine scripserat, dixi Volumine VIII. p. 376. Nec non de Joannis Cassiani Collationibus Patrum, (cujus Epitomen Græcam legisse se Photius Cod. 197. testatur) Volumine VII. p. 552.

Sanctorum cœtus vere est Paradisus amœnus
Unde animis affat suavis & almus odor.
Ergo cui affectu sunt pectora læsa profano
Huc veniat, florem carpat & ambrosium.

Græce seperatim & seperatim Latine vulgavit Morellus Paris. 1595. 8. Græce & Latine cum aliis quibusdam Geometræ hymnis recusus est hic novus Paradisus in auctario Ducæano Tomo 2. Paris. 1624. & in Tomo XIV. Bibliothecæ Patrum edit Paris. 1644. 1654. fol. De aliis ejus scriptis dixi Volumine septimo p. 715. seq.

MAXIMUS MARGUNIUS Cytherorum Episcopus, variis scriptis editis sub decimi sexti septimique sæculi confinia clarus *novum* & ipse *pratum* de sanctorum vitis dictisque lingua Græcobarbara condidit νέον λειμωνάριον quod Venetiis ut puto editum necdum vidi. Citatur à Nic. Comneno Papadopoli in prænotionibus Mystagogicis p. 37. qui p. 14. 25. & alibi etiam notas ejus in Simeonis Metaphrastæ vitas sanctorum commemorat. Ceterum est mihi ad manus liber alius ejusdem Margunii excusus Venetiis apud Antonium Pinellum & emendatus à Theophylacto Hierodiacono Tzanphurnaro, A. 1630. 4. hoc titulo: Βίοι ἁγίων ἐκ τῆς ἑλληνικῆς γλώττης ἤτοι ἐκ τῶν συναξαρίων μεταφρασθέντες ὑπὸ Μαξίμου τάπεινοῦ Ἐπισκόπου Κυθήρων εἰς καινὴν ὠφέλειαν. Volumen est foliorum 344. ordine mensium succincte persequens memorias Sanctorum vitasque, quæ singulis diebus in Ecclesiæ Græcæ Menologiis ac Menæis recoluntur. Huic annexus est alius liber nescio à quo collectus atque Græca lingua vulgari expositus, at ab eodem Theophylacto emendatus, excususque apud eundem Pinellum Venet. 1628. 4. in qua narrationes prolixiores XIX. de vitis Sanctorum sub nomine totidem Homiliarum continentur. Titulus est: βιβλίον ὀνομαζόμενον νέον θησαυρός. pag. 380.

AGAPII Cretensis νέον ὑπόδειγμα ἤγουν βίοι ἀληθῶν ἁγίων lucem viderunt Venetiis A. 1641. 4.

XVI. Quas sæpius hactenus memoravi HERIBERTI ROSWEYDI * Ultrajectini S. J. VITAS PATRUM A. 1615. fol. Plantinianis ty-

pis

* Obiit Rosweidus Antwerpiæ 1629. 5. Octobr. Cum præter hasce Vitas Patrum etiam Vitas Sanctorum Sanctarumque & Eremitarum Ægypti ac Palæstinæ edidisset, instituissetque Acta Sanctorum integre vulgare pluribus Voluminibus, quod consilium post ejus obitum deinde Jo. Bollandus ejusque socii ita perfecere, ut per annos fere octoginta, sex priorum anni mensium acta voluminibus XXV. in fol. tradita exposuerint.

pis primum Antwerp. vulgatas, atque post editionem Lugdunensem A. 1617. Antwerpiæ Belgice eodem anno, & A. 1628. Latine auctius recusas: eas hoc loco breviter, ordine tamen describere placet, ut idea præclari operis & imago distinctior Lectori objiciatur. Totum opus in libros decem distinguitur.

Libro I. Vita *S. Pauli* eremitæ, auctore Hieronymo. *S. Antonii* Abbatis ab Athanasio scripta, Evagrio presb. Antiocheno interprete. *SS. Hilarionis* & *Malchi* monachorum auctore Hieronymo. *S. Onuphrii* eremitæ, auctore Paphnutio, interprete Anonymo. *S. Pachomii*, Abbatis Tabennensis, auctore Græco incerto, Dionysio Exiguo interprete. *S. Abrahæ* eremitæ auctore S. Ephræm Syro archidiacono, interprete Anonymo. *S. Basilii* magni, auctore Amphilochio, interprete Urso Archidiacono Rom. *S. Æphrem*, Syri, Diaconi Edessæni auctore Græco incerto, Gerh. Vossio interprete. *S. Simeonis* Stylitæ, auctore Antonio ejus discipulo. *S. Joannis Eleemosynarii*, auctore Leontio Neapoleos Cypri Episcopo, interprete Anastasio Bibliothecario. *SS. Epicteti* presb. & *Astionis* monachi, auctore incerto. *SS. Macarii* Romani auctoribus Theophilo, Sergio & Hygino. *B. Posthumii* Patris quinque millium monachorum, & *S. Frontonii*, incerto auctore. *SS. Baarlam & Josaphat*, auctore Jo. Damasceno, ex versione Jac. Billii.

Virginum item *SS. Eugeniæ*, *Euphrasiæ & Euphrosynæ*, auctoribus incertis. *Mariæ* meretricis, neptis Abrahæ eremitæ, auctore S. Ephræm Syro, anonymo interprete. *Thaisis* meretricis, auctore incerto. *Pelagiæ* meretricis, auctore Jacobo Diacono, interprete Eustochio. *Mariæ* Ægyptiacæ, meretricis auctore Sophronio Hierosol. Episcopo, interprete Paulo Diacono sanctæ Neapoleos Ecclesiæ. *S. Marinæ* virginis, auctore incerto. *B. Fabiolæ*, *S. Paulæ* Romanæ & *S. Marcellæ* viduæ, auctore Hieronymo presbytero.

Libro II. Narrationes de Joanne & aliis XXXII. Monachis Ægypti (quibus omnibus fere gemina apud Palladium & Heraclidem occurrunt) *Rufino* Aquilejensi interprete, cui ex Hieronymi & MStorum Codicum testimonio hunc librum Rosweidus tribuit.

Libro III. quem itidem Rufino ex conjectura Rosweidus tribuit, de dictis & factis Monachorum Ægypti, capita 220.

Libro IV. Ex Severi Sulpitii Dialogis & Jo. Cassiani Institutis & Collationibus excerpta.

Libro

Libro V. Anonymi Græci, quem olim Cod. CXCVIII. legit Photius, libelli XVIII. Aſcetici de dictis & factis Monachorum Ægypti, interprete *Pelagio*, Diacono Rom. Confer quæ ſupra §. XIII. p. 24. ſeq.

Libro VI. Simile ſcriptum Græci Anonymi in quatuor libellos diſtributum & lectum olim *Sigeberto* Gemblacenſi c. 117. de Script. Eccleſ. interprete *Joanne* ſubdiacono Rom.

Libro VII. Simile Anonymi ſcriptum de dictis & factis Patrum Monachorum, ſub certos titulos digeſtis: interprete *Paſchaſio* Romano Diacono.

Libro VIII. *Palladii* Helenopolitani Epiſcopi Hiſtoria Lauſiaca, ex interpretatione *Gentiani Herveti.*

Libro IX. *Theodoreti* φιλόθεος ἱστορία ſive religioſa Hiſtoria de vitis Patrum eremitarum, ex ejusdem Herveti verſione.

Libro X. *Jo. Moſchi* pratum, ex Ambroſii Camaldulenſis verſione. De Palladii & Moſchi ſcriptis dictum ſupra hoc capite: De Theodoreti Philotheo, in volumine ſeptimo hujus Bibl. p. 434. ſeq.

Appendicis loco ſubjicitur *Heraclidis* paradiſus & *Palladii* Lauſiaca incerto ſed veteri Interprete, nec non *Ægyptiorum Patrum ſententiæ* auctore Græco incerto, ex verſione *Martini* Epiſcopi Dumienſis. Toti volumini prolegomena copioſa de ſcriptoribus & interpretibus, ſingulis etiam libris prolixæ de Hieronymo, Rufino, Palladio &c. præfationes præmittuntur, illuſtrandoque operi præter notas eruditas paſſim adjectas, additum ad calcem *Onomaſticon* rerum & verborum difficilium, quæ in univerſis hiſce Patrum vitis occurrunt. p. 776-813.

Idem Roſweidus ante faſtos ſuos ſive Catalogum Sanctorum, quorum vitæ in Belgicis Bibliothecis Manuſcriptæ, Antwerp. 1607. 8. promiſit opus ingens Tom. XVIII. de vitis Sanctorum undique conquiſitis & ad MSS. Codices accurate editis & emendatis: I. de vita CHriſti & feſtis ejus. II. de vita B. Mariæ & feſtis ejus. III. de Sanctorum feſtis diebus publice ſolennibus. IV.-XV. de Sanctis menſe Januario Februario cæterisque menſibus per totum annum. XVI. Martyrologia Variorum. XVII. illuſtrationum in vitas Sanctorum, libros octo. 1. de auctoribus vitarum Sanctorum. 2. de Sanctorum tormentis. 3. de imaginibus Sanctorum. 4. de ritibus Eccleſiæ quorum hic mentio. 5. de ritibus profanis. 6. de tempore ſeu Chronologia. 7. de locis ſeu Chorographia.

graphia. 8. De verbis obscuris ordine Alphabetico. XVII. denique Indicum tredecim. 1. Nominum Sanctorum ordine Alphabetico. 2. Sanctorum omnium cum notatione patriæ, status, laureolæ, temporis, loci, auctoris, vitæ. 3. Index per status Sanctorum, ut religiosus, virgo, vidua, conjux &c. 4. Index per officia SS. ut Apostolus, Episcopus &c. 5. Topologicus per provincias è quibus Sancti, Italiæ, Franciæ &c. 6. locorum ubi coluntur Sancti ut Patroni. 7. Index Sanctorum pro curationibus certorum morborum. 8. Index Sanctorum qui patroni certorum opificiorum. 9. nominum propriorum, hominum, locorum, urbium. 10. Index locorum S. Scripturæ quæ in vitis explicantur. 11. Index Controversiarum. 12. Catechisticus & 13. denique rerum & verborum.

Hanc sciagraphiam cum conspexisset Bellarminus Cardinalis, rogasse fertur * qua ætate is esset qui hæc tanta promitteret? atque ubi didicit quadraginta jam annos natum esse, quæsivit porro, illine sit exploratum victurum se adhuc ducentos annos, tantum enim temporis requiri ad illa pro dignitate digerenda & elaboranda. Et sane centum amplius ab eo tempore anni elapsi sunt, quo spatio vix vitas Sanctorum de primoribus sex anni mensibus à pluribus Rosweidi sociis & consilii sectatoribus recensitas editasque habemus.

XVII. Memoranda etiam hoc loco est *Historia Christiana veterum Patrum* spisso Volumine in fol. quam ante Rosweidum Parisiis 1583. edidit *Renatus Laurentius de la Barre*, Nobilis Normannus, idem qui Tertullianum à se illustratum ibid. 1580. fol. in lucem emiserat. In hac Historia continentur, perinde ut in Rosweidi vitis Patrum, Latine omnia non Græce:

1. Liber suppositius de vita, miraculis & assumtione B. Joannis Apostoli sub falso nomine *Prochori* Diaconi, Christi discipuli. Idem Latine legitur in omnibus Bibliothecæ Patrum editionibus: Græce necdum lucem integer vidit, nam pars tantum exstat Græce cum Seb. Castalionis versione in editione tertia Catecheseos B. Lutheri utraque lingua editæ à Mich. Neandro Basil. 1567. 8. p. 526. & in posteriore Orthodoxographorum editione Basil. 1569. fol. T. 1. p. 85. Περιχέω ἐπὶ τοῖς χρόνοις τῶν ἱερῶν καταφθίνω ἀκηράτῳ στεφάνῳ ἐμπρεμάτυρος τοῦ Ἰωάννου τοῦ θεολόγου καὶ εὐαγγελιστοῦ ἱστορία. Exstat Græce MS. in Bibl. Cæsarea, sed sine nomine auctoris, ut testatur Lambecius lib. IV. p. 129. sq. De

* B. Tho. Ittigius de Bibliothecis Patrum p. 756.

De Prochoro videndus Godfridus Henſchenius in Actis Sanctor. IX. April. T. I. p. 818. 910. De narratione illa Auctores Diarii Theologici Unſchuldige Nachrichten von alten und neuen Theologiſchen Sachen A. 1710. p. 665. & quæ pridem notavi in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 816. ſeq. Plenam fabulis ridiculis & vix ante trecentos annos confictam explodit poſt tot alios Tillemontius in Johannis Evangeliſtæ vita T. I. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 355.

2. Hiſtoria certaminis Apoſtolici ſub falſo *Abdiæ* Babyloniæ Epiſcopi nomine libris XII. ex editione Wolffgangi Lazii, ** adſperſis in margine hinc inde brevibus notis.

3. Vitæ SS. *Matthiæ* Apoſtoli, *Marci* Evangeliſtæ, *Clementis* Rom. *Cypriani* Epiſcopi Carthag. & *Apollinaris* diſcipuli Petri, quales idem Lazius ediderat.

4. Libri duo *de Paſſione Apoſtolorum Petri & Pauli* ad Eccleſias Orientales, ſuppoſiti *Lino* Pontifici Romano, & primum editi Pariſ. 1512. fol. à Jac. Fabro ad calcem Epiſtolarum Pauli Apoſt. & deinde in Bibliothecis Patrum nec non in Actis Sanctorum 29. Junii, Tomo V.

5. *Palladii* Lauſiaca Hiſtoria ex verſione Gentiani Herveti.

6. *Theodoreti* Θεοφιλὴς ſive religioſa hiſtoria ex ejusdem Herveti verſione.

7. *Theodori* Studitæ ſermo funebris A. C. 916. dictus in S. Platonem, Guil. Sirleto interprete ut exſtat Tomo VII. Lipomanni, & apud Surium ad 16. Septembr. Idem Græce & Latine ex Henſchenii verſione occurrit in Actis Sanctor. T. I. Maji p. 366. & Græce in appendice ejus Tomi p. XLVI.

8. *Ege-*

** Wolfg. Lazius Baſil. 1552. fol. vulgavit Abdiam quem pro genuino habuit decem diviſum libris, eique præmiſit Carmen heroicum de paſſione D. N. JESU CHriſti, velut incerto veteri autore ſcriptum ad Donatum Epiſcopum, ſed cujus auctorem conſtat eſſe Hieronymum Paduanum. Abdiæ ſubjunxit Lazius Vitam *S. Matthiæ* incerto auctore, verſam ut ait ex Hebræo p. 118. Hiſtoriam *Marci* Evangeliſtæ ex veteri deſcriptam Codice p. 128. Vitam *Clementis* Romani, p. 131. *S. Cypriani* p. 137. *S. Apollinaris* Martyris p. 139. Vitas XII *Apoſtolorum* ſcriptas à Joachimo Perionio p. 148. & Severi Sulpitii de vita *S. Martini* Turonenſis libros III. Vitam *S. Nicolai* Myrenſis Epiſcopi ex Simone Metaphraſte verſam Latine à Leonardo Juſtiniano Patricio Veneto: & vitam *S. Antonii* quam ſcripſit S. Athanaſius, ex verſione Evagrii presbyteri. Denique volumen claudunt Baptiſtæ Mantuani carmina de S. Matthia Apoſtolo, Marco Evangeliſta, Clemente Rom. SS. Cypriano, Nicolao, Antonio & Martino Turonenſi.

8. *Egesippi* libri V. de exitio urbis Hierosolymæ, subjuncta tabula concordantiarum cum libris Josephi de bello Judaico, ex quibus translati videntur.

9. *Pauli Orosii* historiarum adversus Paganos libri VII.

10. *Gregorii Turonici* Historiæ Francorum libri X. cum appendice sive libro XI. alterius scriptoris, & ejusdem Gregorii de Gloria Martyrum libris II. & de gloria Confessorum lib. I.

11. Venerabilis *Bedæ* Ecclesiastica Historia gentis Anglorum, libris V. ejusque epitome, eodem Beda auctore, cum auctario alterius scriptoris ab A. 735. ad 766.

12. *Sigeberti* Gemblacensis Chronicon ab A. C. 381. usque ad A. 1113. cum continuatione *Roberti de Monte* A. 1186. defuncti, unde continuatio quæ inde producitur usque ad A. 1210. non potest agnoscere auctorem eundem Robertum, sed ab aliquo Monacho Gemmeticensi adjecta est, ut pulchre monuit Conradus Janningus in dissertatione inserta Tomo VII. Act. Sanctorum Junii.

13. *Adonis* Archi-Episcopi Viennensis Chronicon ab Orbe condito usque ad A. C. 879.

14. Martyrologium *Usuardi* cum additionibus ex martyrologiis Romanæ Ecclesiæ & aliarum, & annotatione eorum qui de sanctis illis meminerunt.

XVIII. SCRIPTORES de Vitis Patrum ac Monachorum: dubii, MSti, vel deperditi, Graci Latinique.

Ab *Evagrio* Antiocheno Episcopo, vitas SS. Patrum scriptis primo commendatas ait Trithemius de script. Eccles. c. 85. quo loco Evagrium Monachum cum Episcopo confundit, & ex eo quod Episcopus vitam S. Antonii ab Athanasio scriptam vertit Latine, ansam petiit tradendi quod primus ille vitas Patrum scripserit.

Evagrio Pontico, Monacho, S. Macarii discipulo Vitas Patrum tribuerunt Gesnerus & alii recentiores. At Gennadius c. XI. de script. Eccles. testatur Evagrii hujus velut continentissimi & eruditissimi Viri mentionem facere *librum qui asticulatur Vitæ Patrum;* sed ipsum vitas Patrum scripsisse ignoravit.

Petro

Petronii Bononienſis Epiſc. *vitas Patrum Monachorum Ægypti* memorat Gennadius c. 41. de Scriptor. Eccleſ. ubi vide notas Miræi, & vitam Petronii hujus apud Surium 4. Octobr.

Poſtumianus Monachus, Severo Sulpicio in *vita S. Martini* memoratus, cui vitæ aliquæ (haud diverſæ ab editis apud Roſweidum libro ſecundo) tribuuntur in quibusdam MSS. eſſe eodem Roſweido.

Timothei Epiſcopi Alex. vitas probatorum Monachorum, *βίους δοκίμων μοναχῶν* laudat Sozomenus VI. 29. & ex eo Nicephorus XI. 34. Hiſt. Eccleſ.

Valerii Aſturicenſis presbyteri (circa A. C. 902.) Vitas Patrum Orientalium juſto volumine Gothicis literis exaratas evolviſſe ſe in Bibl. Eccleſiæ Toletanæ pridem teſtatus eſt Chriſtophorus de Caſtro apud Roſweidum in prolegom. p. 15.

XIX. *Scripta de Sanctis, nec non Menologia, Menæa &c. Eccleſiarum Orientalium.*

Euſebii liber de Martyribus Palæſtinæ, libro ejus Hiſt. octavo ſubjunctus legitur: & Græce ac Latine exſtat etiam in V. C. Theodorici Ruinarti Actis ſelectis Martyrum, ut dixi T. VI. hujus Bibl. p. 91. De ejusdem Euſebii *συναγωγῇ τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων* ſive collectione deperdita Veterum Martyriorum, præter ea quæ ibidem p. 101. monui, tria jam habeo quæ addam. Primo deceptos fuiſſe eos qui opus hoc integrum Græce extitiſſe affirmarunt in Bibliotheca Scorialenſi. Vide Florentini admonitiones prævias ad Martyrologium Hieronymi p. 12. Deinde de librorum numero, quibus opus illud conſtitit, rem non eſſe adeo exploratam. Nam duobus librorum decadibus Euſebium narrationes de Martyribus eſſe complexum, traditur in Actis S. Sylveſtri apud Lambecium T. VIII. p. 321. ſeq. *ὁ ἡμέτερος ἱστοριογράφος Εὐσέβιος ἡνίκα τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἐγκάθοδον ἱστορίαν, ἐξεπλήρωσεν ἐκεῖνα ὧν μνήμην ἐποιήσατο ἐν ἑτέροις αὐτῷ πονήμασι. Καὶ γὰρ ἐν ἴσοις λόγοις, τυγχάνει ἐν δυσὶ δεκάσι χρόνων τῶν ἐν ἀκάσμοις ἐπαρχίαις μαρτύρων, ἐκτυπώσων, ὁμολογητῶν τε ἀγῶνα γυναικῶν τε καὶ παρθένων παρεστήσατο τὰ παλαίσματα φερόντων.* Idem librorum viginti numerus confirmatur in prologo ad Martyrologium Uſuardi, ubi legas Conſtantinum Magnum ab Euſebio rogatum ut Acta Martyrum ex archivis Judicum in diverſis Imperii Rom. locis exſcribi

& ad se dirigi juberet, idque ab Imperatore factum atque inde Eusebium omnium Martyrum martyria libris viginti complexum fuisse. At in actis ejusdem Sylvestri, qualia Græce & Latine edidit Combefisius in triumphis Martyrum selectis, Paris. 1659. 8. non viginti sed undecim libros memorari video. p. 258. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου τὴν Ἐκκλησιαστικὴν συγγραφὴν ἱστορίαν συνέλιπεν ἐκλεξάμενος ταῦτα ἔτι εἰπεῖν ἀπερ ἐν ἄλλοις συντάγμασιν ἔφρασεν· Ἐπέθηκεν γὰρ ἐν εἰδικῷ λόγῳ τὰ παθήματα χαὶ τῶν ἐν ἁπάσαις ἐπαρχίαις ἀθλησάντων μαρτύρων χ᾽ ἐπισκόπων χ᾽ ὁμολογητῶν. Οὐ μὴν ἀλλὰ χ᾽ γυναικῶν χ᾽ παρθένων ὅσαι ἀνδρείῳ φρονήματι ἕως τὸν ἀνατόντα ἀγωνίσαντο Χριστὸν, ἀνεγράψατο. Eusebium *in libro de quinque nullibus coronatorum* laudat Johannes de Hamburgo, Carthusiensis prope Pragam Monachus in Epistola A. C. 1404. scripta ad Henricum Olemannum, Canonicum Northunensem edita à B. Dorsheo in pallelis Monastico Academicis p. 176. Denique non omittendum quod A. 1716. inventus ut ajunt in Syria, Romamque allatus est Codex qui fertur 4. C. 473. scriptus esse Syriace, & complecti Historiam Martyrum Occidentis ab Eusebio compositam. Hunc una cum aliis monumentis Syriacis à Josepho Assemanno Maronita similiter Romam apportatis * Latine vertendum lucique donandum publicæ libenter evolvent Antiquitatis Ecclesiasticæ studiosi: licet si Græce alicubi Eusebianum opus se offerret, non dulcius modo sed & securius ex ipso fonte hauriretur.

Theodoriti Historia religiosa. de qua T. VII. hujus Bibl. p. 434. seq.

Menæa Græcorum de quibus dixi ad Allatium de libris Ecclesiasticis Græcorum p. 57. editionis à me curatæ T. V. hujus Bibl. In Ecclesiæ CPolitanæ usus esse composita notat Tillemontius T. 7. memor. Eccles. p. 13.

Mene-

* Inter cætera sunt, S. Athanasii liber de incarnatione scriptus Syriace. A. C. 564. S. Jacobi Nisibeni Homiliæ. S. Jacobi Saragensis Episcopi homiliæ 76. S. Isaaci Syri sermones. S. Ephrem Syri exegeses in Vet. Test. libros. Dionysii Barsalibari, Episcopi Aonidensis Commentarii in IV. Evangelistas. Chronicon Edessenum à Christo nato ad A. 523. Dionysii Syror. Jacobitarum Patriarchæ Chron con ab Orbe condito ad A. C. 775. Alexandrinorum Patriarcharum Historia ad annum æræ Diocletian. 1004. (Christi 1378.) Nomocanon Ecclesiæ Antiochenæ. Geographica totius Ægypti descriptio, ichnarbores, metalla, animalia, monetæ, opera publica, regimen, Epochæ &c. Gelali historia Caliparum à Mahomete ad annum Hegiræ 903 (CHristi 1497.) Abdarrameni Historia Ægypti. Hierosolymitana Historia ad annum Hegiræ 900. (CHristi 1493.) Achmetis Caraphi objectiones LXX. contra Evangelium &c.

Menologia varia Græcorum, de quibus ad eundem Allatium p. 61. seq.

Menologium ex Bibliotheca Frid. Lindenbrogii descriptum, quod olim fuerit in usu Ecclesiæ CPolitanæ, laudat Papebrochius. Act. Sanctor. T. 2. April. p. 67.

Anthologium Græcorum e Menæis decerptum & à Clemente VIII. approbatum editumque Romæ 1598. 4. cum præfat. Antonii Arcudii. De aliis Anthologii editionibus dictum ad Allatium p. 66. seq.

Matthæi Raderi S. J. Viridarium Sanctorum ex Menæis Græcorum collectum, annotationibus & similibus Historiis illustratum. Pars I. Augustæ Vindel. 1604. 8. & Pars II. & III. de simplici obedientia & contemptu sui, & illustria Sanctorum exempla. ibid. 1614. 8. Hæc veluti in gustum Raderus, qui Menæa integra Latine vertere, & utraque lingua edere habuit in animo. Confer quæ de inedito illo Raderi opere Papebrochius in Actis Sanctor. ad T. 2. April. p. 609. Etiam Menologium *Maximi Margunii*, excerptum è Menæis, & ab Antonio Pinello lingua Græca vulgari editum Venet. 1529. 4. Latine vertere coepit idem Raderus Bollando teste præfat. ad T. I. Januar. p. LV.

Græcorum & Syrorum Calendaria à Gilb. Genebrardo præmissa Commentariis in Psalmos.

Ruthenorum Calendarium ab Antonio Possevino editum in apparatu Sacro, T. 2. in voce, *Ruteni*.

Menologicum Ruthenicum quod Amstelodami à Laurentio van der Hem accepit Papebrochius, & cum Menologio Græco metrico præmisit Tomo I. Act. Sanctorum Maji.

Menologium Slavo Rusficum editum Moscuæ A. 1679.

Calendarium Æthiopicum, in Jobi Ludolfi commentario Hist. Æthiopicæ.

Calendarium Hierosolymitanum in Lucæ Waddingi Annalibus Minorum, T. 8. ad A. C. 1342. n. 49.

Coptici Calendarii specimen apud Bollandum p. LVI. præfat. &c.

Scripta de Sanctis, nec non Calendaria, Martyrologia Ecclesiarum Occidentalium.

Vetustissimum *S. Hieronymi* Martyrologium, editum primum à *Luca Dacherio* T. IV. Spicilegii Paris. 1661. 4. & sub titulo veteris Ecclesiæ

Occidentalis Martyrologii cum amplissimo Commentario & eruditis exercitationibus à *Francisco Maria Florentinio*, Lucæ 1668. fol. In Dacherii editione, Sancti Hieronymo posteriores alio characte-re literarum expressi sunt.

Prudentius peristephanon sive de Coronis & Passionibus Martyrum liber, hymnis XIV. constans. *Librum Coronarum* vocat *Gregorius Turonensis* cujus libri II. de gloria Martyrum & Confessorum liber I. itidem huc pertinent. Et *Joannis Cassani*, Gregorio antiquioris, collationes Patrum &c.

Martyrologium Romanum parvum, cum Adone vulgatum ab *Heriberto Rosweido* Antwerp. 1613. fol. dicatumque Paulo V. & deinde insertum Bibliothecæ Patrum T. XVI. edit. Lugd. quod non posse pro genuino illo ac sincero Romano veteri haberi probant Valesius Exerc. de hoc Martyrologio, ad Eusebii calcem, Andreas Sanssæus de Mysticis Galliæ scriptoribus p. 981. seq. Florentinus prolegom. ad Martyrolog. Hieron. p. 17. seq. Satis antiquum tamen ostendit Jo. Baptista Solerius cap. 2. prolegom. ad Usuardum.

Kalendarium Ecclesiæ Carthag. apud Mabillon. T. 3. Analect. p. 398.

Kalendarium Polemei Silvii ad Eucherium Episcopum (A. C. 448.) è quo excerpta dederat Bollandus præf. ad T. I. Act. Sanctor. Januar. XLIV. integrum una cum Kalendario Ethnico Fulvii Dionysii Philocali exhibet Jo. Baptista Solerius T. VII. Act. Sanctorum Maij.

Kalendarium à Dacherio editum T. X. spicilegii. & *Kalendarium* sive *Lectionarius* in libro Sacramentorum Gregorii M. &c.

Kalendarium Romanum nongentis annis antiquius, quod ex MS. Monasterii S. Genovefæ Paris. prodiit cum notis *Joannis Frontonis*. Paris. 1652. 8. Calendariorum usum in Ecclesia Martyrologiis antiquiorem esse notat Antonius Pagi in Critica Baroniana ad A. C. 64. n. 6.

Kalendarium Mutinense editum a V. C. Benedicto Bacchino ad calcem libri Pontificalis Agnelli, Mutinæ 1708. 4.

Beda (A. 730.) Martyrologium genuinum cum *Flori* Diaconi Lugd. (circa A. 830.) additamentis, distincto literarum charactere excusis ab Menschenio publicatum in Actis Sanctor. ante T. 2. Martii. Nam quod sub Bedæ nomine prodiit Antwerp. apud Plantin. 1564. 12. atque inter Bedæ opera Tomo III. multis modis ex Adone & aliis interpolatum esse constat. Vide Bollandi prolegom. ad Acta Sanctor. Januarii p. XL. seq.

Wan

Wandelberti Monachi Prumiensis Benedictini (circa A. 848.) Martyrologium meretricum versibus Hexametris, quod post priores minus integras editiones, quæ inter Bedæ opera & cum Jo. Molani Usuardo lucem viderunt, vulgavit Lucas Dacherius Tom. V. Spicilegii Paris 1661. 4.

Rabani Mauri (circa A. 845.) Martyrologium ab Henr. Canisio editum T. VI. Antiquar. Lectionum. Ingolstad. 1604. 4.

Notkeri cognomento Balbuli, monachi S. Galli Martyrologium, editum ab eodem Canisio tomo eodem.

Non amplius quam decem & octo annos natus *interpretationes in S. Scripturæ libros* scribere cœpisse ab eodem Leontio Theodorus proditur, licet illi pro suo in illum odio non interpretatus sacros libros sed in eos insolenter *debacchatus* fuerit visus. *Hunc ajunt non amplius quam decem & octo annos natum in Scripturas debacchatum esse, non enim nisi debacchationes scripturarum, interpretationes quas in eas composuit, appellare possum.* Leontius lib. 3. contra Nestor. & Eutychen p. 696. F. Eodem loco in ejus Commentariis reprehendit, *quod labores sanctorum Doctorum qui in eis laborarant, nunquam irridere & illudere desit.* Deinde quod *ausus est contra gloriam Spiritus S. cum omnes quidem Scripturas alias, quas sancti afflatu ejus tradiderunt, humiliter & demisse interpretans* (qui litteralem sensum scilicet loco mystici eruere volebat) *cum vero à numero sacrarum Scripturarum divinè præscripto & indicato eas separans.* Speciatim arguit librum Jobi & Epistolam Jacobi, & alias deinceps aliorum Catholicas (secundam & tertiam Joannis, & Epistolam Judæ) ab illo rejectas. *Magnum DEI servum* Job, *columnam fortitudinis animatam & spirantem, duobus fere millibus versuum persæpe contumeliose arguebat, & Scripturam Spiritus S. de eo*

obro-

abrogabat, quam Jacobus frater Domini in Epistola sua Catholica confirmans ejebat (V. 11.) Patientiam Job audivistis, & finem Domini vidistis. *Non enim aliunde neque patientiam audivimus, neque finem ejus spectavimus, nisi ex Scriptura de eo. Ob quam causam, ut arbitror, ipsam Epistolam* Jacobi, & *alias deinceps aliorum* Catholicas *abrogat & antiquat: Non enim satis illi fuit bellum contra veterem Scripturam suscipere ad imitationem impietatis Marcionis, sed oportuit etiam contra Scripturam novam pugnare, ut pugna ejus contra Spiritum Sanctum clarior & illustrior esset.* Plura deinde subjungit neutiquam minus gravia: *Inscriptiones Hymnorum & Psalmorum & Canticorum penitus ejecit, & omnes* Psalmos *Judaice ad Zorobabelem & Ezechiam retulit, tribus tantum ad Dominum rejectis. Imo & sanctorum sanctissimum* Canticum Canticorum *ab omnibus divinarum rerum peritis & ab omnibus Christianis laudatum, omnibus Ecclesiis cunctis orbis notum & à Judæis inimicis Crucis Christi in admiratione habitum, libidinose pro sua & mente & lingua meretricia interpretans, sua supra modum incredibili audacia ex libris sacris abscidit. Et quid non erat acturus, qui in eo agebat impietatis inventor & pater?* Duos *igitur* libros Paralipomenon, *primum & secundum similiter, malum malo addens, & insuper* Esdram *repudiavit.*

In Hexaëmeron sive ἐξηγητικὰ τῆς κτίσεως, commentarium septem λόγοις distributum memorat Photius Cod. 38. Ex quo aliqua in suos in Hexaëmeron commentarios transtulit, sed & Theodorum passim oppugnat *Joannes Philoponus*, ut statim lib. 1. cap. 8. & 11. seq. Etiam in collatione IV. Concilii V. A. 553. habiti plura afferuntur loca Latine ex Theodori libro quarto & quinto *commenti de creatura.* Tom. 3. Concil. p. 85. seq. edit. Harduini.

Theodori Mopsvesteni fragmenta plurima occurrere in Catena Patrum Græcorum ad Pentateuchum Latine versa à Francisco Zephyro, scribit præstantissimus Caveus. Sed Theodori Heracleensis aliqua, plura etiam Theodoreti, * Theodori vero Mopsvesteni sive Antiocheni nulla ibi reperire potui. Theodori tamen Mopsvesteni nomen occurrit inter eos ex quibus collectæ Catenæ quæ exstant in Bibl. Coislin. MStæ *in Leviticum:* nec non *in Josuam, Judicum, Ruth & quatuor Regum* libros. Et in Catena Patrum *in Genesin* quam Latine vulgavit Aloysius Lipomannus. Hebedjesu in Catalogo librorum Chaldæorum p. 20. notat Theodorum commentatorem scripsisse commentarium in *librum Geneseos* tribus tomis ad magnum Alphæam, ingenti concinnatum metho-

do

* Theodoro Mopsvesteno assentiri more suo Theodoretum, docuit Petavius dogm. Theol. de Angelis c. 69.

do & labore. *Davidem* quinque libris explicasse ad Cerdonem * & fratrem ejus. *Duodecim Prophetas* exposuisse duobus tomis ad Turim. In *Samuelem* uno commentatum esse tomo ad Mamrinum. In *Jobum* duobus tomis ad Cyrillum Alexandrinum. *Ecclesiasten* uno libro exposuisse, deprecante Porphyrio. In *Isaiam*, *Ezechielem*, *Jeremiam* & *Danielem* singulos singulis tomis commentatum esse atque per hos finem imposuisse suis lucubrationibus in Vetus Testamentum. *Matthæum* uno tomo explicavisse ad Julium, *Lucam* & *Joannem* duobus tomis ad Eusebium. In *Acta Apostolorum* ad Basilium uno commentatum esse tomo. *Epistolam* quoque *ad Romanos* explicasse ad Eusebium: & *Duas Epistolas ad Corinthios* duobus tomis elucidasse deprecante Diodoro. Ad *Galatas*, *Ephes.* *Philipp.* & *Coloss.* Petro: ad *Titum*, *Philemonem* & *Hebræos* Cyrino cuidam dedicasse, tomis quinque.

Fragmenta Theodori reprobantis librum *Job*, & docentis quod pagana sapientem ille habeat auctorem, exstant in collatione IV. Concilii V. T. 3. Harduin. p. 86. seq. In Catena ad Jobum edita nullam Theodori mentionem reperi.

Ex Commentariis ejus *in Psalmos* fragmenta plurima in Catenis a Dan. Barbaro & Balthasare Corderio editis. Nonnulla etiam apud Facundum IX. 1. & in Actis Concilii V. collatione IV. & V. atque in Vigilii Papæ constituto, cap. 20. sqq. apud Baron. ad A. C. 553. num. 97. seq. Quando porro Theodoritus præf. in Psalmos ait *quosdam Prophetiam ita historiis adaptasse, ut Judæis potius interpretatio suffragaretur quam fidei alumnis*, videtur Theodorum perstringere, de quo Hesychius presbyter Hierosol. in Historia Eccles. a) *Prima autem elementa suæ doctrinæ ex Judaico vaniloquio incipiens codicem in Prophetiam Psalmorum conscripsit, omnes de Domino prædicationes abnegantem. Culpatus vero & periclitatus, contraria sibi dixit, non ex voluntate sed compulsus omnium querimoniis, & codicem ipsum delere pollicitus, latenter conservabat Judaicæ impietatis viaticum. Igni enim sua commentaria simulans tradere, malitiose abscondere illecebram conabatur.* Eum itaque licet aliquando secutus est idem quem dixi Theodoritus, *desera tamen ut plurimum* (Jo. Garnerii verba sunt in auctario Operum Theodoriti pag. 184.) *idque justis de causis. Nam primo multa in Psalmis*

* Confirmat Facundus [illegible]

a) In Actis Synodi V. Collatione V. T. 3. edit. Harduin. p. [illegible]

Psalmis de CHristo dicta detorquet alio: deinde adolescens duodeviginti annorum Davidem interpretatus est, cum plus haberet audaciæ quam eruditionis. Postea ejusmodi expositione invidiam multorum sibi conflavit quasi Judæis faveret: denique ipse suum juvenile opus non admodum probabat, ut infectum mallet. Ingenue tamen fatendum quod res est, ea nonnunquam in Catenis legi ex Theodoro in Psalmos, quæ ostendant ab ipso literalem sensum feliciter expositum fuisse, ut mirabile sit in adolescente tantum Scripturæ intelligentiam exstitere potuisse. Ideoque dolent viri docti b) quod eruditi hujus Scriptoris, qui sub egregio Magistro, Diodoro Tarsensi una cum S. Chrysostomo condiscipulo sensum literalem S. Scripturæ adeo studiose scrutari didicit, nihil amplius ex commentariis illis ad nos pervenit quam quæ à Catenarum collectoribus sunt excerpta ac servata. Quod autem non evacuaverit omnes in CHristum factas Prophetias, nec judaicæ impietati aut Manichæorum errori voluerit suffragari, qui Judæos etiam diserte in Commentario ad Psalmos oppugnavit, docere instituit Facundus loco citato. Apud V. Cl. Tho. Galeum fuit MS. argumentum prolixum Theodori Mopsvest. in Psalmum XLV. in quo teste Caveo breviter percurrit Historiam Judæorum à tempore captivitatis usque ad Antiochum & Oniæ fugam in Ægyptum. Idem Caveus ex Catena MS. in Psalmos, in qua sæpe idem Theodorus vocatur ad partes, notat illum *valde diligentem fuisse in conferendis veteribus versionibus & exemplaribus, utilemque valde fuisse ejus operam.* Locum ex commentario in Psalmum octavum affert Leontius lib. 3. contra Nestor. p. 704.

Ex commentario in *Canticum Canticorum* fragmenta leguntur in Collatione IV. qvintæ Synodi T. 3. p. 88. seq. edit. Harduini, ex quibus confirmatur quod præter Leontium, cujus verba superius adduxi, Pelagius II. Papa sive qui illius nomine Epistolam tertiam ad Eliam & Episcopos Istriæ scripsit Gregorius Magnus, *cum Theodorus*, inquit, *Canticum Canticorum vellet exponere, Salomonem per hunc librum Æthiopissæ Reginæ blasphemum esse professus est, quod Theodoritus reprehendens, nomen quidem Theodori*

b) Rich. Simon lib. 3. Hist. Criticæ Novi Test. cap. 31. p. 446. *il est facheux que nous n'ayons rien aujourdhuy des Commentaires de ce savant homme, que autrefois étudioit sous un si bon maitre avec S. Chrysostome le sens literal de l'Ecriture, que ce que nous en ont laissé les Compilateurs des Chaines Grecques dans leurs recueils* Vide sis etiam Villalpandum ad Ezechielem, T. 1. p. 3. seq. & Rich. Simonem lib. 1. Hist. Criticæ Novi Test c. 22. p. 210. seq. & reponse à la defense des sentimens de quelques Theolog. de Hollande p. 56.

suppressit, sed tamen vesaniam patefecit. Et Georgius Pachymeres ad Dionysii Areopag. Epistolam IX. p. 169. ait Mopsvestenum ἀφρόνως τὸ ᾆσμα διαβεβλημένον *imprudenter Canticum calumniatum esse.*

In duodecim Prophetas commentarius Theodori Antiocheni integer foliorum 223. servatur Græce *MS.* in Bibl. Cæsarea teste Lambecio T. 4. p. 160. Θεοδώρου Ἀντιοχίας ἑρμηνεία εἰς τοὺς Προφήτας. Ἑρμηνεία ὅσης Προφήτου. Εἰς ἔλεγχον τῶν ἀβασανίστως ἐπιβαλλόντων ταῖς προφητικαῖς ἐπιχειρήσεσι φωναῖς, ἢ μὴ ἢ πρὸς κατασκευὴν τῶν ἐξῆς ἀρξώμεθα τῆς τῶν προφητικῶν σαφηνείας θεῖ διδόντος, ἀπὸ ὧν ὅστις τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος, οὐ μὴ πώποτε ἔναγχος τῷ χρόνῳ συμβίβασε τῶν λοιπῶν προφητῶν. τὰ δὲ μακαρίου Δαυὶδ &c. In Malachiam desinit his verbis: ὡς ἂν μὴ μέτοικος ἐπὶ τῆς ἀσεβείας φοβερᾶς αὐτὸν τῆς παρουσίας περιθῶσιν ἐπὶ ἀφανισμῷ παντελεῖ τῶν μαχθησομένων γινομένης. Habuit eundem in sua gaza etiam Rev. Abbas Gerasinus Blachus, & Venetiis vidisse se testatur illustris vir Scipio *Maffei* in Epistola ad eruditissimum Blanchinum. Exstat etiam in Bibl. *Medicea* atque jam ante aliquot annos editionem ejus sperare jussit Anselmus Bandurius Magliabecahi successor dignissimus. Vide Diarium Italicum celeberrimi Montfauconi p. 39. seq. & 46.

In Matthæum liber *quartus* citatur in collat. quarta Synodi quintæ p. 84. edit. Harduin. Alia ex eodem opere fragmenta p. 79. 82. 85. & in Vigilii Constituto apud Baron. ad A. 553. & apud Facundum III. 4. & IX. 2. Plura etiam in Catenis ad Matthæum ineditis, etiam in editis, Posiniana præcipue, in qua etiam Theodorus Antiochenus Epistola ad Anastasium Consulem citatur ad Matthæi XV. 28.

In Marcum Catena *Posiniana* Theodorum *Mopsvestenum* laudat pag. 62. 91. & 279. fortasse ex iis quæ ad Matthæum scripserat aliqua excerpens.

In Lucam, Catena Corderiana ad cap. XI. sect. 60. Acta Synodi quintæ collat. IV. pag. 77. edit. Harduin. & eundem locum notans Vigilius in Constituto apud Baron. ad *A. C.* 553.

In Joannem plurima exstant Theodori fragmenta in Catena Corderiana, quorum nonnulla etiam examinat Rich. Simon lib. 3. Hist. Criticæ Novi Test. cap. 31. p. 446. seq. Nonnulla etiam ex libro *sexto* & *septimo* afferuntur in actis quintæ Synodi p. 75. 76. 81. & a Vigilio: Vide etiam Facundum IX. 3.

De miraculis CHRISTI, εἰς τὰ θαυμαῖα λόγοι quorum secundus citatur à *S.* Maximo T. 2. Opp. p. 91. & in Concilio Lateranensi A. 649. actione V. T. 3. edit. Harduin. p. 895.

In

In Acta Apostolorum ex libro primo Commentarior. Theodori locus affertur in Actis Synodi V. p. 76. & apud Vigilium. In Catenis ineditis ad Acta & Epistolas Catholicas inter eos è quibus collectæ illæ sunt Theodori Ancyrani, Theodori Heracleotæ & Theodori presbyteri ac Monachi nomen reperio, non Theodori Antiocheni sive Mopsvesteni.

In *Epistolas Pauli*, Catenæ ineditæ Patrum Græcorum, nomen Theodori Mopsvesteni laudant. Vide eruditiss. Montfauconi Catalogum Bibl. Coislin. p. 273. 274. Atque nominatim ex Commentario in Epistolam *ad Romanos* quædam afferuntur à Facundo III. 6. & Vigilio: in *I. ad Corinthios*, & *I. ad Timotheum* ab eodem Vigilio: In Epistolam *ad Hebræos*, in Vigilii constituto & in Actis Synodi. V. p. 81. & 83. T. 3. Concilior. edit. Harduini. Quod vero Epistolas Pauli omnes fuse explicatas à Theodoro scripserit Theodoritus, in ejus præfatione commentarii in Epistolam Apostoli, quam laudat eruditissimus Caveus, non reperio, licet Rich. Simoni c) assentior, qui Theodori Commentarios ab eo consultos perinde ut Chrysostomi non dubitat. Memorat etiam Leontius libro 3. contra Nestor. ejus interpretationem in Epist. *ad Galatas*, loco illo quo in alia etiam Theodori scripta invehitur p. 699. *Si quis vero non adhibuerit fidem & ei vacat & est animus; quærat quæ vane elaboravit in Genesim, & in librum contra Job, & pravam interpretationem in Epistolam ad Hebræos, & in Epistolam ad Corinthios & ad Galatas & quæ contra Magusæos scripsit & præmeditationem excæcantem in sacros Psalmos & quæ pro Eunomio contra Basilium scripsit, sic ego voce totam ejus apologiam omni accusatione plenam. Item enarrationes turbidas & blasphemas in Evangelium Matthæi, Joannis & Lucæ & ipsorum sanctorum Apostolorum & Evangelistarum superbas quas ausus est reprehensiones & alia ejus opera, ne singula enumerem.*

Ex *interpretatione Symboli* (*Nicæni*) *CCCXVIII. sanctorum Patrum* locus affertur in Actis Synodi V. collat IV. p. 81. & in Vigilii constituto. Leontius vero arguit eum fidem Synodi Nicænæ non solum mutilasse, sed omnen penitus destruxisse & aliam præter illam tradidisse pag. 697. B.

Ad Baptizandos liber, è quo plura fragmenta in Actis Synodi V. collat. IV. p. 82. seq. Vide etiam Facundum IX. 3. qui *ad baptizatos* vocat, & Garnerium ad Marium Mercatorem T. 2. p. 261.

c) Lib. 3. Hist. Crit. N. T. c. 22. p. 314.

Symbolum sive *expositio fidei*, exstat in Actione sexta Concilii Ephesini T. 1. edit. Harduin. p. 1515. & Actione 1. Concilii Chalced. T. 2. pag. 247. & collatione qvarta Synodi V. T. 3. p. 89. & cum Marii Mercatoris versione T. 2. edit. Garnerianæ p. 251. adde 284. & T. 1. p. 95. Theodori esse, negavit Facundus lll. 2. & Nestorio tribuit Manuel Caleca lib. 2. contra Græcos, Bellarminus lll. 5. de CHristo & Petavius lib. X. de incarnat. c. 9. §. 4. Sed Theodorum auctorem faciunt præter *Marium* Mercatorem Leontius l. c. & Justinianus Imp. libro pro Acephalis apud Facundum lll. 5. Confer Garnerium T. 2. p. 256. seq. & Leonem Allatium in Vindiciis Synodi Ephesinæ & S. Cyrilli c. 17. p. 66. sqq.

* *Tomi V. contra allegoricos* ab Ebed Jesu Metropolita Sobensi in Catalogo librorum Chaldæorum memorantur, atque ad eosdem respicere videtur Liberatus quando c. 24. breviarii ait Theodorum *multa opuscula edidisse contra Origenem*, exosumque inde & accusabilem habitum ab Origenistis. Vide Tho. Itigii appendicem diss. de hæresiarchis p. 471. *Librum ad Cerdonem de allegoria & historia contra Origenem*, vocat Facundus lll. 6. in odium inde Origenianorum incurrisse similiter testatus. Nec dubium est Theodorum in commentariis etiam suis ad libros sacros, sensui litterali adeo studiose adhærentem, Origenis allegoricas explicationes passim repudiasse ac rejeciisse.

Missa sive *Liturgia* ex Syriaco versa Latine exhibetur ab Eusebio Renaudoto T. 2. collectionis Liturgiarum Orientalium * p. 616--621. Etiam Leontius Theodorum reprehendit eo nomine lib. 3. contra Nestor. & Eutychen p. 697. C. quod *aliam Missam effutivit præter illam quæ à Patribus tradita est Ecclesiis, neque reveritus illam Apostolorum, nec illam magni Basilii, in eodem Spiritu conscriptam.* Sed si non aliam vidit Liturgiam Theodori Leontius, quam qualem Renaudotus edidit, certe falsum est, quod illi impingit, *blasphemiis non precationibus mysterium sacræ Eucharistiæ oppleviisse.* Hunc puto esse *librum de Sacramentis*, ab Hebed Jesu memoratum.

Cætera quorum Hebed Jesu meminit, sunt, *tomus de sacerdotio, duo de Spiritu S. unus admonachos, unus de obscura locutione, unus de perfectione regininis:* alius *de assumente & assumto*, item *liber margaritarum* qui continet ejus *Epistolas*, demum *tractatus de latione Legis*, quo finem suis lucubrationibus imposuit. Ἐκ τῆς πρὸς Δόμνον Ἐπιστολῆς nonnulla affert Anastasius in ecloge χρήσεων δογματικῶν, & ex illa Sirmondus ad Facundi IX. 3. Ex Epistola ad Artemium presbyterum Alexandrinum Facundus lll. 5.

Super

* Prodiit Paris. 1716. 4.

Reſtat ut pauca dicam de opere in *quinque libros* diſtributo, quo *Hieronymum* (illum enim ſub nomine Ἀρείου d) velut Syrum Orientalem ex Occidente licet oriundum, at in Syria adverſus Pelagianos commentatum perſtringit) *Auguſtinum* aliosque peccati originalis defenſores Theodorus e) oppugnavit. Πρὸς τὺς λέγοντας φύσει τὴν ἀ γνώμη πλέειν τὺς ἀνθρώπους. *adverſus eos qui natura non voluntate peccare homines affirmant.* De hoc opere videndus Photius Cod. 177. cujus verba magnus Salmaſius p. 177. libri de Helleniſtica perperam ita accepit, ac ſi Theodorus Mopſveſtenus aliam verſionem Bibliorum Græcam poſt veteres interpretes molitus fuiſſet. Sed de Hieronymo ibi ſermo, cujus verſionem Bibliorum Latinam Theodorus apud Photium perſtringit. Fragmenta ex hoc opere occurrunt apud Marium Mercatorem T. 1. pag. 97. ſq. T. 2. p. 257. Hebed Jeſu *duos libros* memorat *adverſus eos qui aſſerunt peccatum ſuum eſſe in natura.*

III. Theodori Mopſveſteni Frater POLYCHRONIUS, Antiochiæ natus atque Aſcetæ Cyrenſis, S. Zebini diſcipulus æmulusque f) Eccleſiam dehinc Apameenſem in Syria Epiſcopus g) egregie adminiſtravit, emendatæ vitæ ſplendorem cum doctrinæ gratia & ſermonis venuſtate conjungens. Defunctus eſt ante Concilium Epheſinum A. C. 431. habitum, cui ſucceſſor Polychronii Alexander Epiſcopus Apameenſis ſubſcripſit. Non plane certum videtur hunc eſſe Polychronium cujus commentarii *in Jobum* multa ac præclara fragmenta ſervata exſtant in Catena Patrum Græcorum in Jobum Græce & Latine vulgata à Patricio Junio Lond. 1637. fol. Meminit & Codex Græcus MS. de quo Lambecius III. pag. 188. Polychronii in illud Jobi XXXVIII. 7. Ὅτε ἐγενήθησαν ἄστρα, ἤνεσάν με μεγάλη φωνῇ πάντες ἀγγελόι μου.

In Proverbia paſſim Polychronii expoſitiones occurrunt in Catena Patrum Græcorum ad Proverbiorum librum, quæ Latine ex Theodori Peltani verſione prodiit Antwerp. 1614. 8.

d) Vide H. Noris lib. 1 hiſt. Pelagian. cap. 0. Tillemont. T. XII. p. 443. ſeq Garnerium ad Marium Mercatorem T. 1 p. 99. Cuil Cavemm in hiſtoria literaria Script. Eccleſ. ubi de Theodoro Tho. Ittigium appendice de hæreſiarch. p. 469. 476. ſeq. & Rich Simonem lib. 3. Hiſt. Critic. Novi Teſt. p. 444 ſeq.

e) Θεοδώρε Ἀντιοχείας, ὁ Μοψυεστίας δι ἐν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν ἐκκλησιαστικῶν. Phot. Cod. 177.

f) Theodoritus Hiſt religioſ cap. 24.

g) Theodoria, Hiſt. Eccleſ. lib. V. cap. ult. Nicephorus XIII. 30.

In Ecclesiastem Polychronius Diaconus Græcè *MS.* in Bibl. Bavarica teste Joanne Meursio. Fuit etiam in Escurialensi, teste Labbeo p. 177. & 386. Bibl. novæ *MSS.* Exstant & Polychronii fragmenta quædam in Catena ad Ecclesiastem Græca inedita quam Oxoniæ Bibliotheca servat Bodlejana.

In Canticum Canticorum cum Eusebii & Psselli expositionibus Polychronianam Græce edidit Jo. Meursius Lugd. Bat. 1617. 4. Inscribitur: Ἐξήγησις ἀλλοφόρων εἰς τὸ ἆσμα τῶν ἀσμάτων ὑπὸ Πολυχρονίου.

De Polychronii Ἐξηγήσει in *Jeremiam*, *Ezechielem* & *Danielem* non repetam quæ dixi Volumine VII. hujus Bibl. p. 753. ubi etiam de Polychronio *presbytero CPol.* apud Sozom. IX. 2. Polychronio *Hierosol. Episcopo* cujus meminit Petrus Damiani Opusc. VI. cap. 17. T. 3. p. 46. & de Polychronio *Monothelita* &c. Hisce ex Actis Conciliorum addi possunt Polychronius Episcopus *Antipatridis* in Palæstina qui Synodo Chalcedonensi A. 451. interfuit, Polychronius *Areopolitanus* itidem Palæstinæ Episcopus qui A. 536. subscripsit Epistolæ missæ ad Joannem CPol. Polychronius *Dablis* Episcopus in Hellade, qui interfuit Concilio Rom. A. C. 503. Polychronius *Epiphanensis* in Cilicia, qui Concilio Chalcedonensi subscripsit A. 451. Polychronius *Heracliæ* Cariæ qui interfuit Concilio Ephesino A. 431. Polychronius Episcopus *Prusæ* in Bithynia qui interfuit sextæ Synodo *A. C.* 681. Polychronis denique presbyter ac prior monasterii *Æthrii* qui subscripsit Concilio sub Mena A. 536.

IV. THEODORI VARII

Scriptis Græcis clari, plures quàm centum, quibus alii etiam nonnulli in veterum scriptis memorati adjiciuntur, asterisco distincti.

Theodors *Abbas*, ex cujus ore Leontius Byz. testatur se excepisse quæ libro de sectis tradidit, is enim inscribitur σχόλια ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου c) τοῦ Θεοφιλεστάτου Ἀββᾶ, καὶ σοφωτάτου φιλοσόφου, τόντε θείαν καὶ

c) Ejusmodi σχόλια de hæresi Arii, ex ore hujus Theodori, MSta Græce extantia in Codice Bibl. Vindob. de quo Lambecius III. p. 63 Sed explicatio τῶν θείων καὶ ἱερατικῶν κανόνων sive sacrorum hymnorum, cujus pars in isthoc Codice occurrit, non auctorem agnoscit eundem Theodorum, ut scripsit Clarissimus Cavæus, sed longe juniorem Cæsarum Theodorum Prodromum, qui circa duodecimi sæculi initia floruit, de cujus scriptis dixi Volum. VI. hujus Bibl. p. 825. seq. Diversus ab utroque Theodorus

ἐξ ἑωσφόρου φιλοσοφήσαντος γεγραφὴν. *Scholia ex ore Theodori, religiosissimi Abbatis, doctissimique Philosophi, Divinis pariter externisque litteris eruditi excepta.* De Leontio ipso qui post A. C. 610. scripsit, ejusque lucubrationibus dixi Volum. VII. hujus Bibl. pag. 451. hoc loco itaque juvat tantum cum lectore communicare indicem scriptorum in illo de sectis libro lectu haud indigno memoratorum.

Index Scriptorum & Hæreticorum

Quorum apud Leontium Byz. libro de Sectis mentio.

ad paginas edit. Graecolatinæ Basil. 1578. 8.

Acephali qui cum Patriarcha suo Petro Moggo Alex. non communicabant. pag. 468. 508.

Agnoëtæ ab ignoratione dicti quam Christo tribuerunt 474. 544.

Alexander Alexandrinus. 436.

Alexander CPolitanus. 436.

Ambrosius Mediolanensis. 438.

Amphilochius Iconiensis. 438. 448.

Anastasius Imp. ex illis qui ὁι Δίφυσῖται dicti. 468.

Anatolius Patriarcha CPol. 480. 482.

Antiochus Ptolemaidis Phœniciæ. 438.

Apollinaris presbyter. 444. 446. seq. 448. 454. 456. 524.

Apollinaris Episcopus Alex. 474.

Arius 396. 438. seq. 444. presbyter Alex. 442.

Ariani. 448. 454. illis Origenem præviisse. 548.

Aristoteles. 476. 498. 502.

Asclepiades fidei definitionem prælegit in Synodo Chalcedonensi. 480.

Athanasius Alex. 436. libro contra Apollinarem. 540. locus ἐν ᾧ περὶ σαρκώσεως λόγος. 530. ubi negatur esse Athanasii, quia sermo ille tantum duorum sit foliorum, δύο φύλλων. nam scripta Athanasii omnia prolixa esse. δῆλον πᾶσιν ὅτι πάντα τὰ συγγράμματα τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου πάνυ μεγάλα εἰσί. 530.

Athanasius junior, Episcopus Alex. 468.

Atticus CPol. 438.

Angu-

ὁ κανόνων ποιητὴς apud Codinum in Originibus CPol. num. 104. intelligitur enim Theodorus Studita de quo infra, & cujus Theodori Monachi Canonem sive hymnum catanyctium ad Christum memoras MS. Lambecius V. p. 268.

Auguſtinus Hipponenſis. 438.
Baſilius Cæſareenſis Epiſcopus. 438. 448.
Clemens Epiſcopus Romæ. 430.
Cyrus presbyter Timothei Apollinariſtæ 534.
Cyrillus Alexandrinus. 438. 448. 450. 452. ſq. 482. 496. 520. 522. 524. 540. 545. tres ad Neſtorium Epiſtolæ & XII. capitula tertiæ addita 452. Theodoritus contra illa XII. capitula 454. 484. Cyrillus cum Jo. Antiocheno reconciliatur. 456. & cum Theodoreto, à quo non poſtulavit librum contra XII. capitula anathemati ſubjici. 484. ad Proclum CPol. ſcripſit, Theodorum Mopſveſtenum non eſſe anathemati ſubjiciendum. 486. Secunda ad Succenſum Epiſtola. 522. Commentarius in Zachariam 536. ab Orientalibus pro Apollinariſta habitus cum à non eſſet. 526. Cyrilli liber contra Theodorum Mopſv. à Dioſcoro interpolatus. 530. ſeq. Dialogus quo unum eſſe CHriſtum probat. 540.
οἱ Διακρινόμενοι. 460. 476. ſeq. 482. 488. 490. ex illis Anaſtaſius Imp. 468. objectiones ſuas Neſtorianis ſuffurantur. 502.
Diodorus Tarſenſis. 448. ejus commentarii in S. Scripturam 450.
Dionyſius Areopagita. 430.
Dioſcorus Alex. 456. 460. 462. 464. 466. 478. 480. ſucceſſor Cyrilli ejus ſcripta interpolavit. 530. ſeq.
Dioſcorus junior. 468.
Domnus Antiochenus Epiſc. 456.
Ἐκκλησιαστικὰ βιβλία pro libris Canonicis S. Scripturæ. 402.
Epiphanius Cypri Epiſcopus. 400. 438.
Erechthius inter Patres ab Apollinariſtis citatus. 534.
Eſdras poſt captivitatem libros ſacros è memoria reſtituit. 428.
Eulogius Epiſcopus Alex. 474.
Euſebius Dorylæorum Epiſc. 458.
Euſebius Pamphili. 430.
Euſtathius Antiochenus. 436.
Eutyches. 398. 400. 478. 482. 484. 508. 520. presbyter & archimandrita. 456. ſeq.
Flavianus CPol. 438. 456. 458. 460. 462. 478. Epiſtola ad Leonem Rom. 460.
Gajanus ex Archidiacono Epiſcopus Alex. 472. οἱ ἀπὸ Γαϊανοῦ pro iis qui Chalcedonenſem Synodum rejiciunt. 504. 506. 508. & corpus CHri-

CHRISTI post unionem statuunt incorruptibile. ταϊανῖται. 538. 544.
Gelasius Cæsareæ Palæstinæ. 438.
Gregorius (Naz.) 400. 438. 446. 448. 502. 540.
Gregorius Nyssenus. 438. 446. 449. ἐν τῇ πρὸς Ἀπολινάριον πραγματείᾳ. 528. Oratio in funere Gregorii Thavmaturgi. id.
Gregorius Thavmaturgus. 430. dubium an ejus ἡ κατ' μίαν πίστις. 528. sola illius fides quam in visione vidit, à Nysseno memoratur. 530.
Hæreses LXXXIV. 400.
Hebræorum δόγματα. 410. seq.
Hilarius Pictaviensis. 436.
Hippolytus Episcopus Romæ. 430.
Historici libri Vet. Test. XII. 402.
οἱ ἔξωθεν ἱστορῆται. 422.
οἱ ἔξω. 554.
Ibæ Epistola ad Marin Persam. 484. recepta cum Ibas Nestorium damnasset. 486. licet Theodorum Mopsvestenum laudet. id. à Justiniano anathemati subjectus. 488.
Ignatius ὁ θεοφόρος. 430.
Johannes Ægeates, presbyter Nestorianus. 534. 536.
Johannes Alex. tres hoc nomine 466. 468. 474.
Joannes Antiochenus Episcopus. 450. 452.
Epistola contra Nestorium scripta ante Synodum Ephesinam. 454.
Epistola ad Cyrillum reconciliatoria. 456.
Joannes (Chrysostomus) CPol. 438. 448.
Jobi liber (primus è quatuor Paræneticis) hunc quidam existimarunt.
Ἰωσήπου (Josephi Patriarchæ) ἴδιον σύγγραμμα. 408.
Irenæus. 430.
Julianus Halicarnassensis. 470.
Julius Romæ Episcopus. 436. Epistola ad Dionysium Corinthi Episcopum Julio supposita cum sit Apollinarii. 526. seq. Julii nihil fertur, sed septem Epistolæ sub ejus nomine Apollinarium habent auctorem 526. Julii nomine actis Synodi Ephesinæ à Cyrillo inserta Epistola quæ Timotheum Apollinaristam auctorem habet. 528.
Justinianus Imp. σοφώτατος. 470. ut Ibas διαπεπωμένους ad Synodum Chalcedonensem reduceret, Theodoretum & Ibam anathemati subjecit. 488.
Justinus Philosophus & Martyr. 430.

Juvenalis Hieroſol. Epiſcopus Synodo Epheſinæ λῃςικῇ & deinde Chalcedonenſi interfuit. 488.
Leo Rom. 456. 462. 480. ejus Epiſtola ſive tomus ad Flavianum. 460.
Macedonius Epiſcopus CPol. 444. ſeq. 448.
Manichæorum ſecta. 432. ſeq.
Methodius Patarenſis Epiſcopus. 430.
Montanèi ſecta. 430.
Narſes à Juſtiniano Imp. miſſus Alexandriam. 472.
Nectarius CPol. 438.
Neſtorius 398. 400. 448. CPol. Epiſcopus 450. ſeq. 490. 520. 535.
Neſtorianis objectiones ſuas ſuffurantur οἱ Δυαφυόμενοι. 502.
Origenes. 546. ſeq. locus ex Epiſtola ejus de Filio DEI, minore quam Pater. 548 opinio de præexiſtentia animarum & ſalute ac reſtitutione dæmonum confutatur. 548. ſeq.
Paulus Alexandrinus Epiſc. 474.
Paulus Emeſenus Epiſc. 456.
Pauli Samoſateni ſecta. 434. ſeq.
Petrus Alex. Epiſcopus & martyr. 430.
Petrus (Moggus) Epiſcopus Alex. 466. 468.
Petrus fullo, Epiſcopus Antioch. 466.
Philippi Evangelium à Manichæis jactatum. 432.
Philoponus princeps Tritheitarum. 474. 476.
Platonici, brutorum animas præexiſtere docent. 552.
Proclus CPol. 438. ad eum Cyrilli Epiſtola. 486.
Sabellius. 396. 398. 436.
Samaritanorum dogmata. 418. 422. ſeq. ubi eos confundere cum Sadducæis videtur.
Septuaginta hebdomades Danielis ab anno XXIV. Artaxerxis Longimani computandæ. 412.
Severianus Gabalorum Epiſcopus. 438.
Severus Antiochenus Epiſcopus. 468. 470. 472.
Οἱ ἀπὸ Σεβήρου. 506.
Sylveſter Epiſcopus Rom. 436.
Συνοδίται qui Synodum probant Chalcedonenſem. 470. 474. 510.
Synodus *Nicæna* CCCXVIII. Patrum. 442. illi interfuere VII ἀρμαυῆται qui etiam poſtea in ſententia ſua perſeverarunt. 488. *Chalcedonenſis* 430. 436. 456. mandante Marciano Patrum DCXXX. 462. 478. 480.

480. Synoditæ qui illam Synodum recipiunt. 470. 474. Διακρινόμενοι qui dubitant eam recipere. 460. 476. ſeq. ejus verba defenduntur. 534. ſeq. Cyrillianam dixit Johannes Ægeates. 536.
CPolitana Patrum CL. 448.
Epheſina. 452. cum Orientalibus diſſenſio. ibid. ſeq. de Epiſtola quæ ſub Julii Rom. nomine legitur ἐν τοῖς πραχθεῖσιν ἐν ἐφέσῳ ἐπὶ τῷ μακαρίᾳ Κυρίλλῳ. 528.
Epheſina ſecunda λῃστρικὴ in cauſa Eutychis. 460. 478.
Theodoreti Hiſtoria. 430. Ejus contra XII. capitula. 454. 484. Theodoreti & Neſtorii nomine confictæ Epiſtolæ, quibus ſe invicem recipiunt. 454.
Theodoretus in libro de ſectis Neſtorium deteſtatur. 456. non prius à Synodo Chalced. receptus quam Neſtorium anathemate percuſſiſſet. 484. cogente Cyrillo 486.
Theodoretum anathemati ſubjicit Juſtinianus Imp. 488.
Theodorus Mopſveſtenus. 448. ejus commentarii in S. Scripturam. 450. laudatur in Ibæ Epiſtola ad Marim Perſam. 484. Cyrillus noluit eum anathemati ſubjici quia ab Orientalibus omnibus pro magno Doctore habitus. 486. Pro Theodoro contra Cyrillum ſcripſit Theodoretus. 532.
Theodoſii Imp. Epiſtola ad Cyrillum. 456. Idem Imp. Concilium ſecundum Epheſinum indixit. 460. ad Valentinianum ſcripſit pro Dioſcoro. 462.
Theodoſius λογαγεάφος tempore Juſtiniani Imp. factus Epiſcopus Alex. 472. depoſitus. ibid. Agnoëtarum adverſarius. 474.
Theodoſiani. 506. 508. 510. 512. 544.
Theophilus Alexandrinus. 438.
Thomæ Evangelium à Manichæis jactatum. 432.
Timotheus (Ælurus Monophyſita) ſcripſit contra Synodum Chalced. 534.
Timothei Apollinariſtæ eſt Epiſtola quæ ſub Julii Rom. nomine legitur in Actis Synodi Epheſinæ. 528.
Timothei duo Epiſcopi Alex. eodem tempore. 464. Timotheus tertius. 468. 470.
Tritheitæ. 474.
Valentiniani Imp. Epiſtola ad Theodoſium. 462.
Zenonis Imp. henoticum. 466.
Zoilus Epiſcopus Alex. 474.

Index Scriptorum & Hæreticorum, in libris Leontii adversus Neſtorium & Eutychen,

ad paginas T. IX. Bibliothecæ Patrum edit. Lugd. 1677. fol.

Agapius Apollinariſta. 709. H.
Ambroſius Mediol. de fide ad Gratianum lib. III. 683. H. 694. G. lib. IX. contra Apollinarium 684. A. 694. F. lib. ad Sabinum Epiſcopum 684. A. in Symbolum. 684. B.
Amphilochius Epiſcopus Iconii, lib. contra Arianos 684. C. Epiſtola ad Seleucum. 684. C.
Antiochus Epiſc. Ptolemaidis à Cyrillo Alex. allegatus. 685. A.
Aphthartodocetæ oppugnantur p. 688. ſq.
Apollinarii ſermo cujus init. *Bonum fidei ſervemus* 711. H. *Non voluptas veſcendi carne apud DEum* p. 710. F. *Laudamus decenter Dom. noſtrum JEſum CHriſtum.* 710. G. *Caro & quod præ, t carni una perſona.* 710. D. Laudatio Mariæ & de incarnatione. 710. E. De fide. 712. C. Dialogus qvi incipit: DEum vel Hominem dicis CHriſtum. 711. H. liber in traditionem renunciationis & fidei p. 712. F. Epiſtola ad Serapionem. p. 708. A. 710. A. ad Epiſcopos Diocæſareæ. p. 712. A. ad Dionyſium p. 708. B. 710. F. liber ad Flavianum 711. B. Oratio diſputatoria. 711. G. Syllogiſmi. p. 708. E. 710. H. 711. A. libro I contra Diodorum. 711. C. libro II. 711. E.
Apollinarii ſcripta doloſe interpretantes. 709. D. E. Vide infra in Timotheo.
Apollinariſtæ ſub falſis celebrium Doctorum nominibus ſcripta jactantes p. 707. G. 712. G. inter ſe non conſentiunt. 712. G. H. Apollinaris hæreſis. 699. C. D.
Miſſa Apoſtolorum. 697. C.
Arius. 675. G. 699. C.
Ariani 714. C. contra eos promittere opus videtur Leontius p. 717. F.
Magnus Athanaſius. 689. G. clariſſimum lumen. 696. B. Epiſt. ad Epictetum p. 707. H. 709. G. 694. B. Athanaſius citatur 714. G. defendit Dionyſium. 715. H. liber de Trinitate. 682. F. lib. contra Apollinarium. 682. G. citatur libro II. 693. H. de incarnatione 694. A. lib. contra Idola. 694. C.
Athanaſii nomine venditatæ Apollinarii de incarnatione orationes ſive expoſitiones. 707. G. Athanaſii ad Apollinarium Epiſtolæ. 712. B.

Augu-

Auguſtinus Epiſcopus Hipponenſis Epiſt. ad Voluſianum. 684. E.
Barſumas Theodori Mopſveſteni diſcipulus. 697. D.
Magnus Baſilius. 692. *A.* 696. G. 698. H. Epiſtola ad Amphilochium 681. D. ad Sozopolitanos. 694. D. ad Terentium p. 708. C. 681. C. ad Diodorum Tarſenſem ſcripſit & quædam ejus de SS. Trinitate approbavit 698. F. Epiſtola Synodica cui ſubſcripſit Euſtathius Armenius 681. E. contra Eunomium lib. I. & III. 682. H. Orat. de actione gratiarum 694. C.
Cappadociæ duo magna lumina (Baſilius & Nyſſenus) 696. B.
Cataphronius Apollinariſta p. 708. H.
Cathari. 687. G.
Cyriaci Epiſcopi Paphi & Confeſſoris, qui Concilio Nicæno interfuit, homilia in Theophania. 682. E.
Cyprius ſenex. 698. C.
Cyrillus Hieroſol. Epiſcopus quarta Catecheſi. 684. H.
Cyrillus (Alex.) 714. G. 715. G. H. 716. A. F. 677. H. 685. A. D. 698. H. 699. *E.* in Synodo ſua 681. F. 683. H. Epheſina. 683. F. Epiſt. ad Monachos. 682. F. ad Valerianum. 687. A. ad Orientales. 687. A. primus tomus de Trinitate. 685. *E.* lib. ad Acacium. 685. F. ſecundo tomo contra Neſtorium 685. F. tertio 686. C. Epiſt. ad Succenſum. 685. G. 695. C. dialogi de Trinitate quod unus eſt Chriſtus. 685. H. interpretatio Epiſtolæ ad Hebræos. 685. *H.* 686. D. 695. C. ex ſecundo tomo in Hebr. 686. G. Synodica Epiſtola ad Neſtorium. 706. D. Scholia 686. A. 687. A. Scholia per capita. 686. H. de Paulo Emeſeno teſtimonia 686. B. Apologeticus ad Alexandrinos. 686. F. in Joannem Evangeliſtam lib. primo 686. G. in Leviticum. 686. C. primo libro de adoratione in Spiritu, tomo II. 686. D. ſecundo libro tomo IX. 686. *E.* in Eſaiam. 695. A. theſaurus. 695. B. in illud: omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. 686. *E.* in Matthæum 695. B.
Dialectici 716. H.
Diodorus. 708. H. 698. *E.* F. H. ſupra in Baſilio.
Diodoro Tarſenſi in Epiſcopatu Ciliciæ ſuccedere voluit Theodorus Mopſveſt. ſed prohibitus eſt à Theophilo *Alex.* 696. F.
Dionyſius (Alexandrinus) ab Athanaſio defenſus. 715. H.
Magnus Dionyſius (Areopag.) 677. G. 680. *E.* ætatis Apoſtolorum, libro de Divinis nominibus 693. G.
Enantiodoctæ. 675. F. 717. A.

Encratetæ. 687. G.
S. Ephræm homilia in margaritam. 684. G. 706. C. contra Marcionem. id. de Charitate 695. A.
Eunomii impietas. 697. D.
Eutyches 715. *H.* oppugnatur 675. ſeq.
Flavianus Epiſcopus Antiochiæ in aſſumtionem. 684. H. homilia in Evangel. Joannis. 685. A.
Gelaſius Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ & Confeſſor qui Patrum CL. Synodo CPol. (A. 381.) interfuit, in interpretatione Symboli 684. D. ſq.
Gregorii Nyſſeni lib. II. & IV. contra Eunomium. 683. C. D. 694. F. contra Apollinarium 683. D. Catecheticus 706. B. Gregorii duo. 698. H.
Gregorii Theol. (Naz.) Epiſtola ad Nectarium 712. H. divinus Gregorius 714. D. 717. G. 718. A. magnus 714. F. 676. H. 677. H. Ἐκ τῆς συνοδικῆς, 681. F. Epiſtola ad Cledonium. 681. F. ſecunda. 683. B. Apologeticus 683. A. orat. in Natalem Domini. 683. A. 694. E. Orat. II. de Filio. 683. A. in novam Dominicam. 694. E. in *Lumina*. 695. D.
Gregorio Thavmaturgo ſuppoſita Apollinarii ἡ κατὰ μέρος πίστις. p. 707. G. Origenem laudavit ſingulari Oratione. 698. G.
Hilarius Pictav. qvi Synodo Nicænæ interfuit, lib. VII. & IX. de fide. 683. F. G.
Hippolytus Epiſcopus & Martyr in benedictionibus Balaam. 682. D.
Homonius Epiſcopus Apollinariſta. 709. H. 710. A.
Joannes Epiſcopus CPol. magnus Eccleſiæ oculus 696. B. (Chryſoſtomus) in Joannem Evangeliſt. 694. H. in Epiſtolam ad Philippenſes. 684. F. in Epiſtolam ad Timotheum. 684. G. in aſſumtionem. 684. G. in illud: glorifica me *Pater* apud temetipſum. 694. G. duæ Epiſtolæ ad Theodorum lapſum. 696. E.
Jobius Epiſcopus Apollinariſta, 708. G. H.
Irenæus. 682. D.
Iſidori Epiſt. ad Theonem 681. H. ad Theodoſium Diaconum. 685. B. ad Timotheum lectorem. 685. C. ad Cyrillum Epiſc. Alex. ibid. ad *Leandrum*. ibid. Iſidori Eremitæ ad Archibium presbyterum contra Neſtorium. 706. D.
Julianus (Acephalus) 678. D.
Julii Epiſcopi Rom. locus a Cyrillo allegatus in Synodo Epheſina. 683. F.
Julii Romani nomine venditatæ Apollinarii Epiſtolæ 707. G.

Juſti-

Juſtinus Philoſophus & Martyr. libro III. de Trinitate. 682. A. B. C. Orat. contra gentes. 693. *G.*
Leo contra Eutychen. 699. C.
Macedonius 699. C.
Manichæi 687. G. 699. H. eorum electi & indifferentes. 696. D. ſententia de tenebris ſubſtantialibus. 697. F.
Marcellus hæreticus. 699. B.
Marcion 699. *G.* multa in Scripturis rejiciens p. 715. G. ſpeciatim bellum ei contra Veteris Teſt. libros 696. H.
Neſtorius. 680. A. 687. G. 698. E. 699. B. 715. H. 716. G. 718. E. idololatria humanitatis CHriſti ei objicitur. 675. F. anathemate percuſſus. 699. D.
Contra Neſtorium & Eutychen libros ſuos citat Leontius in limine libri contra ſolutiones Severi 713. B. eosdem intelligit contra *enantiadocetas* hoc eſt adverſarios ſuos, pugnantes inter ſe, contrariæ fictionis aſſertores diſſeruiſſe teſtatus. 717. A. confer 675. F. Idem Neſtorio & Eutychi circa incarnationem quod circa *SS.* Trinitatem Sabellio & Eutichi contigit. 675. G. Neſtorium ſimulate anathematizantes & valere jubentes. 696. D.
Neſtoriani diviſionis patroni. 676. E. 677. A.
Origenes laudatus à Gregorio Thavmaturgo. 698. G.
Paregorius Appollinariſta. 708. H.
Paulus Emeſenus Epiſc. homiliam habuit in Eccleſia Alex. ſedente Cyrillo & laudante. 686. A. homilia ſecunda. 686. B.
Paulus Samoſatenus. 698. E. 699. B.
Petri Alex. Epiſcopi & martyris homilia de adventu Salvatoris. 682. E.
Philomarianitæ qvi panes offerunt in nomine Mariæ. 696. F.
Photinus hæreticus. 699. B.
Polemius Appollinariſta. 708. H. 709. B. G.
Proclus CPol in illud, *Puer natus eſt nobis* 681. H. 685. A. in Nativitatem CHriſti 685. B. Epiſtola ad Armenios. 699. E.
Rabula Edeſſenus. 699. D.
Sabelius. 675. G.
Severum Acephalum oppugnat Leontius 713. ſeq. 687. D. E. longiores libros adverſus eum promittit. 687. F.
Synodorum judicium, ſolutio dubiorum. 716. A.

Synodus

Synodus Nicæna, vide Cyriac. & Hilar.
Ad Synodum Chalcedonensem fraudulenter provocantes hæretici 696. A.
omnium priorum Synodorum sigillum & obsignatio. 699. C.
In Theodorum Mopsvestenum invectiva 696. E. seq. librum Job & Epist. Jacobi repudiat. 696 H. 699. G. Psalmos Judaice interpretatur. 697. A. Inscriptiones Psalmorum rejicit. ibid. Paralipomenon libros & Esdram respuit. 697. A. Symbolum Nicænum corrumpit, novum condit. 697. B. Missa ejus 697. C. pravæ opiniones. 697. E. seq. deliramenta contra Magusæos. 698. D. 699. G. Commentarii in varios S. Scripturæ libros. 699. G.
Theodori Mopsvest. scripta Chaldaice & Armenice versa. 697. E. Ex ejus de incarnatione lib. VII. 700. A. VIII. 701. D. X. 701. H. XII. 702. B. XIII. 702. G. XIV. 703. B. XV. 703. C. II. contra Apollinarium 703. G. IV. 703. D. F. H.
Theologi Psalmorum inscript. & verba mystice de CHristo interpretantes. 691. A.
Theophilus Alex. supra, in Diodoro.
Timotheus discipulus Polemii. 708. H. 709. B. G. Apollinarista, Episcopus Berytі ad Homonium Episcopum Apollinaristam. 709. H. ejus tomus ex variis libris Apollinarii. ibid. Ecclesiastica Historia, in commendationem Apollinarii scripta. 698. G.
Valentini Apollinaristæ Apologia p. 707. H. 708. H. seq. 712. G.
Valentinus antiqvior hæreticus. 699. G.
Uranius Apollinarista. 708. H.

THEODORUS ABUCARA, h. e. *pater* sive Episcopus Cara a) (incertum an *Cara* in Palæstina b) an vero Καρρων sive Charræ c) in

a) Cotelerius ad homil. V. Clementis, T. I. Patrum Apostol. p. 662. *Videtur dictus fuisse κατ' ονομα nomine Arabice, quod significat* Patrem, *hoc est Episcopum urbis Cara.*

b) *Guilelmus Tyrius narrat urbem, quæ Cara vocaretur, exstitisse in Palæstina trans Jordanem, quæ Metropolita Rabbatha subjecta esset. Quidni hujus civitatis primus Theodorus noster fuerit, qui ut ex capite IV operum ipsius discimus, ab Epistolis arabicis fuit Thomæ Patriarchæ Hierosolymitano, ut Epistolam ejus ad Armenios Arabice scriberet, uti Græce Michaël, Patriarchæ hujus presbyter & Syncellus* Hæc V. C. Michaël le Quien ad Damascenum T. I. p. 391. cui in eo non adsentior quod Theodorum fecit ab Epistolis Thomæ, qui Patriarchatum haud obtinuit ante A. C. 802. Atque ex inscriptione Opusculi quarti Abucaræ potius suspicerit illud scriptum jam ante aliquod temporis fuisse compositum ab Theodoro, hinc Arabica, deinde vero ob solidam succinctamque perspicuitatem jussu Thomæ Græce versum à Michaële Syncello, & ad Armenios transmissum.

c) in Mesopotamia) Johannis Damasceni circa A. C. 756. defuncti d) discipulus: Theologiæ ac Philosophiæ * Arabicæque peritus linguæ, & Scriptis adversus Judæos, Muhumedanos, Nestorianos & Jacobitas Severianos & Origenistas clarus fuit circa A. C. 770. adeoque à Theodoro Cariæ e) in Thracia & Laodiceæ postea Episcopo, Photii amico primum f) deinde desertore & in Synodo octava A. C. 869. Ignatii secuto partes, haud dubie distinguendus, perinde ut à Theodoro Rhaithensi, g) qui circa A. 660. claruit, & à Theodoro Hagiopolitano sive Antiocheno h) sub cujus nomine opuscula quædam Abucaræ Canisius publicavit.

c) Hoc placuit Cotelerio, & ante Cotelerium Turriano, atque longe præferendum illorum sententiæ, qui Theodorum nostrum cum Cariæ Episcopo confundunt. De hac Charan sive Carris Mesopotamiæ, erudite B. Tho. Ittigius diss. ad Theodori Abucaræ opusculum XVII. § V. & VI.

d) De Damasceno dictum superiore volumine VIII. p. 772. seq. Abucara autem in titulo opusculi XVIII profitetur se illud accepisse Ἀπὸ Φωνῆς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ. Neque hoc solum sed alia quoque ut XXXV & XXXVII. quemadmodum palam est illa conferenti cum Damasceni scriptis, & disceptatione cum Saraceno T. I. edit. clarissimi Lequinii p. 467. seq.

* Inscriptio opusculi XXVII. Θεοδώρου Φιλοσόφου ἐπισκόπου Καρῶν &c. Opusculi XXXIV. Τοῦ Θεολόγου περὶ χρόνου, καὶ αὐτοῦ Ἀβυκαρᾶ.

e) Cum hoc Theodoro nostrum confundere primum docuit Gretserus ad opuscula Abucaræ à se edita, quem secuti sunt Ducæus in Auctario Bibl. Patrum, Lambec. V. p. 77. & 358. Nesselius part I. p. 254. IV. p. 153. VI. p. 113. Caveus in Historia literaria scriptorum Eccles. ad A. 867. Hendreichius in Pandectis Brandenburg pag. 24. aliique.

f) Vide Nicetam in vita Ignatii T. V. Concil. edit. Harduini p. 980. seq. & Concilium A. 869. CPoli celebratum Actione II. p. 1035. & IV. p. 1050.

g) Cum hoc confunduntur ab Antonio Possevino in apparatu sacro, ubi de Theodoro Abucara dicere cum cœpisset, *vide autem* inquit, *in verbo Theodorus in Carpobio Raithu, est enim idem.* Dubius etiam hærebat Gretserus in nota ad Opusculum XXVI. quod in altero Codice Bavarico tribuitur Theodoro Raithuensi. Hæc sententia etiam placuit viro docto de quo Andreas Arnoldus præf. ad S. Athanasii syntagma Doctrinæ: *Redit in memoriam virum doctum in Anglia ad saeculum septimum retulisse Abucaram &c.*

h) Ut Theodorus Hagiopolitanus non diversus est ab Antiocheno (Antiochia enim passim ἁγιόπολις vel Θεόπολις) ita Antiochenus idem cum Mopsvesteno, de quo supra abunde dictum. Quæ vero sub Theodori Hagiopolitani nomine Latine exhibuit Henricus Canisius T. IV Antiquæ Lect. part. I. p. 281. sqq. tria opuscula, à Turriano è Græcis translata atque sub eodem nomine recusa in Bibliothecis Patrum

Edita Theodori Abucaræ opuſcula.

Majores numeri præmiſi Gretſerianam, minores editionem Genebrardi reſpiciunt.

15. I. Ὅτι πέντε ἐχθρούς ἔχομεν ἐξ ὧν ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἐλυτρώσατο. *Dialogus de quinque inimicis*, morte, Diabolo, maledicto Legis, peccato & inferno *à quibus nos CHRISTUS liberavit.* Edit. Ingolſtad. p. 376. Vertit præter Genebrardum Franciſcus Turrianus. Incipit: Πέντε θανατηφόρους ἐχθροὺς ἔχομεν.

II. Διάκρισίς τε καὶ ἀλεξαίρεσις τῶν παρ' οἷς οἱ φιλόσοφοι καλουμένων φωνῶν, καὶ ἔλεγχος τῆς τῶν Ἀκεφάλων, Σευηριανῶν ἤτοι Ἰακωβιτῶν ψυχοφθόρου αἱρέσεως. *Explanatio vocum * quibus Philoſophi utuntur, & confutatio hæreſis Acephalorum, Severianorum, id eſt Jacobitarum;* pag. 386. Incipit: Τοῖς τῶν ἀληθῶν δογμάτων ἱρασταῖς καὶ προασπισταῖς. Vertit Turrianus.

I. III. Διάλογος γενόμενος πρὸς τὸν ἐπὶ δρόμου Ἐμίσης (λογοθέτην) αἰτησόμενον ἀποδοθῆναι αὐτῷ ἀπολογισμὸν ὅτι ἔστι Θεός. *Dialogus cum præfecto curſus publici Emeſeno qui petierat ut ratiocinatione demonſtraret DEum eſſe.* p. 414. Incipit: ἀποδός, ὦ ἄτος, ἀπόδειξιν. Verterunt Genebrardus & Turrianus. De MS. Cæſareo vide Lambecium V. p. 78.

IV. Ἐπιστολὴ συλλεξαμένη τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν. *Epiſtola continens* de CHriſto *fidem orthodoxam* Chalcedonenſis Concilii, *miſſa à* B. Thoma *Patriarcha Hieroſolymitano ad hæreticos in Armenia, Arabice vero diſtata* (ἀπαγορευθεῖσα Ἀραβιστὶ) *à Theodoro Abucara, & in græcum ſermonem translata à Michaële Presbytero & Syncello Eccleſiæ Hieroſolymitanæ.* p. 428. Incipit:

Pariſ. 1654. Tomo IV. & Colon. 1622. in ſupplemento, ſive Tomo XV. illa inter Theodori Abucaræ ſcripta num. XXVII. XXVIII. XXIX. fide MSS. Codicum edere non dubitarunt Gretſerus ac Ducæus, primum *de Nomine DEI*, alterum *de DEO & Deitate*, & tertium *contra Neſtorianos*. Peſſellit memoria Jo. Mollerum V. C. qui in homonymoſcopia p. 521. illa tria opuſcula ſub Theodori Raithuenſis nomine à Caniſio publicata fuiſſe affirmat.

* Diſtinguit Theodorus inter vocabula Philoſophice accepta & Logice. Φιλοσοφικὰ ὀνόματα appellat quæ rem ipſam denotant, ut ſunt, Petrus, homo, animal: λογικὰ quæ conceptionem Logicam, ut individuum, perſona, ſpecies, genus, natura &c. ſic. Opuſc. XXVII. pag. 514. diſtinguit inter καταγορευμενα κατωδὼς & ἐκκατωδὼς.

Incipit: Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν. De *MS.* Cæsareo vide *Lambecium* V. p. 13. Vertit Turrianus.

V. Responsio brevis ad quæstionem, Διὰ τί λέγομεν ὅτι &c. *Quare sicut dicimus humanitas CHristi est ipsa humanitas Petri & Pauli, & uniuscujusque hominis, non sic dicimus, corpus CHristi quod sumimus & participamus, idem est Petri & Pauli & cujusvis corpus?* p. 451. Etiam hoc memorat MS. Lambec. V. p. 78. Vertit Turrianus.

VI. Παράδειγμα *Exemplum quo ostenditur quomodo macula peccati Adami, & per incarnationem Salvatoris nostri, expiatio ad universum genus humanum perveserit.* Vertit Turrianus. p. 452. Incipit: Φασὶν οἱ γεωπόνοι, sive ut in MS. Cæsareo apud *Lambecium*: οἱ γεωργικοί.

4. VII. Περὶ τῆς πάλης τοῦ Χριστοῦ μετὰ διαβόλου. Dialogus *De luctatione CHristi cum diabolo.* Incipit p. 452. Χριστὸς Θεὸς ὢν καὶ πρὸς τὸν διάβολον παλαίσας. Verterunt Turrianus & Genebrardus. MS. Græce Lambec. V. p. 78.

3. VIII. Ἐρώτησις Ἀράβων πρὸς χριστιανόν. *Interrogatio Arabum contra Christianum.* p. 458. Incipit. Εἰπέ μοι, χριστὸς Θεὸς σὺ εἶ; Vertit Turrianus, itemque Genebrardus.

7. IX. Ἐρώτησις Ἀγαρηνοῦ πρὸς τὸν αὐτόν: *Quæstio, ab Agareno, eidem Christiano proposita.* p. 460. Incipit: Εἰπέ μοι οἱ Ἰουδαῖοι τὸν χριστόν. Verterunt Turrianus & Genebrardus.

7. X. Πρὸς Ἰουδαῖον, *adversus Judæum dissertatio.* p. 462. Incipit: Ὁ Ἰουδαῖος, ἐγώ σοι, φησὶν. Vertit præter Genebrardum Turrianus.

9. XI. Πρὸς Νεστοριανόν. *adversus Nestorianum*, de eo, Math. XXVIII. 18. *Data est mihi omnis potestas.* p. 466. Vertit Turrianus & Genebrardus.

XII. Ἐρώτησις πρὸς Νεστοριανόν, Interrogatio contra Nestorianum. p. 468. incipit: Τίς τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον. Vertit Turrius.

11. XIII. Ἐρώτησις Interrogatio altera adversus Nestorianum. Incipit: Τέσσαρά ἐστιν τὰ τῦ χριστῦ. Verterunt Turrianus, & Genebrardus.

12. XIV. Διάλογος πρὸς Νεστοριανόν. *Dialogus cum Nestoriano.* Incipit: Διατί θεοτόκον τὴν Μαρίαν ὀνομάζετε; Vertit Turrianus. p. 470. itemque Genebrardus.

XV. Περος Νεστοριανόν. *Ad Nestorianum.* p. 472. Incipit; Διατί λέγεται ὁ χριστὸς χριστὸς; Vertit Turrianus.

2. XVI. Ἐρώτησις ἀπίστου. *Quæstio ab infideli Abucara proposita.*

p. 474. Incipit: ἐχὶ, φησι. ἐν πᾶσι γ πανταχῦ τὸν θεὸν εἶναι λέγεται. Vertit Turrianus, & Genebrardus.

XVII. Ἠρώτηθη παρά τινος, ** πῶς ἔ Χριστὸς γνησίως ἀποφαίνεται &c. *Quæstio à fideli proposita, quomodo cum CHristus clare pronuncier* (Joh. III. 5.) qui non est natus ex aqua & Spiritu S. non intrabit in regnum cœlorum: *fieri potest, ut qui ante adventum ejus fuerunt justi, non baptizati in id ingrediantur?* Vertit Turrianus. Incipit: ὁ χριστὸς ὑπὲρ ἐκείνων ἐβαπτίσθη, p. 476. Abucara respondet CHristum pro illis baptizatum esse, & aquam è latere CHristi fluentem eos sanctificasse. Quam ipsius responsionem singulari diatriba ad examen revocavit B. D. Thomas Ittigius *de baptismo fidelium ante CHristi adventum defunctorum per aquam quæ ex ejus latere fluxit. Lipsiæ* 1698. 4. atque in Enneade ejus dissertationum ibid. 1702. 8.

XVIII. Ἐκ τῶν πρὸς τοὺς Σαρρακηνοὺς ἀνταιρέσεων, λόγος Φωτὸς Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ. *Ex concertationibus cum Sarracenis, ex ore Johannis Damasceni.* Hoc opusculum Græce & Latine primus edidit Michaël le Quien Paris. 1712. T. I. Operum Jo Damasceni p. 472. Nam Gretserus tantum ediderat p. 478. ex versione Turriani, cum Græcum in Codicibus Bavaricis non reperisset. Incipit: Εἰπέ μοι ὦ Ἐπίσκοπε.

XIX. Ὅτι ὁ Μωάμεθ οὐκ ἦν ἐκ τοῦ Θεοῦ. *Mahometem non esse ex DEO* p. 480. Incipit: Ἐθος τοῖς τῶν Σαρρακηνῶν ὑποκριταῖς. Vertit Jacobus Gretserus.

XX. Ὅτι ὁ Μωάμεθ ἐχθρὸς ἦν τοῦ Θεοῦ καὶ ὑπὸ δαίμονος ἐκολάπτετο. *Quod Mahometus fuerit hostis DEI & à Dæmone obsessus*, p. 482. Incipit: ἐν πάσῃ τῇ ὑπ' οὐρανὸν κτίσει. Vertit Gretserus.

XXI. Ἐρώτησις ὅτι γ ἐκ τῶν ἰλαρῶν κηρύγματος βεβαιοῦται τὸ Χριστιανῶν δόγμα. *Dogma ad confirmationem Christianissimi ex vocibus humilibus & abjectis prædicationis Evangelii.* p. 484. Vertit Turrianus. Incipit: Τῶν ἐλλογίμων Σαρρακηνῶν.

XXII. Τὸν εὐλογούμενον ἄρτον εἶναι σῶμα Χριστοῦ. Dialogus cum Sarraceno, ostendens *Panem mystica benedictione fieri corpus CHristi*, p. 490. Vertit Turrianus. Incipit: Διὰ τί, Ἐπίσκοπε, ἐμπαίζετε ὑμεῖς.

10. XXIII. Ὅτι ὁ χριστὸς γεγονὼς ἄνθρωπος, θεὸς ἀληθινός ἐστιν. *Quod CHristus homo factus sit simul verus DEus.* p. 492. Vertit Genebrardus. Incipit: Ὁ Χριστὸς ἔφησεν ὅτι ἐ δύναμαι ἐ υἱός.

XXIV.

** In Codex Bavaricus, Gretserus teste. Al. παρ' ἀπίστου.

XXIV. Περὶ μονογαμίας. *De una uxore ducenda.* p. 492. Incipit: Πόθεν ὑμῖν ὁ ἐπίσκοπος φάσκει ἡ μονογαμία. Vertit Turrianus.

5. XXV. Ἀπόδειξις ὅτι ἔχει ὁ Θεὸς υἱὸν, ὁμοούσιον, συναϊδιόν τε καὶ συναίδιον. *Demonstratio quod DEus habeat Filium consubstantialem, ut ipse carentem principio & coaeternum.* Hoc opusculum primus Græce & Latine edidit Jo Baptista Cotelerius ad lib. V. Constitutionum Apostol. cap. 7. T. 1. Patrum Apostol. p. 307. Nam Gretserus tantum Latine p. 497. ex Turriani versione dederat. Incipit: Τῶν Ἀγαθῶν τὸ Φρόνημα. Vertit etiam Genebrardus.

Theodorus *Hagiopolites*, idem cum Antiocheno qvi poſtea fuit Epiſcopus Mopſveſtiæ de qvo ſupra. Sed fuit etiam alius qvidam Theodorus Antiochenus Archiepiſcopus, ex cujus Synodico pro cultu imaginum qvædam

a) *Grapti*, γραπτῦ ſive *inſcripti* nomen tulit Theodorus ac ſimiliter ejus frater Theophanes, qvoniam Theophilus Imperator (qvi A. C. 841. obiit) ipſorum frontibus, qvod pro imaginum cultu cum tanta animorum contentione pugnaverant, juſſit punctim cæſa cute ad carnem & inſperſo atramento, inſcribi jambos ignominioſos *Chriſtodoli*, qvi tum alibi tum in Combefiſii faſciculo rerum CPol. p. 206. leguntur. Vide Cangii gloſſar. in γραπτός, & Nic. Rayæum diſſ. præliminar. ad Acta Sanctor. T. 2. Junii p. XXI.

qvædam affert Theodorus Studia antirrhetico ſecundo T. V. Opp. Sermondi p. 124.

Theodorus *Heracleenſis* in Thracia Epiſcopus qvi Synodo Antiochenæ A. 341. interfuit, & de cujus ſcriptis dixi ſupra T. VIII. p. 412.

Theodorus *Hermopolites*, Græcus JCtus, cujus ſcholia in Leges laudat Nic. Comnenus Papadopoli prænot. Myſtagog. p. 402.

Theodorus *Hexapterygus*, mathematicus de qvo Georgius Acropolita c. 32. Hiſtor. Byz.

Theodorus *Hierapolites*, qvi περὶ ἀγώνων ſcripſerat (teſte Athenæo) *de certaminibus* Gymnicis an Muſicis? vide Jonſium lib. 1. cap. 16.

Theodorus *Hieroſolymitanus* Patriarcha, cujus Synodica exhibetur in Actis Synodi ſecundæ Nicænæ T. 3. edit Binianæ Concil. p. 532.

Theodorus *Iconienſis* Epiſcopus, cujus Epiſtola de Martyrio SS. Cyrici ejusqve matris Julittæ Græce & Lat. cum notis publicata à Combefiſio in lectis triumphis Martyrum CHRISTI, Paris 1660. 8. p. 231-241.

Theodorus Iconomachus. Vide ſupra, in *Galata*, & *Gaſtus*.

Theodorus *Ilienſis* ἐν β τροιϊκῶν. Svid. in παλαίφατος Ἀβυδηνός.

Theodorus *Imperator*, vide infra, *Laſcaris*.

*Theodorus *Lælius* Epiſcopus Feltrenſis ſive Tarviſinus, defunctus Romæ A. 1464. cujus *replicam* ſeu *confutationem appellationis Gregorii de Heimburg à Pii II. bulla contra ſe emiſſa ad Concilium generale* exhibet Goldaſtus in Monarchia Imperii T. 2. p. 1595. Francof. 1614. fol. Appellatio illa Heimburgii una cum Theodori replica, illiqve oppoſita apologia habentur inter Gregorii de Heimburg ſcripta junctim edita Francof. 1608. 4.

Theodorus *Lector* CPoli, Juſtino & Juſtiniano imperantibus clarus, de cujus ſcriptis dixi volumine VI. hujus Bibl. P. 128. ſeq.

Theodorus lapſus, ad qvem Jo. Chryſoſtomus ſcripſit, idem cum Theodoro Mopſveſteno.

Theodorus *Laſcaris* Imperator ab A. C. 1205. ad 1222. Orationes ejus duas, laudes Patris Joannis Ducæ & Nicææ urbis complexas promiſit Joannes Boivin V. C. Orationem in S. Tryphonem Martyrem memorat Allatius qvæ incipit: κρῆα ἐξ ἀγρῶ καὶ ῥύματα ἐκ πυγῆς.

*Theodorus *Laſcaris*, Imperator junior ab A. 1255. 1259.

Theodorus *Logotheta*. Vide infra in Metochita & Muzalone.

* *Fl. Mallius* ſive *Manlius* Theodorus doctus & Chriſtianus Vir, cui S. Auguſtinus dedicavit librum de vita beata, & cujus conſulatum A. C. 399.

diſerto carmine celebravit *Poëta* Claudianus. Illius Theodori vitam ab Alberto Rubenio ſcriptam edidit Jo. Georgius Grævius Ultrajecti 1994. 12. Ejusdem librum Latine ſcriptum & adhuc ineditum *de rerum natura* memorat Salmſius præf. ad Ampelium, atqve edere voluit Mauſſacus. Huic Mallio Gevartius præter rem tribuebat *Aſtronomicon* libros *Manilii Poëtæ*, de qvo dixi in Bibl. Latina.

Theodorus *Mathematicus*, vide in Solenſi, in Aſinæo & Cyrenæo.

Theodorus *Mazarenſis* presbyter in Sicilia ad qvem ſcribit S. Maximus Confeſſor T. 2. p. 134. Sive hic ſive alter ille Rhaitu, fuit Theodorus presbyter, cujus librum pro γνησιότητι ſcriptorum qvæ ſub Dionyſii Areopagitæ nomine feruntur, memorat Photius Cod. 1.

Theodorus *Mechanicus* cui Proclus inſcripſit librum de providentia & fato, qvem dedi Volum. VIII. p. 465.

Theodorus *Mechanicus* junior ſub Juſtiniano cui librum ſuum de ſphæra dicavit Leontius (de qvo dixi lib. III. 18. 4.)

Theodorus *Medicus*, Athenæi Pnevmatici diſcipulus. Laërt. II. 104. idem forſan cujus aliqvot locis meminit Aëtius.

Theodorus Medicus junior, ad qvem Libanii & Chriſoſtomi Epiſtolæ.

Theodorus Medicus ad qvem ſcribit Syneſius Epiſt. 115. & fortaſſe 7.

Theodorus Moſchion ſive Muſcienus Medicus qvi citatur ab Alexandro Tralliano p. 81. De hoc infra in Medicis libro VI.

*Theodorus Priſcianus, cujus Medica ſcripta Latina exſtant, Gratiano & Valentiniano II. imperitantibus clarus de qvo dixi in Bibl. Latina IV. 12.

Theodorus a) *Meliteniota*, magnus Sacellarius magnæ Eccleſiæ CPol. ſcripſit tribiblon Aſtronomicam Syntaxin adhuc ineditam, cujus procemium & caput primum ex Bibl. Iſ. Voſſii edidit ac latine vertit Iſ. Bullialdus ad calcem Ptolemæi de judicandi facultate & animi principatu. pariſ. 1663. 4. Illud cum breve ſit raroqve obvium, lectu dignum tamen, & de Ptolemæo ſingularia qvædam doceat, hoc loco integrum ſubjicere volui.

ΘΕΟΔΩ-

a) Suſpicior Theodorum hunc ætate non multum diſtare à *Conſtantino Meliteniota* Joannis Becci ſive Vecci Patriarchæ CPolitani Λατινοφρονος Archidiacono, qvi cum præſule ſuo poſt A. 1284. exul obiit. De illo vide Allatium de conſenſu utriusqve Eccleſiæ p. 773. ſeq. Ejus de unione Latinorum & Græcorum, & de proceſſione Spiritus S. librum Græce & Latine dedit idem Allatius in Græcia Orthodoxa T. 2. p. 642 & 765-921. Rom. 1659. 4. Vide & Allatium de Nitis p. 26. de purgatorio p. 626. 684. &c.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΜΕΛΙΤΗΝΙΩΤΟΥ,

ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΥ ΣΑΚΕΛΛΑΡΙΟΥ

τῆς μεγάλης ἐκκλησίας

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΑΝ.

THEODORI MELITENIOTÆ,

& Magni Sacellarii magnæ Ecclesiæ

PROOEMIUM IN ASTRONOMIAM.

Isaaco Bullialdo interprete.

ΘΕΟΣ ἡγέσθω παντὸς ἔργου τε καὶ λόγου, Φασί τις τῶν παλαιῶν σοφῶν, κἀγὼ μετ' αὐτὸν ἐμοὶ, τῆς παρούσης συντάξεως, καὶ συνεξαγαγέτω μοι θεία τῶν λόγων ἄνωθεν ἐπιπνοία, χεῖρα προτείνων τε καὶ ἐπιρρώνυς ἐν παντὶ τῷ σωζομένῳ Θεός. Θεὸς δ' Θεῖον τῷ ὄντι δῶρον, καὶ εἶον ὁπόθ' ἥκει, ὁπόθ' ἥξει πρὸς αὐτὸ τοῖς καθ' ἡμᾶς, κατεπέμφθη Φιλοσοφία, ἐνίεγε τοῦ μακαρίου γε ὄντος καὶ ἀσχολίας, τὰς περὶ σῶμα πάσας ὅσαι ὑπ' ἐκ τῶν λόγῳ λαμπρῶς ὑπερεχούσας. Τῶν μὲν ἐρχομένων χαμαὶ καθάπαξ ἀπανίστασα, τῶν ἐρομένων δ' ὑπερφέρουσα ἰδέᾳ, καὶ κοινωνοὺς τῶν ἐλύπτου πραγμάτων τοὺς αὐτῆς τροφίμους ποιοῦσα ἔτι γῆν τρεφομένους ἔτι, καὶ τὸ δὴ μέγιστον εἰς μίμησιν ἥκοντας, ὅσον ἐφικτὸν, Θεοῦ. ἣν ὑμνοῦσι μὲν ὅσοι τε τρόφιμοι ταύτης, ᾗ ὅσοις ἀπὸ τῆς συνοίκου ταύτῃ ποιητικῆς. ὑμνοῦσι δ' λογοποιοί τε, καὶ ὁπόσοι τὸ τὴν γλῶτταν ἐλπιζόμενοι σπουδὴ, πλὴν εἰ μή που τις μανίαν ἀθεράπευτον μαίνεται, ἅτε μέγα καὶ θεῖον τι χρῆμα,

A veterum sapientum qvodam dictum, *Omnis operis & sermonis dux fit Deus*; quem ego imitatus dico, hujus, quam aggredior, constructionis, cœlestibus desuper sermonibus inspiratis dux sit, operantemque comitetur & adiuvet, qui manum suam auxiliatricem & confortantem in omnibus adversis porrigit Deus. Deus, inquam, qui donum revera divinum, quale nunquam largitus ipse est, aut largietur, Philosophiam nostris hominibus dedit: quæ beata mentis operatio cum sit ac quies, omnes corporeas actiones & operationes splendore suo, præterquam quod dici queat, superat & vincit, supra quidem terrestria erigendo, supraque visibilia collocando alumnos suos, terram adhuc incolentes rerum cœlestium participes reddit, & ad Deum, quantum assequi id licet, imitandum promovet. Quam cum ipsius alumnis quotquot Poëticam, cum ea templum commune habentem, colunt, hymnis celebrant. Oratores, quique Græcè loqui ambiunt, nisi insania incurabili

σοφία. καὶ ὅτως ὑπερφυῶς ἐννοῆσαι, ὡς μηδὲ ἴσχὺν ἔχειν μήτε τι τῶν παρ' ἡμῖν ἕτερον πάμπληθες ὑπερείχειν τῶν ἄλλων, ἀκοινῶ ὐδὶ γέγονεν, οὐδ' ἄλλῳ τῳ μηδενὶ τὸ πρόσρημα τοῦτ' ἐπενεγκῶν, * ὅτ' ἄλλου μᾶλλον σοφίας ἀνθρώπῳ προσήκειν. Οὐκοῦν οὐδ' ἔστιν ἄλλως, μὴ σοφίας ὑπούσης, τῷ ὄντι καταφανῆναι κάλλιστα καὶ ἀνθρώπων ἀληθῶς λόγῳ τε χρώμενον, καὶ τούτῳ τῶν λοιπῶν μετεχόντων ζώων ἀμφίζοντα.

II. Τῆς τοίνυν σεμνοτάτης Φιλοσοφίας τὰ περὶ τὸν οὐρανὸν θεωρήματα καὶ θεολογικοῦ δίκαι πάντων ὑπερανιδρυμένου, τὸ κεφάλαιον καὶ κεφάλαιον. καὶ πάρεστι τὰ τῆς ὑπερφυοῦς ἀστρονομίας ὑπερβάλλον ἰδεῖν. ἢ τῶν ἄλλων ὅσα καθάπαξ ἐπίπροσθεν, ὕλην μὲν ὑποβέβληται κατὰ τὸν εἰπόντα τὸ μακάριον οὐρανοῦ σῶμα, παρέχει δὲ τὴν τε αἰτίαν τῇ λοιπῇ μαθηματικῇ θεωρίᾳ, καὶ ὅλως τὴν γένεσιν, ἀριθμόν τε ἤδη κόσμῳ γενῶσα τὸν σύμμετρον, καὶ ἁρμονικοὺς λόγους καὶ μουσικήν. Τά τε τῶν γραμμῶν ἀσύμμετρα πάθη, καὶ ὡς ἔστιν εἰπεῖν, δημιουργοῦσι καὶ βασανίζουσι, πάντα ἐπαινεῖ καὶ μεγαλύνει, καὶ θαυμασίου τινὸς καὶ θείου πράγματος ἡ σοφία. καὶ ὅτως ὑπερφυῶς ἐννοῆσαι, ὡς μηδὲ ἴσχὺν ἔχειν μήτε τι τῶν παρ' ἡμῖν ἕτερον πάμπληθες ὑπερείχειν τῶν ἄλλων, ἀκοινῶ ὐδὶ γέγονεν, οὐδ' ἄλλῳ τῳ μηδενὶ τὸ πρόσρημα τοῦτ' ἐπενεγκῶν, * ὅτ' ἄλλου μᾶλλον σοφίας ἀνθρώπῳ προσήκειν. Οὐκοῦν οὐδ' ἔστιν ἄλλως, μὴ σοφίας ὑπούσης, τῷ ὄντι καταφανῆναι κάλλιστα καὶ ἀνθρώπων ἀληθῶς λόγῳ τε χρώμενον, καὶ τούτῳ τῶν λοιπῶν μετεχόντων ζώων ἀμφίζοντα.

* οὐδὲν ἄλλο.

bili agantur vexenturque, laudes ejus canunt & prædicant, adeo magna divinaque res est sapientia. Tamque eximiè ac excelsè de ea sentiendum, ut aliud quicquam eorum, quæ apud nos mortales valdè multa sunt, cæteris præstare quisquam dicere nequeat. Neque contigit, ut ullus alia de re qualibet hoc elogium protulerit, *nullam* scilicet *hominirem magis quam sapientiam convenire*. Nullo itaqua alio modo, quàm si sapientia subsit, hominem pulcherrimum, & ratione vera utentem, ob eamque cæteris animantibus viventibus præstantiorem excellentioremque ostendere possibile est.

II. Philosophiæ igitur summo cultu ac veneratione prosequendæ Theoremata, quæ ad rerum cœlestium contemplationem pertinent, Theologiæ scientia supra cæteras seorsimque ab iis sedes sublimiores interim occupante, præcipua inter alia sunt; principatumque obtinent; inque illis nubes, & cuncta meteora superantis Astronomiæ excellentiam speculari licet. Quæ cum cæteras omnes scientias antecellat, materiam quidem, seu objectum in quo versatur, cœli corpus, beatum cuidam dictum, proponit; ipsaque causa est & omnino genitrix contemplationum, quæ in cæteris Matheseos partibus sunt; cum, & numerum ejusdem cum mundo ordinis & naturæ, rationes Harmonicas

ἐργάσαι ἀμείνους, καὶ σοφιστὰς ἐπουρανίους τοῖς ἀνθρώποις ποιῆσαι. Μὴ * κατ' ἐπιφάνειαν γαίης ποσὶ βαπτίσας, ὅταν ἄστρων κατὰ νοῦν ἀμφιδρόμους ἰχνεύσωσι ἕλικας.

monicas & Musicam producat generetqve; linearumqve proprietates & affectiones stabiliat, atqve, ut ita dicam, Oratores cœlestes & Sophistas æthereos homines reddat; qvi, cùm circumvertentes se astrorum revolutiones mente investigarint, pedibus terram calcare amplius se non putant.

III. Εἶτα τὸ μεῖζον καὶ τελειότερον, οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησις δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Καὶ ὅτε ἐγένηθησαν ἄστρα, φησὶ πρὸς Ἰωβ ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν, ἤνησάν με φωνῇ μεγάλῃ πάντες ἄγγελοί μου καὶ ὕμνησαν· τί τ' ἄλλα; Ἀβραὰμ ὁ μακάριος τῶν Ἀσσυρίων ἐκφὺς τῇ πολυθέῳ καθάπαξ ἐπιχθόνῳ πλάνῃ, πρῶτος, εἴπ' ἐπεῖν καὶ μόνος, τὸν τῶν ὅλων ἔγνω ποιητὴν καὶ θεὸν πολύϊστωρ ὢν καὶ πανσυέτος, φησί τις ἀνὴρ ἱερὸς, ἀποχρησιμεύσας μὲν τὸ τῶν Ἀσσυρίων ἐγχείρημα, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας παλαίφημον ἀρετὴν ἡγούμενος ἑαυτῷ πρὸς πᾶσαν εὐδημίαν, ἔτι δὲ μόνην οἶδεν εὐδαιμονίαν ** φιλοσοφία τὴν τῆς ψυχῆς εὐεξίαν· καὶ μόνας καὶ τὴν ἀληθῆ περὶ Θεοῦ κτησάμενος γνῶσιν, τοῖς κατ' ἀρετὴν θεάμασι τὸν ἡγεμόνα νοῦν ἀκριβῶς ἐπησάμενος

III. Qvod maximum verò prefectissimumqve est dicam, Cœli enarrant gloriam Dei, & opus manuum ejus annunciat firmamentum; qvo autem momento astra creata sunt, qvi eorum multitudines numerat, & omnibus iis nomina vocat, Deus ad Jobum dicit, magna voce omnes Angeli mei laudaverunt me hymnisqve celebrarunt. Qvid plura? *Abraham* ille beatus in Assyria natus, Deorumqve plurimorum falso cultu & errore implicitus, primus, liceat etiam dicere solus, universorum creatorem & Deum agnovit; cum ipse multiscius, utqve vir qvidam sacer ait, omnium intelligens esset; abdicatoqve *Assyriorum* instituto, ad felicitatis abundantiam copiamqve rerum omnium, veritatis comprehensionem sibi sufficere existimavit; solam siqvidem unicamqve beatitudinem Philosophiam, qvi animæ bonus rectusqve habitus est, ipse noverat. Veram siqvidem de Deo scientiam & cognitionem fuit adsequtus, ubi mentis, qvæ pars in

Cc homine.

* ποτ' ** Φιλοσοφίαν

† Psalm XIX. 1. Job. XXXVIIII. 7.

κρότις. ὧν δὴ τοιαῦτα, καὶ ξύμπασαν ἀστρονομίαν ἔχων τὴν ἐπιστήμην.

IV. Ἔχω δὲ καὶ τόδε προσθῆναι, καὶ ὅπως ἐπὶ καιροῦ. Πολιτεύεται μὲν δὴ τῇ καθ' ἡμᾶς Φύσει ὁ Σωτὴρ· μυρίων δὲ ὅσων θαυμάτων χειραγωγῶν ἐπιδείξεσι, τελῶν δ' ὧν Ἰουδαίων ἐπιθυμοῦσι τοῦτο φθόνου κακῶς, ἑκὼν εἰς τὸν σταυρὸν ἀναγόμενος, καὶ πάσχει σαρκί. Τότε τοίνυν σοὶ γε δὴ, ἄλλοις ἐφ' ἑτέροις γεγενημένοις καὶ σκότος ἡλίου καταχεόμενον τοῖς ἡμερωτάτοις ἀκριβῶς τὰ κρείττω, πάντων μάλιστα κατάρχοι μανθάνειν θεὸν εἶναι τὸν ξύλῳ μεταμορφούμενον τῆς καταδίκης· τὴν μὲν δὴ ἑκάστοτε γιγνομένην ἐκλειπτικὴν φαντασίαν τῷ τῆς ἡμέρας ὀφθαλμοῦ λαμπροτάτου, ἐκ τῶν εἰθὶ τὴν συνοδικὴν συζυγίαν τῆς σελήνης ἐπιπροσθήσεων ὑπὸ δρᾶν τῷ τῆς Φύσεως ἀποτελουμένην ἔρῳ, καὶ μόνης κεκτημένην χρόνον ἀδίσποτον. ἔστι γε μὴν καὶ τὸ πρῶτον ἔκλειπον μέρος, ὃ δὴ ἐπὶ δυσὶ καὶ πρώταις ἀνακληρούμενον, ὥσπερ δὴ τελαυταίως ἐπισκοτούμενον, ἀναλαμπόμενον ὕστερον· ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπὶ διαφόροις μοίραις φαινομένου τῆς γῆς. Τὴν δὲ ἐν τῷ Σωτῆρος πάθει γεγενημένην, ἐν τε πασχαλίῳ ἱερατικῶς νομικοῦ θυομένου Φάσκα, * τελε-

homine principalis est, accurata diligentiqve applicatione theorematibus cœlestibus perfectissimè perceptis universæ Astronomiæ peritiam acqvisivit.

IV. Hoc etiam addere, idqve opportunè, possum. Salvator eqvidem naturam nostram propter nos induit; infinitis verò editis miraculis, Judæorum ipsi insidiantium malitia & invidia tandem comprehensus in crucem volens sponteqve sua agitur, & in carne patitur. Præter cætera autem qvæ inopinato insolitoqve more contigerunt, tenebras Soli superfundi, iis etiam, qvi rerum cœlestium apprime periti erant, discernentibus, accidit; qvod omnium maxime ad illum, qvi in ligno condemnationis sublatus erat, cognoscendum, qvod Deus ipse esset, causas præbuit. Solis enim, qvi diei oculus est splendidissimus, eclipsim per Lunæ in Synodicis conjunctionibus interpositionem juxta naturæ leges factam, at sine mora in tenebris semper, cernere qvandoqve datur; qvæ insuper prior deficit pars, prima qvoqve lumini restituitur; vicissimqve qvæ ultimo obscuratur loco, postrema etiam emergit: atqve etiam diversis in terræ climatibus, aliis aliisqve hominibus varia & inæqvali magnitudine eclipsis apparet. Qvæ verò sub passionis tempus, qvando Legale *Pascha* mactabatur, in plenilunio Luna *Soli* ex diametro oppo-

* Πάσχα

σθῆναι σὺν θαύματι τῆς τελείας ἕδρας ἐκ Διμήτρου, κακεῖθεν δρα-μούσης ἀκρήτως πρὸς συνόδου· Καὶ αὖθις αὖ τῆς πρωτέρας ἰσχούσης ἐκτόπως τάσεως, καὶ τοῖς ὅλοις ἐπὶ τρισὶν ὅλαις ὥραις ἅπαν Διμητρεῖαι μὴ τὸν τῆ πρώτου ἐκλεί-ποντος χρόνον, τῆ δ' αὖ ὕστερον πρώτου· πρὸς ᾧ καὶ ζόφον πᾶσαν κατὰ ταὐτὸν τὴν ὑφ' ἡλίου ἀνί-σχοντος ἄχρι καὶ δυομένου μεγά-λως ἐκπλήττοντα, καὶ τὸ θεῖον δεικνύντα τῆς τῆ σαυρωθέντος ἰσχύος, μόνος ἂν εἰδείη σαφῶς ὁ γ' εἰς τοῦτ' ἀστρονομίας ἰών· ἔνθεν τοι καὶ γνοίη μᾶλλα ἀκριβῶς, εἰ μὴ σωτίθοιτο ἰθελοκακεῖν, χρώ-μενος * ὡς θεῖ παιδοτρίβῃ, τῇ τῶν ὑρανίων ἐπιστημονικῇ θεωρίᾳ, ταληθὲς ἤδη προσαγγελοῦσι μὴ ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι, θεάνθρω-πον δὲ ἐπὶ ξύλου κρεμάμενον. Εἰ δὲ καὶ τὸ νυκτερινὸν τότε σκότος ἐν μεσημβρίᾳ, μὴ συμβὰν, ἦπερ δοκεῖ τῇ τέχνῃ, Φύσεως πάντως ἀκολουθίᾳ, Θεοῦ δὲ θαυμασίοις προστάγματι.

V. Ὥστε ἔξεστι μὲν ἔστιν ὡς θαυμάσιόν τι χρῆμα καὶ κάλλιστον, τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπασῶν ἢ θειο-τάτην τῆς λοιπῆς θεωρίας ἔχουσα τάξιν, τὴν ὑπέρσοφον ἀστρονομίαν καὶ ἄνω βαίνουσαν προσκυνεῖν, ἀλλὰ καὶ ἱερὸν αἰνεῖν σεβασμιώτατον παρ' ἡμᾶς ἥκειν πρὸς τὸ θεῖον, πᾶσι, δεικνῦσάν τοῖς καλῶς ξυνοῦσι τὸ

* ὡσπερεὶ.

oppoſita, & illinc ad conjunctio-nem inceſſanter currente, incidit; conjuncta miraculo fuit viſa. Sta-tum rurſus, qvi in pricipio fuit, hæc eclipſis mirabiliter retinuit; ita ut ab initio & poſt ſolidas per tres ho-ras deficiens & obſcuratus totus Sol permanſerit. Tenebras porro, qvæ terrarum orbem ab Oriente ad occa-ſum protenſum terruerunt, qvæqve virium ac potentiæ crucifixi magni-tudinem oſtendere, ſolus inconſue-tas fuiſſe noverit, qvi ad *Aſtrono-miæ* intimos penitiſſimoſqve receſ-ſus penetrarit. Ex qvibus, niſi data opera malignus eſſe qvis velit, cœleſtium contemplatione ſcientifi-ca, qvæ non hominem ſimplicem, ſed Deum hominem in ligno pen-dentem declarat & prædicat, tan-qvam præceptore uſus veritatem hanc certè admodum cognoverit. Tenebræ ſiqvidem nocturnæ, qvæ meridiano tempore contigerunt, ſecundum Aſtronomicæ artis dog-mata naturæ leges non ſecutæ, ſed jubente ac præcipiente Deo ſunt portentoſe obortæ.

V. Tanqvam ergo rem ali-qvam revera admirabilem ac pul-cherrimam, qvæ inter homines ſci-entiaſqve ceteras locum maximè ſublimem & divinis proximum oc-cupat, Aſtronomiam ſupra modum venerandam, adqve ſuperiora ſcan-dentem appellare, qvin etiam pro-nis vices adorandi obeuntem à

δέον, ϗ λαμπρῶς ἀπαγγέλλουσιν ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτὸν γενόμενον ἄνθρωπον θεὸν αὖθις μένοντα, ϗ τῇ τῆς σαρκὸς προσλήμματι πᾶσαν ἐπὶ σταυροῦ τὴν φύσιν ἀνανεούμενον. Ἀστρονομίαν γὰρ πρὸς θεοῦ δι' ἀγγέλου παλαιὸς λόγος ϗ ἀληθὴς ἔχων δεδόσθαι Σὴθ, ἔφη δή.

VI. Τὸ μὲν οὖν τοὺς γενομένους ἑκάστοτε σχηματισμοὺς τῶν κινήσεων ἡλίου τε ϗ σελήνης, ϗ τῶν λοιπῶν ἄστρων πρός τε ἀλλήλους ϗ τὴν γῆν θεωρεῖν, τοῦτο, τε δὴ ἀστρονομίας προγνωστικὸν, τοῦτο δὴ * ταύτης ἀληθάμης εἶδέναι τέλος. Περὶ ὧν ἡ σπουδὴ τῷ Πτολεμαίῳ ἐν τοῖς τρισὶ πρὸς τοῖς δέκα βιβλίοις τῆς μεγάλης συντάξεως, ϗ γνῶσιν ἡγεῖσθαι ταύτα ἀληθῆ φιλοσοφίας ἐπιστημονικὴν αὐτὸν τοῦτον ὑπὸ θεοῦ παρεγγεγράφθαι φύσεων ἔστη τε ἔχει, ϗ ὅπως ταῦτα φέρεται, θείοις παραδεχοῦται πάντως ὅροις τε ϗ προστάγμασι, μέγα δείκνυται πολλαχόθεν, ϗ ὡς ἀληθῶς ὑπὲρ μέγα τε ϗ ὑπὲρ σπουδαστόν.

VII. Τό γε μὴν τοὺς δραστικὰς ταύτων ποιότητας, ϗ τὴν φυσικὴν τῶν συσχηματισμῶν αὐτῶν ἰδιοτροπίαν, αἰτίαν τῶν αὐτοῖς ἀνθρώποις συμπτωμάτων ὑπάρχειν, καταψευδομένους

Deo ad nos profectam dicere possumus, omnibus rectè considerantibus qvod oportet monstrantem, ac clarè annuntiantem, ipsum pro hominibus hominem factum, Deumqve rursus manentem carnis etiam adsumptione omnem in cruce naturam renovare. Astronomiam enimverò vetus veraqve narratio est a Deo per *Angelum Sethi* posteris traditam esse qvod pro comperto qvidem habeatur

VI. Occurentium igitur subinde motus Solis & Lunæ cæterarumqve stellarum inter se & ad terram configurationes, contemplari, &, qvæ per Astronomiam habetur, prænotionem; qvi veritatum noscendarum finis est, in qvibus assequendis tredecim Magnæ constructionis libris compositis operam suam *Ptolemæus* locavit; eaqve scientificam Philosophiæ regulis existimare de qvorumdam à Deo productorum naturis notionem, qvomodo ipsa se habeant, & qva rarione divinis præceptis & decretis prorsus obsequendo ferantur, magna & ardua multis argumentis demonstrata res est, utqve verum dicam, supra modum magno & summo cultu veneranda.

VII. Qvalitates autem ipsorum activas, & naturalem configurationum peculiarem modum, causam notum, qvæ hominibus accidunt, cœlestibus corporibus falsa tribunedo

* τῆς ἀληθείας.

τῶν ἀφανῶν, καὶ τῆς ἰσότητος πανταχοῦ τὰς γωνίους πλέκων, καὶ τὰ ξυμβαίνοντα, καθ' ὧδε δυνῶν τὴν τῶν μελλόντων ἐγχω εἰδέναι προγνωσιν, ὁ δὴ τῆς ἀστρολογικῆς, τῆς δ' αὐτῆς καὶ μαθηματικῆς λαχούσης ἐξαιρέτως κοσμῆσθαι, πολυασχόλου ματαιότητός ἐστι, τῇ τῶν ἄστρων κινήσει τὰ ἡμέτερα συμφερούσης. Τοῦτο τοίνυν πρὸς τὸ μηδὲν ὑγιὲς κεκτῆσθαι καὶ ἀληθείας ἐχόμενον, καὶ πρὸς πλάνην φέρει καὶ βυθὸν ἀπωλείας τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσι πάνυ τοι λυμαινόμενον. Ταῦτ' ἄρα καὶ νόμοι θεῖοι, καὶ θεσπισίων καὶ θεοπρεπῶν θεσπίσματα διδασκάλων σύνεγε τοῖς τὴν μαγικὴν κακοτεχνίαν, καὶ Θεοῦ πόρρω βάλλουσαν, κακῶς καὶ ἀθέως * ἐξοπαμένην, καὶ μαθηματικοὺς, οὕτω Ἀστρολόγους ὡς εἰκὸς ἀποτροπιάζοντας ἄντα δὴ πρὸς τὰ ἄνω κοχλιότατας γε μέτρῳ, καὶ τῇ τοῦτων κινήσει τὴν ἡμετέραν προσαρτῶντας ζωὴν θνητομαχοῦντας ἀντικρὺς, καὶ βαίνοντας ὄντως ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, ἐπὶ κακῷ δήπου τῆς σφῶν αὐτῶν κεφαλῆς, ἐν ἴσῳ δ' αὐτῶν καὶ ψυχῆς.

VIII. Καὶ ἐκείνους μὲν οὕτω πολίτας δὴ ἀξίως τῆς ἡμετέρας ἐξωθοῦντα αὐλῆς οἱ καλῶς ἀρχῆς προϊστάμενοι· ἐγὼ δὲ τούτους ὅτω καὶ

do statuerre; exqve illiorum motu genethliaca themata contexerè; & accidentia deducere, indeqve prænotionem futurorum haberi posse, qvod ad Astrologiam, Mathematicæ singulari eximioqve nomine insignitam, pertinet, existimare, otiosæ stultitiæ ad astrorum motus, tanqvam ad causas, humanas actiones referentis opus est. Illius igitur artis, qvæ ad qvicqvam boni saniqve nihil confert, qvæqve nullam cum veritate affinitatem habet, congnitio in errorem, corruptionis perditionisqve abyssum, piè agere volentibus valde pernicioſum, abducit. Talia igitur, unà cum Magiæ pravam artem, qvæ hominem à Deo longè projicit, improbe & spreto Numine exescentibus, *Mathematicisqve*, videlicet *Astrologis*, & leges divinæ, & magistrorum Dei cultorum, divinoqve spiritu affiatorum oracula jure merito aversantur abominanturqve. Illi qvippe ad corpora superiora oscitante ore frustra respicientes, ab eorum motu vitam nostram pendere, Deum adverso vultu impugnando, positosqve terminos transiliendo, statuunt; unde tandem in caput suum perniciem animamqve pariter suam accersunt.

VIII. Sic itaqve omnes illos ex nostris caulis, qui recte illis præsunt pastores, merito expellunt. Horum etiam ego, utpote filius Patrum

* ἐξοπαμένους.

πᾶσις τατηδσι ἐπόμενον τοῖς ἀρχαίοις τροφεῦσι καὶ παιδαγωγοῖς, καὶ παρ' ἑκάτερα μὴ ἄγαν, καὶ ἀμφοτέρων δυοῖν τῶν τῆς ἀστραθεσμοσκοπίας εἰδῶν τὸ δεύτερον, ὡς ἐπίβουλόν τε καὶ σφαλερὸν, καθὸ πρὸς τῶν ἐμπεσχομένων μεταβολὰς ἀπὸ τῶν ἀστέρων συσχηματισμῶν ἀποτελουμένας οἱ περὶ ταῦτα πομφοὶ τηνάλως φασὶν ἐπιστήσεσθαι, καὶ λίαν ἐπικινδύνως τὸ πρώτιστον ἐκ τῆ τάξει τε καὶ δυνάμει, καὶ φέρεται γὰρ τὰ πρῶτα κατὰ τῶν ἄλλων, πρὸς μεγίστην ὄντως φέρον, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀστέρων μόνον κινήσεις ἔχον ἐν λόγῳ τιθέμενον, εὐδόξα πρὸς εὔχρηστον τῆς θεωρίας ὑπομνηματισμὸν ἐμαυτῷ τε χάριν καὶ τῶν γε προτετιμώτων ἐκ παλαιοτάτων συμπίσθων, ἐν μὲν τῇ πρώτῃ βίβλῳ καὶ παρίστον ἀπαράγματον, ὡς ἐν κεφαλαίοις, ψηφοφορικὴν εἰσαγωγὴν προσθέσθαι, καὶ ὑπογραφάσασθαι, πρός τε τὴν δευτέραν καὶ τὴν τρίτην μάλα συντείνουσαν ἧς περὶ πλείστα συγγράμματα διαξοδικώτερον εἰρηται τῷ Φιλοσόφῳ Συριανῷ, Θέωνί τε καὶ Πάππῳ τοῖς μαθηματικοῖς, καὶ Ἰωάννῃ γραμματικῷ τῷ τῆς Ἀλεξάνδρου πολίτῃ· Ἔστι δὲ ἃ ἰδίᾳ καὶ παρ' ἡμῶν προσεξεύρηται. Κατὰ δὲ τὴν δευτέραν ἰδέαν τῆς μεγάλης συντάξεως ψηφοφορίας τῶν τε πλανωμένων

nutricierum & pædagogorum vestigiis insistendo, duarum, quæ circa astra versantur, scientiarum alteram, nullo in pretio habeo, utqve deceptricem ac fallacem intutamqve aversor: qvatenus qvæ in mundo mutationes accidunt, ab astrorum positu & configuratione immitti asserunt, qvi eam præcipuè jactant, ac maximo cum periculo profitentur. Ordine verò & facultate primam, primas enim partes hæc adversus alias sibi vindicat, utilissimam ac maximè conducibilem, in astrorum motibus rimandis solummodo versantem plurimi faciens, in *primo* hujus operis *libro*, ut Theoriæ explicationem & in illam commentarium, tam mei, qvam hortatorum mihi ab antiqvo familiarium causa faciliorem exhiberem, calculi absolvendi isagogen præmittere, & compendiosè declarare decrevi, qvæ ad ea, qvæ secundo ac tertio libro continentur, percipienda valde conducat. Qvo de calculo in diffusioribus amplioribusqve commentariis Philosophus *Syrianus*, *Theon* & *Pappus*, & *Johannes Grammaticus* civis Alexandrinus tractarunt; cui calculi subducendi methodo à nobis reperta qvædam adjecta sunt. In *secundo* verò *libro* calculi in Planetis ac fixis instituendi Magnæ constructionis modum planiori methodo tractare exemplisque faciliorem reddere; simulqve numerandi rationes

κὴ ἀπλανῶν, μεθοδικώτερον ἐφοδεῦσαι κὴ ὑποδείγμασιν εὐχερεῖς ἐργάσασθαι, ἀναγράψασθαι αὖθις κὴ ἰδεῖν τῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας εἰς ἐν ὑποδείγμασι, κὴ δεῖξαι τὴν ἀμφοτέρων ἐν ἅπασι συμφωνίαν. Ἔστι γὰρ τὴν τρίτην ταῖς τῶν Περσικῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας περιέχουσαν συμπεράνας τῆς παρούσης συντάξεως, ἥτις ἀστρονομικὴ βιβλίον ὄνομα. Τοῖς μὲν ἄλλοις πάντως ἀχρεία κὴ παρεῖσθαι δικαία. Ἀλλ ταῖς γε πρὸς τὸν λόγον παρακαλοῦσιν ἡμᾶς ἑταίροις χρήσιμος, κὴ τῆς τοιαύτης θεωρίας ὑπόμνησις, κὴ μοί γε τῷ γεννησαμένῳ διοδώρῳ τῷ Μελιτηνιώτῃ, ἐκ φύσεως μὲν πόλει τῆς Κωνσταντίνου κὴ νέας Ῥώμης, τελευτῇ δ εἰς τὴν ἐν Χριστῷ ἀληθείαν, * κἀκ τῆς ἀξίας συγκλήτου τῆς ἱερᾶς μεγάλης Σακελλαρίου κὴ διδασκάλου τῶν διδασκάλων τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Θεοῦ Ἐκκλησίας, κὴ Ἀρχιδιακόνου τῶ εὐαγοῦς βασιλικοῦ κλήρου. Καὶ δὴ τῆς ἀστρονομικῆς βιβλίβλου ταύτης ἡ πρώτη, ἡ ψηφοφοριῶν εἰσαγωγὴ περιέχει ταυτί.

tiones in canonibus manualibus exhibitas per exemplorum modum in eo describere, amborumque in omnibus consensum ostendere statui. Hujus verò nostræ constructionis *libro tertio*, *Perficarum Tabularum* manualium numeros & calculum includemus, opusqve nostrum *Astronomicum Tribiblum* appellabimus; cæteris qvidem aliis inutilis erit & jure despectui prorsus habenda. In hanc tamen theoriam commentarius non solum sociis amicisqve, qvi ad scribendum hortatores impulsoresque fuere, utilis erit; sed & mihi ejus authori *Theodoro Meliteniotæ*, qvi Constantinopoli, seu novæ Romæ olim natus, sum inter ministrantes in Christo relatus, & Senatorii ordinis sacri honoribus adeptis Sacellarius magnus factus; & sanctissimæ Magnæ Dei Ecclesiæ Doctor Doctorum, ac sancti Imperatorii Cleri Archidiaconus. Hujus itaqve Astronomicæ Tribibli primus Liber, qvi & ad computationes introductio est, hæcce continet:

Τοῦ αὐτῦ κεφάλαιον αʹ.

Τί ἐστὶν ἀστρονομία, κὴ ὑπ ἀνδρῶν εὑρεθεῖσα τὸ ἐξ ἀρχῆς ἦλθεν εἰς Ἕλληνας ὕστερον. Τίς τε ὁ σκοπὸς τῆς μαθηματικῆς κὴ μεγάλης συντάξεως.

EJUSDEM CAPUT I.

Qvid sit Astronomia, & à qvibus primum inventa ad Græcos postea devenit. Qvis etiam Mathematica & magnæ constructionis sit scopus.

IX. Ἀστρονομία ἐστὶ τέχνη περὶ τὰ οὐράνια σώματα καταγινομένη, τέλος

IX. Astronomia ars est, qvæ circa cœlestia corpora occupatur & versatu

ἐχουσα τὸ γνῶναι ταῖς κινήσεσι αὐτῶν. Ἔτι δ' ἀστρονομία ἐστὶ γνῶσις ποσοῦ συνεχοῦς ἀεικινήτου. Σφαιρικὴ δὲ ἡ ἀστρονομία καλεῖται, ἀφ' ἧς μαθοῦσα ἔκ τε τῆς πρώτης καὶ ἡμετέρας σφαιρικῆς θεωρίας, ἧς πεῖ ταῖς πάντα περιχούσης ὑφαίνει σφαίρας, καὶ ἐκ τῶν ἐν αὐτῇ ἀστέρων θεῖον τῷ ὄντι καὶ κάλλιστον ἅπαν μάθημα. ἔστι δὲ καὶ περὶ τὰ θεῖα καλουμένη καὶ τὰ οὐράνια. καὶ μόνη, καθά φησι Πτολεμαῖος ἐν τῷ β πρώτου πρώτῳ τῆς μεγάλης συντάξεως, περὶ τὴν τῶν αἰεὶ καὶ ἀϊδίως ἐχόντων ἐπίσκεψιν ἀναστρεφομένη, λέγω τοῦτο ὅσα δυνατὸν καὶ ἀνθρώπῳ περὶ τὴν οἰκείαν κατάληψιν, ἔστε ἀδηλόν ἔστε ἀτακτόν ἐστιν, αἰεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχον, ὅπερ ἐστὶν ἴδιον ἐπιστήμης. Εὕρηται γε μὲν τὸ τοιοῦτον ὑπάρχαιον ὄντως μάθημα παρὰ τῶν ἐξ Σὴθ υἱοὺς τῶν πρὸ Ἀδὰμ αἰῶνα γενόντων ἀφ' ὧν, τε παλαιὸς ἐκ πατέρων λόγος ἔχει, καὶ ἀληθῶς ἔχει. Καὶ μάρτυς τοι καὶ Ἰώσηπος Φιλαλήθης αὐτὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν ἀρχαιολογίᾳ συγγράφεται.

versatur, cujus finis est eorum motus cognoscere. Astronomia etiam continuæ qvantitatis semper motæ cognitio est. Astronomia qvoqve Sphærica vocatur à prima, eaqve digniore, Sphærica doctrina denominata, qvæ sphæram cœlestem omnia ambitu suo complectentem contemplatur; A stellis qvoqve in ea existentibus (*Græco nomine*) appellata, divina revera & pulcherrima est disciplina. De divinis qvippe cœlestibusqve rebus cogitando, circa contemplationem eorum, qvæ eodem semper se modo habent, ut libri 1. magnæ constructionis cap. 1. *Ptolemæus* asserit, sola etiam versatur; qua de causa in proprii objecti comprehensione, qvæ nec obscura nec confusa est, tantum pollet, ut sibi semper similis & immutabilis permaneat, qvod scientiæ proprium est. A *Sethi* qvidem *Adami* liberorum unius posteris hæc est omni veneratione major inventa disciplina; quod qvidem veterum patrum monumenta veritati consona docent: idqve *Josephus* veritatis studiosus profecto & amans antiqvitatum Judaicarum lib. 1. scripsit.

X. Μιμηταὶ γὰρ ὄντες ἑαυτῶν γεγονότες γενήτορος, σοφίαν μὲν τὴν περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τούτων διακόσμησιν ἐπενόησαν, πρῶτοι γραμμάτων ἐφευρόντες τύπους καὶ τὰ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὰς τροπὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ,

X. Enim verò cum hi sui parentis imitatores essent, de cœlestibus eorumqve ordine & ornatu philosophari cogitarunt: primiqve literarum typos, cœli signa, anni partium conversiones & septimanas invenerunt, fixisqve stellis ac Planetis nomina

κὴ τὰς Ἑρμαΐδας, κὴ τοῖς ἀπλανέσι τῶν ἀστέρων ἐπιθέντες ὀνόματα κὴ τοῖς πλανωμένοις. ὑπὲρ ἧς μὴ ἀφανῆ τοὺς ἀνθρώπους τὰ εὑρήματα, μηδὲ πρὶν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν φθαρῆναι, προεῖπεν ὁ Ἀδὰμ ἀφανισμὸν ἔσεσθαι τῶν ὅλων, τὸν μὲν κατ' ἰσχὺν πυρὸς τὸν δ' ἕτερον κατὰ βίαν κὴ πλῆθος ὕδατος, στήλας πυρισαμένους δύο· τὴν μὲν ἐκ πλίνθου· τὴν ἑτέραν ἐκ λίθου, ἀμφοτέραις τὰ εὑρήματα προσέγραψαν, ἵνα τῆς πλίνθου ὑπὸ τῆς ἐπομβρίας ἀφανισθείσης, ἡ λιθίνη μένουσα ἅπαντα δύῃ μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα· δηλοῦσα κὴ πλίνθινην ὑπ' αὐτῶν ἀνατεθῆναι· ἣν δὴ κὴ μέχρι κὴ τὴν Συρίδα γῆν ἄχρις ἐκείνου φησί, λέγω δὴ τὴν λιθίνην· τῆς δὲ γῆς ἐπομβρίᾳ καταπλυσθείσης, κὴ μόνου Νοὲ σωθέντος, ἀρχηγοῦ τε καταστάντος δευτέρου κόσμου· κὴ δὴ τῶν ἀπ' ἐκείνου, ἀφ' ἧς τὴν ἢν ἐπενόησαν τόλμαν εἰκοδομούντων τὸν πύργον, συγχυθέντων τὴν γλῶτταν, ἅ τε δὴ κακῶς κὴ ἀθέως ὁμοφωνούντων; μόνος Ἀρφαξὰδ τὴν οἰκείαν διατηρήσας, Χαλδαίων πρόγονος. οἱ δὲ φύσεως ἀγαθῆς γεγονότες, κὴ τὰ ἐπὶ λιθίνης στήλης εὑρόντες ἐγγεγραμμένα, τὴν τῶν οὐρανίων συνεγράψαντο ἐπιστήμην. τοσοῦτον θαυμαζόντες θεὸν πᾶσιν ἐπὶ σοφίᾳ, ὥστε κὴ τοὺς αὐτῶν φιλοσόφους θεὸν ἀστρονομίαν

mina imposuere. Ne verò illa inventa hominibus perirent, & antequam forent cognita evanescerent; cum universi deletionem ruinamqve duplicem, viigni alteram, alteram infinitā aqvarum copia futuram prædixisset Adamus, columnis duabus exstructis erectisqve, una qvidem lateritia, lapidea altera, inventa sua utriqve inscripserunt; ut, si lateritia ab ingentibus profusisqve imbribus corrumperetur, lapidea supereſſet, ex qva possent homines cuncta inscripta addiscere, atqve lateritiam ab ipsis qvoqve fuisse erectam & consecratam: qvam etiam, lapideam dico, ad illa usqve tempora in Syria stare ac permanere ait. At cum diluvio terra cooperta fuisset, ac solus Noë, secundi mundi Princeps factus, servatus fuisset, ejusqve posteri audacia, qvam animo præsumpserant, turrim ædificassent, ipsorumqve linguæ confusæ perturbatæqve fuissent, qvod iniqve spretoqve Deo in ipsum conjurassent, propriam nativamqve *Arphaxadus* retinuit, & Chaldæorum nationis parens authorqve fuit. Hi verò indolem bonam ingenicumqve nacti, qvæ lapideæ columnæ inscripta erant, inventis, cœlestium scientiam conscripsere. Qvorum tam eximia fuit sapientia, ut eos omnes homines sint admirati, adeo ut ipsorum Philosophi in rebus Astronomicis ut plurimum occupati, ex-

τὸ πλέον ἔχοντας, καὶ γενεθλιαλογεῖν ἐκ περιστοιχισμῶν, Χαλδαίους προσαγορεύεσθαι.

qve figuris natalitiis cæliqve thematibus prædicendi autem professi, Chaldæi sint etiam appellati.

XI. Στράβων γεωγραφῶν φησὶ, τῷ κοινῷ ἔθνους ὀνόματι κατ' ἐξοχὴν ὀνομαζομένους οἰκοῦντας μὲν τὴν Βαβυλωνίας χώραν αὐτοῖς εἰς κατοικίαν ἀφορισμένην πλησιάζουσαν τοῖς τε Ἄραψι, καὶ τῇ καλουμένῃ Θαλάσσῃ. Εἰς πλείω δὲ γένη διῃρημένους. καὶ τοὺς μὲν Ὀρχηνούς, τοὺς δὲ καλουμένους Βορσιππινοὺς καὶ ἄλλους ἄλλως, οἷς ἂν κατ' αἱρέσεις ἄλλα καὶ ἄλλα περὶ τῶν αὐτῶν ἔχοντας δόγματα. ἐν οἷς ἄλλοι τε πολῖται γεγόνασιν ἀξιόλογοι ἄνδρες, καὶ μάλιστα Ζωροάστρης καὶ μετ' ἐκεῖνον Ὀσάνης ὁ, τε Κιδηνᾶς καὶ Ναβουριανός, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ Σουδῖνος. ἀλλὰ καὶ Σέλευκος ὁ ἀπὸ Σελευκείας Χαλδαῖος καὶ αὐτός ἐστιν ἐκ τούτων. ὃ παλαιὸν ὁ μέγας γενόμενος Ἀβραάμ, καὶ πρῶτος θεὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν ἐγνωκώς. τοῖς τε τῆς καὶ θαλάσσης παθήμασι, καὶ * τοῖς περὶ τῶν Ἡλίου καὶ Σελήνης, καὶ πᾶσι τοῖς κατ' οὐρανὸν συμβαίνουσι λογισάμενος. καὶ τούτῳ δὴ προσδραμὼν ἑτοίμως καλοῦντι, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀκολουθήσας κατάγοντι κἀκεῖ τοῖς λογιωτάτοις Αἰγυπτίων διαφόρους ἴδιον αἱρεσιωμένους, καὶ τὰ παρ' ἑκάστοις ἐπιφημίζουσι νόμιμα καὶ διὰ τοῦτο ἀνωμάλως πρὸς ἀλλήλους ἔχοντι, συμπλοκὰς ἐκάστοις

XI. Strabo in libris suis Geographicis scribit, communi gentis nomine per excellentiam appellari incolas Babylonicæ Arabibus & mari Persico vicinæ regionis, qvæ ipsis in plures classes divisis ad habitandum fuit attributa & sepositа; eorumqve alios Orchenos, alios Borsippenos, alios diversis nominibus vocatos fuisse; qvatenus variis sectis addicti de rebus iisdem diversimodè sentiebant. In qvibus plurimi alii celebres & laude digni floruerunt viri qvorum præcipuus *Zoroaster*, & qvi illum sequtus est *Ozanes* claru ere; *Cidenas* deinceps & *Naburianus*, qvibus *Sudinus* accensetur; verum etiam *Seleucus* Seleucia oriundus est qvoqve Chaldæus. Ex ea gente magnus *Abraham* olim ortus Deum universi creatorem, ex variis, qvæ in terra & mari cernuntur affectionibus & proprietatibus, exqve omnibus, qvæ circa Solem & Lunam & cœlum accidunt, ratiocinando primus cognovit, ad qvem, cum vocaret ipsum, celeri cursu accessit, & in Ægyptum deducentem sequtus est. Ubi cum Ægyptiorum, qvi consuetudinibus diversis studentes, invicemqve alii aliorum leges despectui habentes, mutuis inter se odiis & inimicitiis certabant, fuisset sapientissimis

* τοῖς

αὐτῶν ἀμφισβήτησιν τοὺς λόγους περὶ τῶν ἰδίων κινοῦς, καὶ μηδὲν ἔχοντας ἀληθὲς ἀποφαίνων θαυμαθεὶς ἦ παρ' αὐτῶν ἐν ταῖς συνουσίαις ὡς συνετώτατος καὶ δεινὸς ἀνὴρ οὐ νοῆσαι μόνον ἀλλὰ καὶ πεῖσαι, λέγων περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρήσειε διδάσκειν, τὴν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται καὶ περὶ ἀστρονομίας ὑπεδείξατο.

XII. Ἄλλοι δὲ γνωριμώτατοι διὰ σοφίαν ἐν πᾶσι γενόμενοι, καὶ τὸν Ἑρμῆν, ὃν δὴ καὶ τρισμέγιστον ὀνομάζεσθαι φησὶ, ἄνδρα τὸν ἐν αὐτοῖς ἄκρον ἐν μαθηματικῇ, πολλούς τε σὺν ἐκείνῳ καὶ ἄλλους Αἰγύπτου παῖδας, τοὺς κεκλημένους παρ' ἐκείνοις προφήτας ἔσχον· ἣν ἀθάμαστον ὑπὸ πᾶσιν ἐπὶ παιδείᾳ λαχόντας ὄνομα, οἱ τὸ πρῶτον Ἀβραὰμ τῷ πρωπάτορι καὶ Χαλδαίῳ τῷ ὄντι σοφῷ μαθητεύσαντες· πρὸ γὰρ τῆς αὐτοῦ παρουσίας εἰς Αἴγυπτον ἦσιν ἀμαθῶς εἶχον φησὶ, * ἐκ Χαλδαίων ταῦτ' ἐφοίτησαν εἰς Αἴγυπτον, ὅθεν ἦλθε καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας. Πυθαγόραν μὲν ὁ Μνησάρχου ὁ Σάμιος· καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος, καὶ Ἀναξαγόραν ὁ Ἡγησιβούλου ὁ Κλαζομένιος· ἔτι τε Θάλης ὁ Μιλήσιος, καὶ Σόλωνα τῶν Ἀθήνησι νόμων ἐξευρετὴς, καὶ μὴν καὶ Πλάτων ὁ τοῦ Ἀρίστωνος, ἔρωτι τῆς Αἰγύπτου Φιλομαθίας ἐλθόντες, καὶ παρ' αὐτῶν δι-

mis congressus; aversatusque, quos de propriis unusquisque suis opinionibus fecerunt, sermones, nihil veri in se haberę eos ostendit. In colloquiis itaque virum admirati, utpote prudentissimum, & intelligendi facultate non solum, sed etiam persuadendi vi, quandocumque verbo docere inciperet, potentem, Arithmeticam & Astronomiam ab ipso benigne tradente acceperunt.

XII. Hi verò apud omnes gentes cum ob sapientiam celebritate nominis inclaruissent, *Hermetem*, quem ter maximum appellari dicit, virum inter ipsos summum *Mathematicum*, multosque simul alios Ægypti indigenas, prophetas dictos apud se habuerunt. Neque mirum famam eruditionis consequtos esse, qui Patriarchæ *Abrahæ* Chaldæi revera sapientis discipuli primo fuerant, ab eoque edocti. Anteqam enim in Ægyptum fuisset ipse profectus, Mathematicas disciplinas, *Josepho* teste, nesciebat gens illa; quæ ex Chaldæa in Ægytum delatæ, ad Græcos postea pervenerunt. *Pythagoras* siquidem Samius Mnesarchi F. *Pherecydes* Syrus, *Anaxagoras* Clazomenius Hegesibuli F. *Thales* præterea Milesius, *Solon* quoque, qui Athenienſibus leges condidit & scripsit, quinetiam *Plato* Aristonis F. addiscendi cupiditate ducti ad Ægytios abierunt, & ab ipsis in scientiis Mathematicis eruditi,

* καὶ ἐκ

φαχθέντες τὴν μαθηματικὴν τοῖς ἄλλοις ἐπιδεδώκασιν ἐπιστήμην. Καὶ δὴ πολλοὶ μὲν ἐν Ἕλλησι καὶ ἄλλοι μεχρίσης τὴν τοιαύτην εἰς ἄκρον ἐξησκήσαντες θεωρίαν, καὶ Χαλδαίους πολλῷ τῷ μέσῳ καὶ Αἰγυπτίους ὑπερβάλλοντες· καὶ μάλιστα πάντων ὁ πάντων μᾶλλον Φιλόπονός τε καὶ Φιλαλήθης εἶναι ἐπιμαρτύρεται, αὐτὸς φησι Πτολεμαῖος. Καὶ μέντοι καὶ Πάππος τε καὶ Θέων οἱ Πτολεμαϊκοὶ * Φάναι Διάδοχοι.

XIII. Ὁ δὲ δὴ Κλαύδιος ὁ τοσοῦτος Πτολεμαῖος, καὶ Πτολεμαΐδος μὲν ἀνέφυσε τῆς ἐν Θηβαΐδι καλουμένης βασιλεύς, Ἀδρίου δὲ ** Αὐγουστίου Βασιλέως ἐπιλαμπρότατος γεγονὼς καὶ πάντων τὰ πρῶτα φέρεται, παύσης μὲν, ὡς αὐτὸς γράφων ἐν πρώτοις ἐπιδείκνυσι, μαθηματικῆς ἐπιμελητέας θεωρίας. ἐξαιρέτως δὲ καὶ ταῖς θείαις καταπονήσας, καὶ τὰ οὐράνια. καὶ ταύτην ἐν ἕξ καὶ δέκα τοῖς τῆς μαθηματικῆς καὶ μεγάλης συντάξεως καλλίστοις καὶ ὑψηλότατα πραγματευομένοις βίβλοις, καὶ μὴν καὶ τοσῆσδε τῶν ὀνομάτων εὐγνωσίας καὶ χάριτος καὶ ῥυθμοῦ καὶ τόνου, ὡς ὑπερβαλέσθαι σχεδὸν τοὺς ὁρμωμένους ἐντεῦθεν καὶ γλαφυρίας μόνης ἐπιλαμβανομένους δοκεῖν φροντίζειν· ἡ δὴ καὶ μεγάλη καλεῖσθαι μόνη τῶν ἁπάντων ἐκληρώσατο, διά τε τὴν σεμνότητα καὶ τ' ἀξιώματα τῶν ὑψηλῶν καὶ μεγάλων λόγων ἐν αὐτῇ, ὡς τὴν κατ' οὐρανὸν θεωρίαν ἔχουσαν τὸν σκοπόν.

ti, aliis postea eas tradiderunt. Multi præterea alii Græci in ejusmodi theoretica scientia summè exercitati claruerunt, & longo intervallo post se relictos Chaldæos & Ægyptios superarunt. Præcipuus verò omnium tum veritatis amantissimus *Hipparchus* à Ptolemæo laudatus. *Pappus* equidem & *Theon* Ptolemæi successores clari fuere.

XIII. *Claudius* verò hic *Ptolemæus* in Thebaïdis urbe Ptolemaïde Hermii appellata natus, Ælio Antonino Romano Imperatori coævus, primas in omnibus partes obtinet: cum, ut ipse in primis libris ostendit, in omnibus Mathematicæ partibus addiscendis, ea præcipuè quæ res divinas cœlestesque contemplatur, sedulus ac diligens fuerit. Quam tredecim Mathematicæ & *Magnæ* constructionis libris accuratissimè, & demonstrationibus maximè sublimibus, tanta cum nominum aptitudine, ornatu, gratia, rythmo ac tono tradidit, ut etiam illos superet, qui hisce ducti & impulsi solius Attici leporis curam habere, eumque sectari videntur. Quæ etiam propter majestatem dignitatemque sublimium & grandium, qui ea comprehendunt, qviqve cœlestium rerum contemplationem scopum habent, sermonum *Magnæ* nomen inter omnes una sortita est.

XIV.

* Bullialdus leg. Φασὶ ** Αὐτωνίνου

XIV. Περιέχει μὲν οὖν ἐν μὲν τοῖς πρώτοις δυσὶ βιβλίοις τήν τε καθόλου τῆς γῆς ὅλης σχέσιν πρὸς ὅλον τὸν οὐρανόν, καὶ τὸν λόγον τὸν περὶ τῆς τοῦ λοξοῦ κύκλου θέσεως, καὶ * τὸν τόπον τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. ἔτι δὲ τὰς πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν καθέκαστον ὁρίζοντα τῶν τε κατὰ τὰς ἐγκλίσεις γινομένης ἐν ταῖς τάξεσι διαφορᾶς. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τὴν ἡλιακὴν κίνησιν· ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ καὶ πέμπτῳ τὴν σεληνιακήν. ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ τὰ ταύταις ἐπισυμβαίνοντα· συνοδικάς τε φημὶ καὶ πανσεληνιακὰς συζυγίας, καὶ τοὺς ἄλλους οὓς πρὸς τὸν ἥλιον ἢ σελήνην ποιοῦνται σχηματισμούς· ἔτι γε μὴν καὶ τὰς ἐκλειπτικὰς φαντασίας καὶ τὰ παθήματα· ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ καὶ ἐνάτῳ τὰ περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν καλουμένων σφαίρας. ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς πέντε βιβλίοις τὰ περὶ τῶν πέντε πλανήτων προσαγορευομένων. ἑπαστα δὲ τούτων, ὡς φησιν ἐν τῷ ε πρώτου δευτέρου, διώρισεν ὁ σοφὸς Πτολεμαῖος, ἀρχαῖς μὲν καὶ ὥσπερ θεμελίοις εἰς τὴν ἀνεύρεσιν χρώμενος τοῖς ἐναργέσι φαινομένοις, καὶ ταῖς ἀδιαπτώτοις τῶν τε περὶ ἐκείνου καὶ τῶν κατ' ἐκεῖνον τηρήσεων. πρὸς δὲ ἀφορμὰς τῶν κατακολούθων ἐφαρμόζων διὰ τῶν ἐν ταῖς γραμμικαῖς ἐφόδοις ἀποδείξεων.

XIV. Primis autem duobus libris, totius orbis terrarum ad universum cœlum habitudinem universalem; rationem porro positionis obliqui circuli zodiaci, locorumque & situum terræ nostræ habitabilis; differentiam præterea in ordinandis illis per singulos horizontes ex inclinationibus variis ortam explicat & ostendit. Tertio libro Solis motum, ut & quarto & quinto Lunarem expendit & determinat. Sexto quæ utrisque simul contingunt, Synodicas nempe syzygias & plenilunia; aliasque Solis & Lunæ ad invicem habitudines & configurationes à se observatas. Eclipses præterea, easque concomitantia accidentia & circumstantias declarat. Septimo & octavo quæ ad sphæram fixarum pertinet stellarum exequitur. Postremis tandem quinque libris, quinque Planetarum appellatorum motus examinat & contemplatur. Unumquodque verò eorum, ut cap. 2. libri 1. ipse scribit doctus Ptolemæus, manifestis clàrisque phænomenis, certisque & nulli dubio obnoxiis, quæ ab anterioribus prisciscisque Astronomis, quæque sua ætate factæ fuerant, observationibus, pro principiis ac veluti fundamentis adhibitis, ostendit. Quæ verò ex illis colliguntur & comprehenduntur, linearibus demonstrationibus aptè accommodata explanat.

* τῶν τόπων.

THEODORUS METOCHITA cum paullo antiqviore Georgio Metochita a) non confundendus, ſub Andronico Palæologo ſeniore ampliſſima magni *Logothetæ* dignitate functus eſt ab A. C. 1314. & filiam ſuam Irenem b) Joanni Palæologo panhyperſebaſto, Conſtantini Palæologi, qvi Andronici Imp. frater erat, filio nuptui collocavit: Poſtea cum Andronicus junior, ſenioris ex Michaële filio nepos avum imperio exſpoliaſſet A. 1327. Theodorus qvoqve dignitate imminutus & exul, mox liberatus iterum exilio, CPoli in monaſterio Choræ qvod ipſe inſtauravit vixit atqve extinctus eſt A. C. 1332. die decimo tertio Martii, poſt Andronicum ſeniorem cui fidelis & amicus fuerat, defunctum trigeſimo c). Nicephorus Gregoras qvi virtutem illius atqve eruditionem Patroni ac Doctoris ſui encomiis mactat in Hiſtoriarum opere, lib. VII. VIII. IX. X. & funebri illum oratione decoravit, hoc qvoqve ei poſuit epitaphium: d)

Ὃς πάρος ἐν σοφίῃ μέγα κῦδος ἔην γε θυμῷ
Βαιὸς ὠδὶ λάας τῆγε κέκευθε κόνις.
Ἄμμος στιλβῶν μυρίων ὁλολύξατε πᾶσαι,
Ἅλατο κεἰνος ἀϊπὺ, ὤλεσε πανσοφίη.

Magno

a) Hic Georgius Metochites Jo. Vecci Archidiaconus, λατινόφρων & ideo cum eodem Becco atqve Joanne Meliteniota ejectus in exilium circa A. C. 1283. ab Andronico Palæologo. De eo Pachimeres & è recentioribus Allatius de Georgiis p. 346. qvem vide ſis etiam de conſenſu p. 769 ſeq. p 773. & adverſus Creyghtonum p 617. 625. & Michaëlem Nau in Eccleſiæ Romanæ Græcæqve vera effigie p. 82 qvi Theodorum Metochitam Georgii filium fuiſſe ſcribit. Confundit utrumque Voſſius de Hiſt. Græcis II. 29. de Hiſt. Græc. Meurſium præſ. ad Metochitam ſecutus. Ex Georgii Metochiæ ſcriptis pro Latinis adverſus Græcos partem Allatius vulgavit, ut *refutationem trium capitum Maximi Planudis*, in Græcia Orthodoxa T. 2. p. 922-958. *Refutationem Manuelis Cretenſis, Nepotis*, id. p 959-1074. Ex Oratione *de unione Eccleſiarum*, fragmentum p. 429. contra Hottinger. Ex Oratione *de diſſidio Eccleſiarum* id p. 458. 462. Ex *libro IV. de proceſſione Spiritus S.* Combefis. T. 2. auctarii novi Bibl. Patrum p. 1018-1026. (ubi de S. Maximi loco Epiſt. ad Marinum Cypri presb. diſputatur) Ex *libro V.* Allatius libro de purgatorio p. 668-677. & contra Hottinger. p. 511. De illis qvinqve libris ſive Orationibus Allatius de Conſenſu p. 771. Citantur etiam plura à Nic Comneno in Myſtagogicis prænotionibus ut *explicatio regularum S. Nicephori* CPol. Patriarchæ p. 20. *Oratio de ſacris myſteriis* p 396. *Ecthefis Hiſtoriarum* & *Orationes contra Georgium Cyprium*. p. 410. Argumentum Trium Orationum contra Cyprium exponit Allatius de Conſenſu, p. 772.

b) Joannes Cantacuzenus lib. 1. cap. 43. Nicephorus Gregoras lib. 7. cap. 11.

c) Nicephorus Gregoras lib. X. cap. 2. ubi etiam Monodia ejus in Metochitam inſerta legitur qvam eum Hieron. Wolfii verſione Meurſius Metochitæ ſuo præfixit.

d) Jo. Boivin ad Gregoram p. 773. & Bandurius Antiqvitat. CPol. lib. VII. p. 180.

Magno hominum decori cujus ſapientia nuper
Certe erat, huncce levis jam lapis ecce tegit.
Muſarum veneranda cohors, complangite cuncta,
Ille vir interiit! Panſophia ipſa jacet!

Laudibus illis præter Gregoram & Jo. Cantacuzenum fidem facit etiam Thomas Magiſter in προσφωνητικῷ ad Metochitam, & in *Epiſtola* ad eum ſcripta, ubi vocat μυσῶν ἑλικῶνα, λόγων ἑστίαν, φιλοσοφίας ναόν, ῥῆτορικῆς ὄφελον, καὶ συμπάσης ἄλλης λογικῆς ἐπιστήμης, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, πρυτανεῖον. *Heliconem Muſarum, Veſtam politiorum literarum, Philoſophiæ templum* (al. μένον *robur ac ſpiritum*) *Artis oratoriæ columen, & cæteræ liberalis doctrinæ univerſæ, ut verbo dicam, publicum prytaneum.* p. 204. Inter alia etiam exqvſitam Aſtronomiæ peritiam in illo celebrat, qvam diſciplinam ex eo hauſiſſe profitetur Gregoras VIII. 7. & ex tenuibus qvæ à Bryennio edoctus fuerat principiis ad ſummum faſtigium produxiſſe Metochitam ſcribit Jo. Cantacuzenus lib. I. c. 11. p. 37. Illa vero Thomæ Magiſtri *Epiſtola* una cum προσφωνητικῷ Græce & Latine vulgata eſt à Laurentio Normanno V. C. inter alias ejus orationes & *Epiſtolas Upſal.* 1693. 4. p. 178. & 202. Hunc Metochitam falſò tradi à Margunio in *Eccleſiaſtico* dogmate ſenſiſſe cum Latinis, obſervat Nicolaus Comnenus *Papadopoli* in prænotionibus Myſtagogicis p. 9. & fuſius, in teſtimonio Græciæ.

Quanquam in ſummam dignitate conſtitutus multos annos negotia publica curanda habuit, curavitque ex Andronici Imp. voto diligentiſſime, tamen multa & præclara ſcripſit, ſemper lucubrationes interponens diurnis Reip. curis: e) Ex his multa penitus interciderunt, pauciſſima viderunt lucem, pleraque adhuc latent inedita in Bibliothecis,

e) Gregoras lib. VII. cap. II. Hiſtoriæ de Metochita: βιβλιοθήκη γὰρ ἦν ἔμψυχος ὅτου καὶ τῶν ζητουμένων πρόχειρος εὐπορία -- ἔξεστι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις τεκμηριώσθαι τὴν ἕξιν ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν ἐξ ὧν συνεστήσατο πολλῶν τε καὶ πολλῆς καὶ ποικίλης γεμόντων τῆς ὠφελείας βιβλίων &c. *Erat enim viva Bibliotheca, & eorum quæ ſcire velles, parata copia -- verum qua dicendi facultate præditus fuerit, cui libet æſtimare promptum eſt ex plurimis libris quos multa & varia frugis plenos compoſuit. Jam quod in eo viro maxime mireris, cum tanta moleſtia premerent, tantus negotiorum publicorum æſtus incumberet, cum cura alias alia animum ejus veluti inundarent, nihil unquam fuit quod eum à lectione & ſcriptione revocaret. Sed ea dexteritate in utrisque verſabatur, ut à mane usque ad veſperam in pa-*

cis, sive carmine sive prosa: in quibus versus duriores, f) & prosam asperam g) auresqve ardentem notavit paullo delicatius lectorum judicium.

Edita Theodori Metochitæ Scripta.

Παραφρασις *Paraphrasis in* Aristotelis *libros VIII. Physicorum, libros III. de anima, libros IV. de cœlo, libros II. de ortu & interitu*, cæteraqve, qvæ parvorum naturalium nomine veniunt, *librum de memoria & reminiscentia, de somno & vigilia, de insomniis, de divinatione per somnum, de motu animalium, de brevitate & longitudine vitæ, de senectute & juventute, vita & morte: & Librorum IV. meteorologicon.* Hæc Paraphrasis Græce necdum lucem vidit, Latine autem versam à *Gentiano Herveto* Aurelio, Simon Schardius primum excudi curavit Basileæ 1559. 4. apud Nicolaum Brylingium cum præfatione Philippi Bechii *Medici*. Deinde recusa Latine est Ravennæ 1614. 4. Nam Parisiis primùm vulgatam fuisse, nescio unde accepit Labbeus,* qvi nec annum nec formam dicere potuit, & à se primum in lucem editam Brylingius in fronte sui libri diserte profitetur.

Historiam Romanam à Julio Cæsare ad Constantinum Magnum, qvam ab Andrea Shotto acceperat sub Theodori *Metochitæ* nomine, Græce addita versione sua & brevibus ad calcem libri notis vulgavit *Joannes Meursius* Lugd. Bat. 1618. 4. Sed ab eodem Labbeo ** & Theop. Raynaudo † atqve Vincentio Richardo †† observatum fuit illam non esse Metochitæ, sed librum tertium Annalium Michaëlis Glycæ à pag. 204. edit. regiæ usqve ad 245. ubi Galerii Maximiani infelix obitus describitur.

Scripta.

Latio Remp. administraret, & uni huic rei ita sedulo ita acri studio vacaret, quasi à litteris prorsus alienus esset. Sero inde digressus, adeo totus in litteris erat, ὥσπερ ἂν εἰ σχολαστικὸς τις ἦν, quasi scholasticus esset, neque cum Rep. negotii quicquam haberet.

f) Io. Boivin ad Gregoram p. 713.

g) Gregoras lib. VII c. 11. p. 168.

* Labbeus in conspectu Platonis & Aristotelis interpretum, p. 15.

** Labbeus ad Glycæ annales Paris. 1660. fol. p. 364.

† Raynaudus de bonis & malis libris Lugd. 1653. 4. p. 156.

†† Richardus ad Matthæum Cantacuzen. in Canticum canticorum. Rom. 1624. fol. p. 130.

Scripta. Theodori Metochitæ inedita.

I. Περὶ νεωτερικῆς κακοηθείας. De *mala recentiorum consvetudine.* De hoc libro adscribam testimonium Græci hominis doctissimi Nicolai Comneni Papadopoli pag. 9. prænotionum Mystagog. *Inter plurima monumenta tum sapientiæ tum eruditionis, qveis vir hic plane doctus Græciam nostram jam pæne ad extremam paupertatem Scientiarum redactam auxit atque ditavit, potissime laudandus est aureus libellus* περὶ νεωτερικῆς κακοηθείας, *quem nostra ætate Latinum fecit Arcudius. Ibi enim ita de sacris institutis recentiorum more corruptis facundissime qveritur, ut trecenta vulnera* h) *Ecclesiæ à corruptoribus illata demonstret.* Loca passim ex hoc libro idem Comnenus utraqve lingua affert ut p. 403. & alibi, sed integrum vel Græce prodiisse vel versionem Petri Arcudii vidisse lucem, mihi hactenus incompertum.

II. *Historiæ sacræ libros duos*, & *Constantinopolitanæ unum* habuit Joanes Meursius & publici juris facturum se promisit in præf. ad suum Metochitam. Videntur autem hi tres fuisse ex illis λόγους Theodori Metochitæ *decem & octo* de variis materiis, sed præcipue ad Historiam de vitis Sanctorum & ad Historiam Imperii CPol. & ipsius urbis CPol. pertinentibus, qvi servantur in Bibl. Cæsarea, ipso illius ævo (ut testatur Lambecius VII. pag. 154.) pereleganter exarata in membrana, & ex quibus loca affert Reinoldus Dehnius S. I. in notis ad *Martyria* Cosmæ & Damiani pag. XVIII. ex oratione de laudibus Nicææ urbis, & altera de Marina Martyre: & pag. XLVIII. ex oratione de Greg. Nazianzeni laudibus. Promittit eodem loco Lambecius se accuratius illos λόγους descripturum libro octavo, sed aliorum Codicum copia & multitudine prohibitus id præstare non potuit.

III. *Capita Philosophica & Historica Miscellanea CXX.* MSS. Græce in Bibl. Cæsarea teste Lambecio VII. pag. 149. seq. & inter Codices MStos Bibl. Augustæ Vindelicor. memorantur ab Hœschelio pag. 52. & B. D. Reisero nostro pag 74. & inter Codices Bibl. Coislinianæ p. 222. seq. ab Eruditiss. Montfaucono: lectuque dignissima judicantur à Tho. Reinesio in Epistolis ad Nestoros pag. 19. qui Nesteri codice usus narrat illa continere *Philosophica è Physicis, Ethicis & Politicis desumta plurima, historica nonnulla. Num. CXI. Historiarum cognitionem cuivis litterato maxime necessariam & rem in communi vita utilissimam esse docet. Criticen exercet cum*

h) postremum est de garrulitate.

Patribus ac fratribus Chriſti confeſſoribus, 489. 510. 517.
Patricio cccxiii.
Fratribus qui cum Patricio filio ſunt, 628.
Patriciæ. cccciii. alii cccciv.
Paulo filio dxliv.
Fraternitati Pelecetes, 609.
Petro filio. ccccii. dxxv.
Petro Nicææ, 424. 540. 577. 714. ccxxxii. ccclvii.
Philippo diacono, 359.
Philippo Monacho. ccccxiv.
Philoni filio, infra, Tito.
Philotheo *Poſſeſſori*, 667. 693. 716.
Photinidii monachis, 576.
Pinufio & Mari filiis, 266.
Platoni patri ſpirituali, 221. 224. 228. 368.
Politiano domeſtico ccxcv.
Præpoſito, 374. 421. 465. 602. panagri ccclxix.
Præpoſitæ. ccexlii. ccexvii. ccccxxxvi.
Presbytero dxii. qui ſubſcripſerat, 378.
Ad Principenſes Canonicas, 574.
Procopio monacho, 595.
Proterio filio ccccclxxxiii. ccccclxxxiv
Protoſpathariæ. ccccclxii.

S

Ad Lauram S. Sabæ, 405.
Sabbatio filio. ſupra, *Anatolio.*
Sergio Hypato τῦ λαμπρῦ * & fratris filio 336. ccexliv. ſeq. ccclxi. ccccclxviii.
Sergio notario ccclxxxiii.
Sergio Præpoſito, 675.
Severiano filio ſpirituali, 617.
Silvano ccccclxxiii. dxxxvii. & Euprepiano filiis, 329.
Simeoni filio, 462. ccclxiv. dxxi. dxiv. ccccxlii. dxxxix.
Simeoni monacho, 267. 269. 274. 430.
Simeoni Præpoſito, 242. 282.
Siſoe Epiſcopo ccccxxvi.
Spathariæ Flaviani, 688. ccexc. ccccxx. dv.
Stauracio Spathario, 263.
Stephano conſobrino ccxcii.
Stephano filio, 676. ccclxxii. dxx.
Stephano Lectori, 360.
Stephano *Magiſtro*, 509.
Stephano Præpoſito, 599.
Stephano a ſecretis, 235. 507.

'Thad-

* Vide Cangii appendic. ad Gloſſarium Græc. p. 7.

T.
Thaddæo filio & confessori CCCLXXXI. CCCXXVI.
Thalelæo filio, 433. 459
Theoctistæ matri suæ. 237
Theoctisto eremitæ, 597. 655
Theoctisto filio CCCXXIII.
Theoctisto Magistro, 276.
Theodoro diacono, 661
Theodoro Hospitalario, 569
Theodoro monacho, 518. 619. 641.
Theodoro Patricio, 605. 648
Theodoro spathario. CCCXLVIII.
Theodoro Stratego, (MS. Theodoto) 594
Theodosiæ Augustæ & Basilio ejus filio, 719
Theodulo Cionitæ, 259
Theodulo filio CCCLXXXVII. DXXIX. DXIII.
Theophani monacho, 691.
Theophani præposito τῷ Ἀγρᾷ. CCCCXI & confessori. CCCCLXXVI.
Michaeli & Theophilo Impp. 705
Theophilo *Ephesi*, 458. 499. 625
Theophilo filio CCCLXV.
Theophilo præposito, 320. 525.
Theophylacto Nicomediæ. 375. 425
Theophylacto presbytero CCCCXLIII.
Thomæ Chartulario, 636
Thomæ Disypato, 253
Thomæ *Patriarchæ* Hierosolymorum, 567.
Thomaidi virginis sacræ, 744.
Thimotheo filio, 426. CCLXXX. CCCXCV. DXXXI. CCCCLXXXVII.
Tithoe filio. DXXXVI. CCCLXXVI.
Tito & Philoni filiis CCCCXXXIII.
Turmarchissæ Græciæ, 607
Z.
Zachariæ ὑπάτῳ. CCLXXVIII. CCXCVII. CCCCLXXV.

Scripta edita Theodori Studitæ, qvæ cum operibus Sirmondi non prodiere.

10. Δογματικὴ περὶ τιμῆς καὶ προσκυνήσεως τῶν ἁγίων εἰκόνων. *Oratio dogmatica de honore atqve adoratione sanctarum Imaginum.* Græce cum Jo. Damasceni Orationibus de imaginibus Rom. 1553. 8. & Latine *Godfrido Tilmanno* interprete Antwerp. 1556. 12. Atqve utraque Lingva inter Damasceni opera Basil. 1575. fol. p. 674. Et *Latine* iterum in Bibliotheca Patrum Paris. 1589. & 1644. 1654. Tomo III. altero interprete, ibiqve notatur, illius Orationis locum citari à Gennadio, qvi ante Georgius Scholarius, in expositione qvinqve capitum Synodi Florentinæ contra Græcos cap. 5. sect. 12.

11. Ἐπιτάφιος εἰς Πλάτωνα τὸν ἑαυτῦ πνευματικὸν πατέρα. *Oratio funebris in S. Platonem Patrem suum spiritalem.* Hanc à Gvil. *Sirleto*, postea Cardinale redditum Latine vulgarunt *Aloysius Lipomanus* tom. VII. de vitis

Sanctorum Patrum p. 275. & ex Lipomanno *Laur. Surius* ad XVI. Decembr. nec non alter *Laurentius*, *de la Barre* in Hiſtoria Chriſtiana Patrum p. 118. Paris. 1583. fol. Deniqve Græce ex Bibl. Regis Chriſtianiſſimi & Vaticana dedere *Henſchenius* & *Papebrochius* ad calcem *Act.* Sanctor. T. 1. *April.* p. XLVI. & Latine ex nova interpretatione p. 366.

12. Λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἐν τῇ μεσοπεντήκοντα. *Oratio in adorationem pretioſæ & vivificæ Crucis in media Quadrageſima.* Prodiit Græce cum *Jacobi Gretſeri* verſione, in hujus opere de Cruce T. 2. p. 287. Ingolſtad. 1600. 4. (edit. in fol. p. 1405.) Incipit: ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης ἡμέρα. Latine T. XIV. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 900.

13. Κανὼν εἰς τὴν σταυροπροσκύνησιν. *Canon* ſive *Hymnus in adorationem Crucis*, ſub Theodori Studitæ nomine editus Græce & Latine ab eodem *Gretſero* T. 3. p. 487.

14. Κανὼν ψαλλόμενος εἰς τὴν ἀνάστηλωσιν τῶν ἁγίων εἰκόνων, ποίημα τοῦ ἁγίου πατρὸς Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου. *Canon* ſive *hymnus* Odis octo conſtans *qvi canitur in erectione ſanctarum Imaginum, opus S. P. Theodori Studitæ.* Exſtat Græce & Latine, *Federico Metio* interprete apud *Baronium* ad *A.* 842. Et Latine in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. T. XIV. p. 898. Sed monet doctiſſimus Cardinalis, Theodori noſtri non eſſe hymnum hunc, utpote qvem non ante reſtitutas imagines ſacras ad redditam Eccleſiæ pacem, proindeqve pluribus poſt Theodori mortem annis ſcriptum fuiſſe apparet. Itaqve Combefiſius putat junioris eſſe Theodori, qvi poſt Naucratium Studio præfuit.

15. Ἡ μικρὰ λεγομένη Κατήχησις, *Catecheſis qvæ dicitur parva*, CXXXIV ſermonibus brevibus & extemporalibus diſtincta. Memoratur in Theodori Studitæ vita p. 27. & Græce MS. exſtat in variis Bibliothecis, Cæſarea Lambec. VIII. p. 295. Bodlejana Oxonienſi, Segvieriana ſive Coisliniana & Lipſienſi Paulina. Fuit etiam apud Raphaëlem Trichetum du Freſne. Latine prodiit ex *Joannis Levineji* Canonici Antwerpienſis verſione, Antwerp. 1602. 8. & in Bibliothecis Patrum edit. Colon. Tomo IX. & Pariſ. 1644. 1654. Tomo II. atqve Lugd. T. XIV. Hujus κατηχήσεως lectio Manachis commendatur in Triodio & Menæis Græcorum & in Typico Irenes Auguſtæ in *Analectis* Græcis Monachor. Benedictin. p. 210.

16. Ἐγκώμιον περὶ τοῦ ἁγίου Βαρθολομαίου, *Encomium S. Bartholomæi Apoſtoli*, qvod Græce exſtat MS. in Codice Colbertino 340. Latine ex veteri *Anaſtaſii* verſione edidit Lucas Dacherius Tomo tertio ſpicilegii Pariſ. 1659. 4. & Franciſcus Combefiſius in Bibliotheca Concionatoria T. VII. p. 749. Pariſ. 1662. fol.

18.

18. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀπόστολον καὶ Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸ Θεολόγον. *Encomium S. Apostoli & Evangelistæ Joannis Theologi.* Latine à se versum vulgavit idem Combefisius in jam laudata Bibliotheca.

19. *Sermo brevis in Dominicam qvartam Quadragesimæ* sive *Jejunii* Latine ex *Joannis Livineji* versione prodiit sæpius cum Theodori Studitæ Catechesi, de qva jam dixi. Incipit*: *Fratres, Patresque; S. Spiritus nos benignitas.* Levinejus in codice MS. hunc sermonem reperit notatum numero octavum & sexagesimum.

20. *Capitula qvatuor de vita ascetica*, qvæ Græce & Latine vulgata sunt à *Petro Possino S.* I. in thesauro Ascetico Paris. 1684. 4. Capita qvinqve MSta in Bibl. Cæsarea memorat Lambecius IV. p. 146.

21. Ἐγκώμιον εἰς τὴν τρίτην εὕρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ ἁγίου προδρόμου. *Encomium in tertiam inventionem venerandi capitis * sancti præcursoris Joannis Baptistæ.* Cum versione *Francisci Combefisii* edidit *Carolus du Fresne*, sive *Cangius*, in libro cui titulus: *traitè Historique du chef de S. Baptiste.* Paris 1666. 4.

22. Τροπάρια, κανόνες &c. *Troparia, Canones* sive *hymni* &c. Complura generis hujus, Studitæ inscripta nomine, in Octoëcho, Menæis & aliis Græcorum libris Græce edita sunt. Itaqve nostrum intellige, Theodorum Monachum, cujus Canon catanyctícus sive hymnus de nocte decantandus ad CHristum Servatorem memoratur MS. apud Lambecium V. p. 268. Πεντὰς τῶν κανόνων Theodorum Studitam & Josephum (Episcopum Thessalonicensem) ejus fratrem laudat Codinus Origg. CPol. c. 104. p. 50. Nicephorus Callistus in Synaxario: πρῶτος δὲ πάντων &c. *Primus autem omnium illud, tres odas inqvam, in typum, ut arbitror, sanctæ & vivificæ Trinitatis excogitavit magnus Poëta Cosmas in magna sanctæque Passionis Domini & Dei & Servatoris nostri JEsu CHristi hebdomade - - ex qvo & reliqvi Patres & inter eos præcipue* Theodorus & *Josephus Studitæ eum æmulati, in aliis sancta magnæ Quadragesimæ hebdomadibus componentes, proprio Studiorum monasterio tradiderunt, odas ist is magis ac magis producentes ac concinnantes.* Clari etiam apud Græcos hymnorum & cantionum auctores Theodorus Ducas Lascaris Imperator, cujus κανὼν εὐχαριστικὸς εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον describitur in Paraeletico p. 181. Theodorus item Cœtonita, Theodorus Santaberenus &c. ne dicam de Theodora Prodromo, qvi hymnos Cosmæ

* De inventione capitis S. Joannis Baptistæ confer Cangii CPolin Christianam lib. IV. p. 101. Elias du Pin Bibl. scriptor. Eccles. T. XVIII. p. 142. edit. Amst. & memorias Trevultianas A. 1708. p. 418. seq.

& Damascenicommentario illustravit. Sed de Theodori Studitæ scriptis dicere pergamus, cui nonnulli viri docti tribuunt etiam vitam *Theophanis* Confessoris, quam Latine ediderunt Lipomanus, Surius, Henschenius ad 12. Martii, & Combefisius è Barberino codice descriptum Græce cum Latina versione præmisit Chronico Theophanis edito Paris. 1655. fol. Tribuitur illi etiam in Codicibus qvibusdam *Oratio in natalem S Deiparæ*; qvæ incipit: λαμπρὰς πανηγυρίζει ἡ καθ' ἡμᾶς σήμερον. Sed plurium Codicum auctoritate asseritur Joanni Damasceno, inter cujus opera prodiit Græce & Latine cum versione Allatii T. 2. edit novæ p. 849.

Scripta Theodori Studitæ inedita,

qvæ à Jacobo Baunio in elencho operum ejus commemorantur.

23. Ἡ μεγάλη καλουμένη κατηχητικὴ &c. *Magna catechesis* * *tribus membris seu partibus comprehensa: liber complectens catecheses collectas ex omnibus catechesibus sancti Patris nostri confessoris Theodori Studitæ, qvæ & recitari debent diebus* Dominicis, *qvarta & sexta feria, & in majoribus festis totius anni, sicut & compositæ sunt.* meminit auctor vitæ p. 27. d. Extat hæc in Regio Græco codice Paris. 2340. Ibi autem post illas catecheses, ita legitur: Θεοῦ τὸ δῶρον ἡ γραφὴ δὲ Ἀρσενίου. ἐτελειώθη μηνὶ Ἰουνίῳ, δωδεκάτῃ, Ἰνδικτ. ιδ. ἔτους ϛχμδ΄. βασιλεύοντος Ἰωάννου τοῦ Πορφυρογεννήτου. *Donum Dei istud scripsit Arsenii manus, absolutum mense Junio, die duodecima, Indictione* XIV *anni* VIMDC. XXXXIV. *regnante Joanne Porphyrogenneta*: qvi annus incidit, ex supputatione Græcorum, in annum Christi MCXXXVI. qvo Calo-Joannes Alexii Comneni F. Isaaci N. decimum nonum Imperii annum agebat.

24. Πανηγυρικὴ βίβλος &c. *Panegyricum volumen in dies festos* Domini, *nec non Deiparæ, & S. Joannis Baptistæ.* ita Auctor Vitæ p. 27. e. Huc referri possunt fortasse, I. Λόγος κατηχητικὸς τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ πάσχα. *Sermo catecheticus magna Dominica die Paschæ*: qvi extat in Vaticano Græco codice 1587. unde ab Arcudio descriptum habuimus. II. Ἐγκώ-

* Fuit etiam in Bibl Scorialensi, in Mediceam autem venit ex Gerasini Blachi apparatu librario de qvo Combefisius in Bibl. Concionator. *Rev. Abbas Gerasimus Blachus duplo fere plures* (qvam ediderat Livencjus) *sermones Theodori Catechetices extare ad me scribebat, in qvibus majores illos fuisse nullus dubito. At spretum nostris tantum ἐφεμερον, hoc solum arente munificentia Gallica, sic aliàs effusa: Magno interim Duce totam Viri Græcorum suppellectilem sibi addicente.* In Bibl. Coisliniana sive Segvieriana sermones Catechetici qvi Theodoro Studitæ tribuuntur extant ad CLXX. Vide Eruditiss. Montfauconi Catalogum illius Bibl. p. 376. 386. seq.

Εγκώμιον εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ἁγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. *Encomium in dormitionem ſanctæ dominæ noſtræ Deiparæ:* quod extat in Vaticana Græco codice 1671. unde Arcudii manu pariter deſcriptum vidimus III. Λόγος εἰς τὸ γενέσιον τοῦ ἁγίου προφήτου, πρόδρομου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου. *Sermo in Natalem ſancti prophetæ, præcurſoris & Baptiſtæ Joannis.* Extat in Sfortia. codice 86. unde ab Arcudio tranſcriptus. Eumdem ſermonem Sirmondi quoque manu Græce deſcriptum habemus. IV. Εγκώμιον εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς τοῦ μεγάλου Βαπτιστοῦ &c. *Encomium in Decollationem magni Baptiſtæ ac præcurſoris CHriſti:* quod extat in Vaticano Græco codice 1671. unde deſcriptum ab Arcudio. Sirmondi etiam manu exaratum habemus. V. *De Inventione capitis S. Joannis Baptiſtæ*, in codd. Regiis 66. & 1045 VI. Εγκώμιον εἰς τὴν τρίτην εὕρεσιν τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ ἁγίου πρόδρομου. *Encomium in tertiam invenionem venerandi capitis ſancti Præcurſoris:* quod extat in Regio codice 273. & in Sirmondi apographo. Editum eſt, ut dixi, Græce & Latine, Franciſco Combefiſio interprete, in libro Gallico V. CL. Dn. Cangii, de S. Joannis Baptiſtæ capite. VII. Εγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀπόστολον καὶ Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν Θεολόγον. *Encomium in S. Apoſtolum & Evangeliſtam Joannem Theologum:* extat in Regio codice 273. unde a Sirmondo deſcriptum habemus. VIII. *De Veneratione crucis.* in codd. Regiis. 143. & 276.

25. Ὁ περὶ τὴν μητέρα ἐπιτάφιος. *Theoctiſtæ matris laudatio funebris.* In Vita Theodori pag. 4. b. Extat in Metaphraſtæ codice *MS.* Colbertino 450. in menſe Decembri.

26. Ἐπιτίμια κοινὰ τῆς ὅλης ἀδελφότητος. *Pœnitentia communes univerſæfraternitatis.* meminit Auctor vitæ p. 25. c. Extant autem in Vaticano Græco codice 430. tum in apographis Sirmondi & Arcudii.

27. Σχόλιον εἰς τὰ μερικὰ ἀσκητικὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου. *Schoſium in particularia aſcetica magni Baſilii.* Græce deſcriptum habemus manu Sirmondi. Deſcripſit etiam Arcudius ex Vaticano Græco codice 431.

28. Ἐκ τοῦ ὅρου * περὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς τυροφάγου. *Ex Regula de hebdomade Tyrophagii.* Græce deſcripſit Sirmondus ex Canonario Bibliothecæ Cardinalis Columnæ.

29. Σύντομος διδασκαλία τοῦ Στουδίτου Θεοδώρου. *Brevis inſtitutio Theodori*

* Apud Lambecium VIII. p. 451. Ἐκ τῶν ὅρων τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, περὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς τυροφάγου, ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μὴ μοναχοὶ τυρῷ χρῶνται, οἱ δὲ μοναχοὶ πανσωματεὶ πάντες

dori Studitæ. Extat in Græco libro MS. 32. Collegii Jesuitarum Parisiensis, cui titulus: Διδασκαλία πάνυ ὠφέλιμος ἐκτεθεῖσα ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων. *Institutio valde utilis exposita a SS. Patribus.*

30. Τυποτύπωσις τῆς κατασάσεως τῆς μονῆς τῶν Στουδίου. *Constitutiones monasterii Studitarum.* Græcum viri docti apographum habemus.

31. Πραγματεία περὶ τῆς καθόλου οἰκονομίας. *Opus de Dispensatione in universum.* Contra *Mœchianos* * haud dubie. Meminit ipse Theodorus Lib. I. Epist. XLIX. pag. 349.

32. Τετράδες sive Σωνταγμα, μηδὲν ἐξ ἑαυτῆ &c. *Quaterniones* sive *Syntagma* (adversus Mœchianos) in quo nullam prorsus sententiam propriam, sed duntaxat divinorum Patrum documenta & præcepta profert contexitque Theodorus, sicut ipse ait *Lib.* I. Epist. XLIII. pag. 333.

33. Τετράδια. &c. *Quaterniones, in quibus impia Iconomachorum dogmata exponuntur confutanturque:* missi Theodoro ad Patriarchas Alexandrinum, Antiochenum & Hierosolymitanum, atque ad varia monasteria: sicut liquet ex Theodori Lib. II. Epist. XIV. pag. 401. d. 404. e. 407. d. 411. b.

34. Στηλιτευτικὸς &c. *Invectiva adversus Iconomachos.* Meminit hujus operis sui Theodorus ipse initio Antirrhetici primi, pag. 89. b.

35. Βιβλιδάκιον καὶ τετράδες δεκατέσσαρες, ἐφ' οἷς εἰσι λόγοι καὶ βίοι τῶν ἀδελφῶν, ἐμμέτρους στίχους. *Libellus & quaterniones quatuordecim, quibus continentur Sermones & Vitæ Fratrum, versibus metricis.* Memorat Theodorus Lib. II. Epist. LXI. pag. 484. d.

36. Τριῴδια τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ &c. *Triodia in sanctam Quadragesimam.* Mentio fit in vita pag. 69. a.

37. Βίβλος διὰ στίχων ἰάμβων, τὴν τε πλάσιν & γενάρχου &c. *Liber versibus jambicis, de primi hominis creatione & lapsu, deque Caino, Enocho, Noemo &c. & de universa Iconomachorum hæresi.* Auctor Vitæ, pag. 28. a.

38. Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου & Στουδίτου, περὶ τῆς τῶν ἐν βρώμασι ποσότητος καὶ ποιότητος. *S. Patris nostri Theodori Studitæ de quantitate & qualitate ciborum.* in Cod. XLVI. Græc. Hist. Eccl. Mss. Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis. Vide Lambecium lib. VIII. p. 456.

39. *Hymnus de vita & solitudine S. Joannis Baptistæ.* meminit Michael in Theodori vita pag. 28. a.

40. Peri-

* Mœchianos appellat Theodorus eos qui adulterio copulam Constantini VI. Imperatoris nuptias dispensatione factas legitimas affirmabant.

40. *Pericopæ quædam breviores*: una, *De pœnis quibus parentes multandi sunt, si infans intra septimam, aut si intra quadragesimum diem, mortuus sit absque baptismo.* In Canonario Collegii Jesuitarum Parisiensis. Aliæ duæ, in veteri collectione Græci cujusdam *de Processione Spiritus sancti contra Latinos*, qvæ in cod. Reg. inscribitur *Confessio de Trinitate.* Hæc duo fragmenta Græce Sirmondus descripsit ex codice Vallicellano.

His addi potest doctiss. Baunio præterita

41. *Oratio de vita & laudibus magni Arsenii*, ex qva locum affert Allatius libro de purgatorio p. 733.

Theodorus *Syceota* sive Syceonis archimandrita, cujus vita citatur in actis Synodi secundæ Nicænæ p. 574. T. 3. Concil. edit. Binianæ. Vide supra, p. 143.

*Theodorus Laicus, *Synnadæ* in Phrygia concionatus, ut narrat Eusebius VI. 19. Hist.

Theodorus *Syracusanus*, scriptor τακτικῶν. Laërt. II. 104. Incertum an idem de qvo Livius XXIV. 5. & Valerius Max. III. 3. *in Theodoro, viro gravissimo, Hieronymus Tyrannus frustra tortorum manus fatigavit.*

Theodorus *Syracusius* congnomine καθίρα, in Actis Synodi secundæ Nicænæ. 3. edit. Binianæ p. 693.

De Theodoro *Talennensi* monacho & Abbate in Ægypto, Tillemontius T. 7. memor. Eccles. p. 469-499. Idem de pluribus Theodoris solitariis videndus T. 12. p. 364. 369. 370.

Theodorus *Tarsensis* Episcopus, freqventius Diodorus, de cujus scriptis supra Volum. VIII. p. 358. seq.

*Theodorus *Thebanus*, ἀνδριαντοποιός sculptor apud Laërtium II. 104.

Theodorus ποιητὴς τραγῳδίας apud Laërtium II. 104. τραγῳδὸς Pausan. p. 90. edit. Lipsienses. Idem τραγῳδῶν ὑποκριτὴς apud Aristotelem VII. ult. Politicor. & Plutarchum. Vide Perizonium ad Ælian. XIV. Var. Histor.

*Theodorus *Tribunus* ad qvem scribit S. Nilus.

*Theodorus *Trichinas* ab aspero cilicio qvo tegebatur appellatus idemqve thavmaturgus, de qvo martyrologia & menologia 20. April.

Theodorus *Trimithuntis* Cypri Episcopus, cujus Homilia in laudem Jo. Chrysostomi memoratur ab Allatio, qvæ incipit: ἀγαπητοὶ, εἰψευδὴς θεός.

Theodorus *Tripolites* Sphæricorum scriptor vocatur à Menagio p. 119. ad Laërt. qvi aliis rectius Theodosius.

*Theodorus *Tyanenſis* in Cappadocia metropolitanus ad qvem videntur datæ Nazianzeni Epiſtolæ. Vide Tillemontium memor. T. XII. p. 437.

*Theodorus *Tyro* Martyr ſub Licinio. Vidé ſupra p. 147. ſeq.

*Theodorus *Vicarius* ad qvem Epiſtola Theodoreti qvadrageſima.

His porro accedunt Theodori *incerti*, ut qvem περὶ νομοποιῶν, de Terpandro & aliorum nomorum Muſicorum ſcriptoribus: & alius qvem περὶ ποιητῶν ſcripſiſſe teſtatur Laërtius II. 104. alius deniqve qvem ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων laudat II. 65.

Theodorus ἐν τῇ εἰκοστῇ δευτέρᾳ citatur à ſcholiaſte Ariſtoph. in Nubes v. 397. & ἐν εἰκοστῷ ἑνάτῳ à Scholiaſte Apollonii lib. IV. v. 264. fortaſſe Theodorus Samothrax intelligitur.

Theodorus citatus ab Euſtathio ad Odyſſeæ θ', p. 1602. 23.

Theodorus laudatus à Stobæo p. 149. & 403. florileg. & p. 429. *pro Elpidipheriana.*

Theodorum ἐν ταῖς μεταμορφώσεσιν allegat Plutarchus in parallelis minoribus p. 311.

Deniqve Theodoros vocant nonnulli, qvi aliis rectius ſunt *Diodori*, vel *Theodoſii*, ut ſupra in Crono & Tripolite jam monui: vel *Theodoſi*, ut Theodotus *Ancyranus* Gennadio, Honorio & Poſſevino eſt Theodorus: vel deniqve *Theoduli*, ut Theodulum presbyterum in Cœleſyria (cujus *de conſonantia S. Scripturæ* Gennadius c. 91. de S. E. memorat) Honorius Auguſtod. lib. 2. c. 90. vocat Theodorum, Trithemius autem confundit cum longe juniore Theodulo de cujus *Ecloga* verſibus ſcripta *Latinis* Hexametris *Sigebertus* c. 134. ut ad Trithemii cap. 185. annotavi. At *Poſſevinus* duos ex uno illo Gennadii facit Theodoros presbyteros. Cæterum Catena *in Epiſt. ad Romanos* qvæ *Latine* ex *Jo. Loniceri* verſione exſtat in Orthodoxographis utrisqve & in Patrum Bibliothecis ſub Theoduli nomine, & *Græce* in Codice Bibl. Coislinianæ p. 267. neutiqvam diverſa eſt ab illa qvam ſub *Oecumenii* titulo Græce & Latine habemus.

CAPUT

CAPUT XXXIV.

De PHILONE Carpaſio, ISIDORO Peluſiota, Neſtorio, Eutyche & aliis Sæculi V. Scriptoribus atque Hæreticis.

Scriptores Sæculi V. de quibus jam dictum in hac Bibl. 1. *De Philone Carpathio.* 2. *de Iſidoro Peluſiota, variisque Iſidoris.* 3. *de Antiocho Ptolemadis Epiſcopo, variisque Antiochis.* 4. *De Severiano Gabalenſi & Severianis aliis* 5. *De Theodoto Ancyrano, variisque Theodotis.* 6. *De Antipatro Boſtrenſi, Candido Iſauro &c.* 7. *De Simeone ſtelite.* 8. *De Joanne Hieroſolymitano.* 9. *De Neſtorio ejusque ſectatoribus & oppugnatoribus.* 10. *De Eutyche.* 11. *Index ſcriptorum & Epiſtolarum quæ in Actis Concilii Epheſini & Chalcedonenſis atque in Synodico adverſus tragœdiam Irenæi occurrunt.* 12.

I.

CUm de quam plurimis ſcriptoribus Græcis, qui ſæculum à nato CHriſto quintum ingenio & doctrina ſua illuſtrarunt, in hac Bibliotheca alibi dixerim, de *Adriano* quidem hoc ipſo Volumine IX. p. 381. de *Andrea* Cæſarienſi VII. p. 791. *Aniano* Chronologo VI. p. 135. *Aſterio* Amaſeno VIII. p. 607. *Baſilio* Cilice VI. p. 114. & Seleucienſi VIII. p. 130. *Jo. Caſſiani* Græca Epitome, VII. p. 551. *Cyrillo* Alexandrino VIII. p. 553. *Diodocho* VIII. p. 348. *Eudocia* I. p. 357. *Euſtathio* Epiphanienſi VIII. p. 189. *Euthalio* Sulcenſi id. p. 367. *Eutherio* Tyanenſi VII. p. 446. *Firmo* VII. p. 189. *Gelaſio* Cyziceno VIII. p. 371. *Gregentio* IX. p. 14. *Heliodoris* Emeſeno & Antiocheno VI. p. 784. 798. *Heraclide* IX. p. 16. *Joanne* Ægeate VI. p. 113. *Malcho* Philadelphienſi VI. p. 236. *Marco* Aſceta VIII. p. 349. De *Nilo*, ad Allatii librum de Nilis, Volumine V. hujus Bibl. De *Palladio* IX. p. 1. *Panodoro* Chronologo VI. p. 135. *Philippo* Sidete VI. p. 112. *Philoſtorgio* VI. p. 114. *Polybio* S. Epiphanii diſcipulo VII. p. 415. *Polychronio* VII. p. 753. & IX. p. 165. *Proclo* CPol. VIII. p. 600. *Socrate* & *Sozomeno* VI. p. 117. 121. *Syneſio* VIII. p. 221. *Theodoreto* VII. p. 430. *Theodoro* Mopſveſteno IX. p. 153. *Victore* Antiocheno VII. p. 769. & *Zoſimo* Hiſtorico VI. p. 605. Lubet jam præſenti capite ſuccincte complecti eos, qui ad idem ſæculum quintum pertinent, ſed indicti hactenus à me præteriti fuere.

II. PHILONIS *Carpathii* his verbis mentio fit apud Svidam: Φίλων Καρπάθιος. ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς τὸ ἆσμα τῶν ἀσμάτων. *Philo Carpathius; Scripsit commentarium in Canticum Canticorum.* Qui autem S. Epiphanii discipulus, circa quinti sæculi initia floruit Philo, non *Carpathi* in Cycladibus sed *Carpasii* sive *Carpasiæ* a) Cypri civitatis ab eodem ordinatus Episcopus fuit. Polybius Rhinocurorum Ægypti Episcopus in vita S. Epiphanii c. 49. b) Ἦν δέ τις κληρικὸς ἀπὸ ῥητόρων, τῷ ὀνόματι Φίλων, ἀνὴρ ὅσιος, χρείαν δὲ ἦν ἐπὶ τῆς πόλεως Καρπασίᾳ καθίσαι ἐπίσκοπον ἐπὶ τὸν θρόνον. Ἦν δὲ ἴστος διάκονος. Τοῦτον οὖν ἀπὸ ἀποκαλύψεως θεοῦ χειροτονεῖ ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας τῆς Καρπασίου. *Erat quidam ex Oratoribus clericus, Philo nomine, vir sanctus, Opus autem erat, in civitate Carpasii in sede collocare Episcopum. Eratque is Diaconus. Hunc ergo ex DEI revelatione Episcopum ordinat Epiphanius in sede civitatis & Ecclesiæ Carpasii.* Sub ejus nomine fertur *Commentarius in Canticum Canticorum*, ad Eustathium presbyterum & Eusebium Diaconum, qui Latine duntaxat lucem hactenus vidit è latina versione *Stephani Salutati* sive *Salviati*, Pisciensis, Paris. 1537. 8. apud Robertum Stephanum, atque inde insertus est Bibliothecis Patrum Parisiensibus, Colonienſi ac denique Tomo V. edit. Lugdunensis. Recte monent viri docti hunc Philonis fœtum, si genuinum, ex parte saltim minus sincerum, valdeque interpolatum à Salviato fuisse editum, quia multa illi inserta ex commentario Gregorii I. nec satis cum cæteris cohærentia, ut jam Bellarmino observatum. Genuinum Philonis Commentarium Græce è Codice Bigotiano editurum pridem in se recepit vir doctissimus Anselmus Bandurius Monachus Benedictinus & post Magliabecium hodie præfectus dignissimus thesauri librarii Medicei. Fragmenta complura Philonis hujus occurrunt in expositione Cantici Canticorum quam Eusebii Cæsar. nomine (cum longe junioris c) scriptoris sit) Græce edidit Joannes Meursius Lugd. Bat. 1617. 4. Nusquam autem Philo Carpathius sed tantum Philo ibi appellatur. Fragmentum Philonis in illud Matth. V. 13. *Vos estis sal terræ* è Catena MS. Mazariniana dedit Combefisius in Bibl. Concionatoria. Citatur etiam Philo Episcopus aliquoties in Catena Patrum ad Pentateuchum, Latine versa à Francisco Zephyro p. 77. 82. b. 83. Hæc de scripto-

a) Καρπασία Stephano & aliis, Plinio *Carpasium*, in Notitia Græca Episcoparuum Κάρπασος. Vide Meursium in Cypro p. 28. Harduinum ad Phn. V. sect. 35. T. 1. p. 614 & Holstenium ad Stephanum Byz p. 112. Olympius, Carpasiæ Episcopus Philonis successor interfuit conciliabulo Ephesino A. C. 431.

b) T. 2. Operum Epiphanii p. 360.

c) Vide Volum. VI. hujus Bibl. p. 95. & VII. p. 753.

ſcriptore iſt hoc paullo explicatius præſenti loco tradere volui, licet illius jam meminerim lib. IV. cap. 4. cum Philones varios recenſerem.

III. Præclariſſimis Eccleſiæ luminibus & utilioribus ſcriptoribus merito accenſendus venit ISIDORUS *Peluſiota*, Monachorum in Peluſio Ægypti monte degentium Abbas d) conſtantiæ, ſanctimoniæ & doctrinæ laude pariter conſpicuus, & non modo tempore e) Concilii Epheſini A. 431. celebrati adhuc ſuperſtes, ſed circa A. 449. demum * vel 450. provecta ætate, cum Ægyptum jam Eutychis turbaſſet hæreſis, defunctus: de cujus vita & laudibus agunt Græci in *Menæis* 4. Febr. Acta Sanctorum T. I. Febr. p 468. ſeq. & cujus induſtriæ non habeo quod addam, Tillemontius T. XV. memor. p. 97. ſeq. *Jo. Chryſoſtomi* Doctoris ſui A. 407. defuncti ut ſtrenuus adverſus Cyrillum Alex. aliosque defenſor extitit & lib. 2. Epiſt. 42. laudator, ita dicta ejus & ſententias libenter ſuas ipſum facere & paſſim imitari notavit Conradus Rittershuſius tam in notis ad Iſidorum, quam in ſacrarum lectionum libris, IV. 16. ſeqq. V. 13. VI. 13. VII. 7. De eo Svidas: *Ἰσίδωρος πρεσβύτης ὁ Πηλουσιώτης, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, φιλόσοφός τε καὶ ῥήτωρ. Ἐπιστολὰς ἑρμηνεύσας τὰς θείας γραφὰς γ γίγραφε, καὶ ἑτέρας ζ, καὶ ἄλλα τινά. Iſidorus presbyter, Peluſiota, vir eruditiſſimus, Philoſophus & Orator. Scripſit Epiſtolas ter mille quibus ſacram Scripturam interpretatur, & alias ſepties mille, nec non alia quædam.* Sic habere codices emendatos teſtatur Sirmondus f) ad Facundi ll. 4. cui pulchre convenit quod in Menologiis & apud Nicephorum X. 54. legas Iſidorum multa ſcripſiſſe *ὠφελείας ἁπάσης ἐμπλεω, omnigenæ utilitatis plena, μάλιστα δὲ ἐπιστολὰς χάριτος πανταχοῦ μεστὰς, θείας τε ἅμα καὶ ἀνθρωπίνης ὡσεὶ χιλιάδας δέκα· ἐν αἷς πᾶσάν τε γραφὴν σαφηνίζει, καὶ σύμπαν ἦθος παιδεύει, διδασκαλικώτερον πως τὴν ὑφήγησιν. potiſſimum autem Epiſtolarum omnis generis divina ſimul & humana gratia refertarum prope millia decem, in quibus Scripturam omnem clarius exponit, & hominum mores inſtituit, quippe qui dicendi genere ad docendum accommodato in eis utatur.* Facundus vero bis mille tantum habuiſſe in ſuo Codice ſe innuit lib. 2. cap. 4. *Nam vir etiam ſanctiſſimus & magnæ in Eccl. gloriæ Iſidorus presbyter Ægyptius Peluſiota, quem duo millia Epiſtolarum ad ædificationem Eccleſiæ multi ſcripſiſſe noverunt, qui etiam pro vitæ ac ſapientiæ ſuæ meritis ut pater ab ipſo Cyrillo & honoratus eſt & vocatus, ſic ei ſcribit* g) &c.

d) *Ἰσίδωρος ὁ τὸν Πηλιώτην ὄρος καθηγησάμενος.* Niceph. XIV. 53.

e) Concilii Epheſini tempore ſcriptæ ſunt lib. I. Epiſt. 310. ad Cyrillum Alex. & 311. ad Theodoſium.

* Tillemont. T. 15. memor. p. 116. ſeq.

f) T. 2. Opp. Sirmondi p. 458.

g) Facundus deinde producit Latine quæ inter Iſidori Epiſtolas extant lib. I. 370. & 310.

annotatque Sirmondus Facundo fuisse ejusmodi Codicem, qualem vetus interpres Epistolarum Isidori ineditus commemorat his verbis: *Has omnes B. Isidori presbyteri & Abbatis Peluſiotæ retenſui & tranſtuli ex Epiſtolis ejus duobus millibus quæ ſunt per quingentas diſtributæ in Acœmetenſis monaſterii* (CPoli) *codicibus vetuſtiſſimis quatuor.* Similem Codicem Epistolarum Isidori bis millenarum χιλιάδων δύο Græcum in Bibl. Cæsarea Vindobonensi exstare testatur Lambecius T. 1. p. 149. Neque dubito assentiri præclaro Tillemontio, h) qui in illa Monachorum Acœmetarum collectione non alias extitisse Epistolas putat, quam quas libris quinque digestas & utraque lingva editas habemus, in illis etiam primus liber quingentis absolvitur, & universæ sunt bis millenæ ac duodecim. Hæ duodecim autem plures numerantur, quia interdum una in duas discerpta est ut lib. I. 271. 272. quæ iterum repetita 303. nec non lib. IV. Epist. 206. 207. Nonnullæ etiam positæ bis ut lib. I. 29. & IV. 188. Idem Lambecius T. V. p. 245. Codicem alium Epistolarum mille Isidori de interpretatione S. Scripturæ commemorat, earundem cum editis. Sed aliam collectionem Epistolarum MCXLVIII. Venetiis in Bibliotheca H. Marci vidisse se refert Sixtus Senensis libro IV. Bibl. Sanctæ, quem eundem Codicem sæculo decimo quarto exaratum memorans eruditiss. Montfauconus in Diario Italico p. 42. testatur continere Epistolas MCC. ad interpretationem S. Scripturæ facientes & digestas esse secundum ordinem librorum Veteris & Novi Test. quorum loca interpretatur. Addit Cardinalem Barbadicum morte præventum edendi hujus Codicis provinciam alii reliquisse, quam à viro aliquo docto occupari tanto magis videtur exoptandum, quo magis est credibile plures in hoc Codice latere Epistolas Isidori adhuc ineditas, cum primæ etiam initium à Sixto Senensi proditum ἐκεῖθι κυκλικὸν ἔχει χρόνον τὸ χῆμα, nulli ex editis congruat, ut doctissimo Caveo in Historia literaria scriptorum Eccles. jam notatum. Aliam collectionem Epistolarum Isidori MDC in Codice Bibliothecæ Cryptoferratæ A. C. 986. scripto, idem Montfauconus reperit, ut p. 336. narrat. Isidori Epistolas plures laudat Leontius Byz. ut supra p. 174. annotavi. In illis unam ad Theonem quam in editis diu incassum quæras. Michael quoque Glycas Epistola LXXXIV. ad Joannicium i) citat Isidorum Pelus. ὅτως ἐν Ἐπιστολαῖς λέγοντα *qui ad hunc modum in Epiſtolis loquutus ſit:* ὥσπερ τὸ σῶμα ἓν Κυρίῳ ὑποπεσὸν τοῖς ἐθνεσι ἓν ἄδε, φθορὰν μὲν τηνικάυτα ἐδέξατο, ἀφθορὰν δὲ οὐκ εἶδεν, οὕτω καὶ νῦν αὐτὸ τὸ σῶμα ἓν Κυρίῳ τοῖς ἐθνεσιν ὑποπίπτον τοῖς ἡμετέρους,

h) T. XV. memor. p. 847.
i) Mich. de Quien ad Damaſcenum p. 654.

ρους, Φθορὰν μὲν ὁμοίως ὑφίσταται, ἀλλοφθορὰν δὲ οὐκ ἴσχυσε, ἀλλ' ἀυθίς ἀφθαρτιζόμενον τῇ τῆς ψυχῆς ἕξει διδοται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς αἰῶνα συμπαραμένει ταῖς τῶν δικαίων ψυχαῖς. *Quemadmodum Domini corpus cum in inferi dentes cecidisset, corruptionem quidem admisit, non tamen omnigenam vidit: sic & in præsenti ipsummet corpus Domini dum dentibus nostris subjicitur, pari modo atque corpora nostra corruptionem subit, sed non obsolutam. Quin potius deposita statim corruptela, anima substantiæ traditur: sed & non solum traditur verum perpetuo perstat cum animis justorum.* Frequenter etiam loca ex Isidori Epistolis afferuntur in Catenis ad libros S. Scripturæ non editis modo, sed & illis, quæ ineditæ in Cæsarea, Bodlejana Coisliana & aliis Bibliothecis adservantur, nec non in Niconis aliorumque Græcorum scriptorum Collectaneis & inter Apophthegmata Patrum apud Coteler. T. 1. monument. p. 488. Epistolarum editarum Isidori præstantissima editio est Græcolatina Parisiensis *A.* 1638. fol. quinque digesta libris, quorum *primus* Epistolas 500, *secundus* 380, *tertius* 413 complectitur. Hos tres Græce vulgarunt cum *Jacobi Billii* versione & sacrarum observationum libris duobus Paris. 1585. fol. Billii versio recusa in Bibliotheca Patrum edit. Colon Tom. V. parte 2. *Quartus* liber habet Epistolas 230. cum tribus prioribus editus pridùm à *Conrado Rittershusio*, qui versionem quarto huic libro, & universis quatuor, notas, indices, singularumque Epistolarum argumenta adjunxit. *Quintum* librum Epistolas 570. complexum debemus *Andreæ Schotto* S. I. qui eum ex MSS. Bibl. Vaticanæ *Græce* cum notis edidit Antwerp. 1623. 8. argumentaque Epistolarum addidit & Latine à se versum vulgavit Rom. 1624. 8. Græce etiam & Latine ut Rittershusianæ editioni adjungi posset recusum Francof. 1629. fol. Hinc ut dixi Parisiensis librorum quinque *Græcolatina inclusa* vidit lucem A. 1630. fol. quæ Rittershusii & Schotti notas ad voluminis calcem subjectas, & argumenta operi præmissa exhibet. Libri quinque etiam ex Billii, Rittershusii & Schotti versione una cum argumentis recusi sunt in Tom. VII. Bibliothecæ Patrum Lugd. 1677. sed notæ prætermissæ. Aliquot locis Epistolarum Isidori, libri primi maxime lucem affert Bonoventura Vulcanius notis ad Cyrillum Alex. adversus Anthropomorphitas, editum Lugd. Bat. 1605. 4. testatus Billium doctissimum virum extremam versioni suæ manum non adhibuisse, & postumum ipsius fœtum adeo male habitum à lucripeta typographo in lucem extrusum esse. Longe plura autem adhuc emendanda superstant in libri quinti versione, in quo Schottus interpres passim a sententia Isidori recedit & aberrat. Cæterum si nova adornanda harum Epistolarum editio fuerit, non

non parum nitoris & ornamenti ad eam accedet ex labore *Franciſci Arcudii* Græci Calabri, poſtea Epiſcopi Nuſcani, qvi ab Emin. *Franciſci* Cardinalis *Barberini* liberalitate ad hoc invitatus univerſos qvinqve libros cum MSS. contulit, ſex antiqvis Codicibus uſus: duobus Vaticanis, totidem Altaëmſibus, qvinto Sforziano & ſexto Barberino. Collationes illas Iſidorianas à Carolo Morono, præfecto Bibliothecæ Barberinæ ſecum communicatas è marginibus Pariſienſis editionis, qvibus illas Arcudius adſcripſerat, enotavit, & ſingulari volumine edidit *Petrus Poſſinus* S. I. Rom. 1670. 8. Excerpta inſignia ex Iſidori Epiſtolis exhibet Lud. Elias du Pin Tom. IV. Bibliothecæ ſcriptor. Eccleſ. Indicem eorum ad qvos Iſidorus ſcripſit, dedi Volumine V. ad calcem libri Allatiani ue Nilis. Ex ſcriptis Iſidori deperditis fuit ὁ πρὸς Ἕλληνας λόγος *liber adverſus Græcos* ſive *Gentiles*, cujus meminit libro 2. Epiſt. 137. & 228. priore loco teſtatus in illo ſe ſolviſſe qvæſtionem, cur bonis vivis mala fiant: in altero divinandi artem apud illos jactatam confutaſſe. Unde veriſimile eſt diverſum ab hoc ſcripto, non ut doctiſſimo du Pinio videbatur unum idemqve fuiſſe λόγον, ſive, ut ipſe ait, potius appellandum λογίδιον, lib. 3. Epiſt. 233. commemoratum περὶ τοῦ μὴ εἰναι εἱμαρμένην. *qvod fatum non ſit.* Qvæ vero Evagrius lib 1. cap. 15. memorat ſcripta ad *Cyrillum* Alex. non alia qvam Epiſtolas ejus qvas ſcripſit Cyrillo, interpretor, à Facundo etiam II. 4. & Nicephoro XIV. 53. laudatas. Neqve aliud qvicqvam ex illis inferre vult Evagrius, qvam Iſidorum & Cyrillum uno tempore vixiſſe. γέγραπται δὲ πρὸς Κύριλλον τὸν ἀοίδιμον, ἐξ ὧν μάλιστα δείκνυται τοῦ θεωτάτου συνακμάσαι τοῖς χρόνοις. Illud vero Evagrii de Iſidoro ὃ κλέος ἐυρὺ κατὰ τὴν ποίησιν, cum Joanne Lango non accipiendum de poëtica illius laude, ac ſi poëmata compoſuiſſet Iſidorus: ſed ut à Billio jam annotatum, verba ὃ κλέος ἐυρὺ *cujus decus ingens*, ex Homeri poëſi mutuatus Evagrius eſt, ad Iſidori virtutem celebrandam.

Iſidori alii.

S. Iſidorus *Agricola*, qvem patronum colunt Hiſpani Madritenſes, & cujus encomium ſcripſit Antonius Sanderus, editum Antwerp. 1623. 8.

Iſidorus *Ægeates* cujus Epigramma legitur in Anthologia p. 327. edit. Wechel.

Iſidorus monachus & presbyter *Alexandrinus* A. C. 404. de qvo Bollandus XV. Januar. qvi alios etiam Iſidoros Ægyptios ſanctitate conſpicuos commemorat T. 1. p. 83. 84. & 1015. Tillemont. T. VIII. memor. p. 787. ſeq.

Iſido-

Isidorus *Anazarbi* Episcopus, qui Synodo Trullanæ interfuit A. C. 706.

Isidorus *Asturicensis* qui subscripsit Concilio Bracarensi A. 675.

Isidorus *Balneoregiensis* in Italia, interfuit Concilio Romano A. 1059.

Isidorus *Basilidis* hæretici filius, de cujus libro περὶ προσφυοῦς ψυχῆς, Salmasius p. 166. ad *Simplicium*. De aliis hujus Gnostici scriptis dixi lib. V. cap. 1. p. 200.

Isidorus *Buchiras*, infra in CPolitano.

Isidorus *Cæsarauguſtanus* à Josepho Pellizerio confictus. Vide infra in Hispalensi juniore.

Isidorus *Characenus*, de cujus stathmis *Parthicis* dixi lib. IV. cap. 4. p. 34. seq.

Isidorus *Chronographus* nugivendulus quem citat Damascenus Orat. 3. de imaginibus.

Isidoros *Cordubenses* Episcopos duos, unum ad A. C. 384. auctorem Chronici, & commentarii in *Lucam*: alterum ad A. 423. & 430. qui allegoriarum librum ad Orosium scripserit, comminiscitur pseudo Dexter in Chronico. Sed allegoriarum liber Isidori Hispalensis est, & per commentarium in libros Regum quem Isidoro Cordubensi tribuit *Sigebertus* duodecimi sæculi scriptor. c. 51. de script. Eccles. videtur quæstiones ejusdem Isidori Hispal. in libros Regum intellexisse, ita ut ne unum quidem nedum duos illos Isidoros Cordubenses extitisse unquam putet Nic. Antonius lib. 3. Bibl. Vet. Hispanæ c. 2. p. 188. seq. & lib. 6. c. 4. p. 330.

Isidorus Buchiras, *CPolitanus* Patriarcha ab A. 1341. quo Synodo * interfuit *Palamicæ*, ad 1349. Alius, Isidorus Hieromonachus A. 1460. Alius titulo tantum Patriarchæ usus circa A. 1473.

Isidorus *Cynicus*, Sveton. Nerone c. 39.

Isidorus *Cyrrhensis* subscripsit Concilio CPol. A. 381. Hic ipse est cui A. 423. successit Theodoretus. Vide Tillemont. T. XV. p. 217. seq.

Isidorus *Edessenus* interfuit Synodo Trullanæ A. C. 706.

Isidorus *Gazæus*, Procli & Marini discipulus, Platonicus cujus vitam scripsit Damascius apud Photium Cod. CCXLII. De eodem Svidas in Συριανὸς, Ἰσίδωρος, Μαρῖνος, Σαραπίων &c.

Isidorus *Gnosticus* hæreticus. Supra in Basilid.

Isidorus *Gordoservorum* in Bithynia Episcopus qui interfuit Synodo Trullanæ A. 706.

Isidorus *Hispalensis* Episcopus ab A. C. 595. ad 636. cujus vitam scripsit

* Vide Harduini Concilia T. VII. p. 1640. & Jo. Boivinum in Nicephori Gregoræ vita.

Lucas Tudenſis apud Henſchenium ad 3. Aprilis, T. 1. p. 327. ſeq. Vide & p. 900. ſeq. & Jo. Mabillonium in *Seculo* ſecundo Benedictin. De hujus Iſidori vita & ſcriptis accurate Nicolaus Antonius in Bibl. vetere Hiſpana lib. V. cap. 3. ſeqq.

Iſidorus *Hiſpalenſis* junior, qui ſimul Cæſarauguſtanus Epiſcopus fuerit, confictus à Joſepho Pellizerio, Chronicon & hiſtoriam Alanorum illi tribuente, quam Iſidoro illi veteri unicoque quam Eccleſia Hiſpalenſis novit, vindicat. Nic. *Antonius* lib. V. cap. 4. & lib. VI. cap. 3.

Iſidorus *de Iſolanis* Ord. Prædicator. auctor vitæ S. Veronicæ, editæ Mediolani A. 1518. & recuſæ in actis Sanctor. 13. Januar. T. 1. p. 887. ſeq. De aliis ejus ſcriptis conſules Poſſevinum.

Iſidorus *Kiovienſis* & totius Ruſſiæ Epiſcopus qui vicem Patriarchæ Antiocheni geſſit in *Synodo* Ferrarienſi & Florentina A. 1438. & 1439. de quo Allatius contra Creyghtonum p. 266. ſeq. & Henricus Warthon appendice ad Hiſt. literariam Cavei ad A. 1438. Ejus *Epiſtola lugubris de capta à Turcis CPoli*, A. 1453. ſcripta & inter Epiſtolas Turcicas ab Nicolao Reuſnero edita Francof. 1598. 4. lib. IV. p. 104.

Iſidorus *Mercator*, Eulogii Cordubenſis frater, circa A. C. 830. cui collectionem Epiſtolarum decretalium Epiſcopis Romanis primorum ſæculorum ſuppoſitarum (Iſidoro Hiſpalenſi à nonnullis falſo adſcriptam) tribuit David Blondellus in Pſeudo Iſidoro ſive cenſura jam dictarum Epiſtolarum Genev. 1628. 4. De eadem collectione videndus Petrus de Marca lib. VII. Concordiæ Sacerdotii & Imperii cap. 20. & lib. III. cap. 5. Idem obſervat eam allegari in Synodo Rhemenſi *A* 992. Iſidorum Setubenſem ſive Setubitanum Epiſcopum ejus auctorem facit Chronicon Juliani Toletani & Luitprandi ad A. C. 681.

Iſidori duo *Mileſii*, architecti ſub Juſtiniano Imp. laudati Procopio de ædificiis Juſtiniani lib. 1. cap. 1. & lib. 2. c. 2. & 3.

Iſidorus *Pacenſis* in Luſitania (Pacis Juliæ, hodie * *Beja*,) Epiſcopus cujus continuatio Chronici Iſidori Hiſpalenſis ab A. C. 610. ad 754. prodiit curante Prudentio Sandovalio Pampilonenſi Epiſcopo una cum Chronicis Idatii, Sebaſtiani, Sampiri & Pelagii: Pampelonæ 1615. 1634. fol. Epitoma Imperatorum, vel Arabum Ephemeridis una cum Hiſpaniæ Chronico. Vide Nic. Antonii Bibl. Hiſpanam veterem lib. VI. cap. 3. & novam T. 2. p. 206. & Cardinalem d' Agvirre qui accura-

* non *Badajos*, ut in Catalogo Bibl. Barberinæ p. 578.

accurationem editionem promisit è Codicibus MSS. notit. Concil. Hispaniæ p. 163.

Isidorus *Peccator*, supra, in Mercatore.

Isidorus *Pergamenus* Rhetor, cujus mentio apud Laërtium in Zenone VII. 34.

Isidorus *præfectus* Orientis A C. 416. de qvo Jac. Godofredus in prosopographia Codicis Theodosiani.

Isidorus *Rhodius* Episcopus, subscripsit Synodo CPol. A. 681.

Isidorus *Ruthenus* supra in Kiovienſi.

Isidorus *Samius* Episcopus interfuit Synodo Trullanæ A. 706.

Isidorus *Seetenſis* in Ægypto Monachus. Supra in Alexandrino

Isidorus *Setabienſis* sive *Setabitanus* qvi Synodis Toletanis interfuit A. C. 681. & 688.

Isidorus *Scholasticus*, cujus Epigramma legitur in Anthologia p. 553. edit. Wechel.

Isidorus *Sethroiti* in Ægypto Episcopus qvi subscripsit Concilio Chalcedonenſi A. C. 451.

Isidorus *statuarius* cujus Herculem laudat Plinius XXXIV. 8.

Isidorus *Theſſalonicenſis* Metropolita circa A. 1401. clarus, qvi celebratur in Triodio Græcorum Dominica Orthodoxiæ sive 1. Qvadrageſimæ; & in Synodico Theſſalonicenſi apud Allatium p. 187. de Simeonibus. Ejus *homilias qvatuor in Deiparam* vulgavit sed Latinetant um cum notis *Hippolytus Maraccius* in Mariali S. Isidori, Rom. 1651. 8. Unam ex illis *in feſtum præſentationis* (Allatio p. 97. de Simeonibus, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων) itidem Latine Combefisius in Bibl. Concionatoria, notans paullo verbosiorem esse. Cæteras tres, 1. *in annunciationem*, 2. *nativitatem* & 3. *dormitionem S. Mariæ* memorat idem Allatius de Simeon. p. 94. 100. &. 87. apud qvem etiam aliarum ineditarum mentio ut. p. 83. Εἰς τὴν σωτήριον κατὰ σάρκα καὶ θείαν γέννησιν τοῦ Χριστοῦ, & p. 100. Εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν φώτων. *Commentarios in Evangelium Lucæ* in Bibl. Vaticana *MSS.* exstare pridem tradidit Sixtus Senenſis lib. IV. Bibl. sanctæ.

Isidorus *Zoarenus* in Palæstina Episcopus, qvi subscripsit Concilio CPol. sub Mena. *A.* C. 536.

IV. ANTIOCHUS *Syrus*, Ptolemaidis in Palæstina Episcopus ob eloqventiam Chrysostomus k) appellatus, sed præcipuis Joannis Chry-

k) Sozom. VIII. 10. Niceph. XIII. 9.

Ioſtomi inimicis accenſitus à palladio, l) interfuit Synodo ad Qvercum A. C. 403. contra Jo. Chryſoſtomum congregatæ de qva Photius Cod. 59. & Jus Græco Romanum lib. IX. p. 554. Obiit ahuc ſub Arcadio hoc eſt non poſt *A.* 408. Scripſit, ut ait Gennadius c. 20. de Scriptoribus Eccleſ. *adverſus avaritiam* unum & longum volumen, & *in curatione cæci* qvi à Salvatore illuminatus eſt, homiliam compunctione timoris DEI & humilitatis plenam. Ex his, & ex aliis qvos habuit plures ſermonibus nihil ad nos pervenit. Apud Theodoritum dialogo II. p. 200. & in Concilio Chalcedonenſi part. 3. cap. 1. (T. 2. Harduin. p. 651.) citatur hoc ejus dictum: μὴ συγχέῃς τὰς Φύσεις, καὶ μὴ ταράσσου περὶ τὴν οἰκονομίαν. *Non confundas* (in CHriſto) *Naturas, & non attonitus hærebis circa diſpenſationem.* Expoſitionem *in Pſalmum XLI.* qvæ inter Joannis Chryſoſtomi opera legitur, huic Antiocho, vel alicui ſeqvioris ævi tribuendam ſuſpicatur Thomas Bruno in diſſ. de Therapevtis Philonis p. 201. In Catena ad Matthæum T. 1. p. 239. affertur locus Antiochi de reſurrectionis veritate per Moyſis & Eliæ apparitionem confirmata. Et in catena ad Johannem p. 444. de latere CHriſti lancea perfoſſo, ut gladius diſtrictus paradiſi aditu nos prohibens removeretur. Alia loca Gelaſius ſervavit libro de duabus Naturis citans ſermones *in Nativitatem* CHriſti & *in Paſcha:* alia Ephræm aqud Photium Cod. 288. alia Leontius contra Neſtorium & Eutychen: alia deniqve Cyrillus Alex. libro ad Reginas T. 6. p. 49. & inferto parti 1. Actorum Concilii Epheſini T. 3. Labbei p. 118.

Ab hoc Antiocho diſtingvendus ANTIOCHUS τῷ μὲν γένει Γαλάτης ἀπὸ κώμης λεγομένης Μεδοσαγᾶ, ἀμφεκομένης ἐν τοῖς μέρεσι τῆς αὐτῆς πόλεως Ἀγκύρας ὡς ἀπὸ σημείων ἔχοσι * *gente Galata, ex vico Medoſaga, viceſimo ab Ancyra civitate lapide:* MONACHUS Lauræ ſive Monaſterii S. Sabæ qvod ſtadiis octoginta verſus meridiem ab Hieroſolymis diſtabat, qvi ſcripſit non diu poſt cladem urbi illatam, & ἐμπρησμὸν τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν τοῦ ἁγίου σταυροῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μετάστασιν ἐν Περσίδι m) *conflagrationem ſanctæ urbis Hieroſolymæ & crucis ſanctæ CHriſti DEI noſtri translationem in Perſidem A. C.* 614. n) Rege Perſarum Choſroë belligerante adverſus Heraclium Imp. De eadem calamitate meminit in exomologeſi his verbis p. 1248. Ἦλθεσαν ἐθνη εἰς

l) Palladius de vita Jo. Chryſoſtomi p. 49. adde Socratem VI. 11. & Hiſt. tripartitam X. 10.

* Lambec. III. p. 140. ex nota Codicis Mſ. Cæſarei.

m) Antiochus capite CVII. Idem χαλδαϊκὸν χειμῶνα tempeſtatem Chaldaicam adhuc vigentem commemorat in præfat. & παρουσίας τῶν χαλδαίων capite XVIII.

n) Vide Baronium & Pagium ad illum annum.

εἰς τὴν κληρονομίαν σε καὶ ἐμίαναν &c. *Venerunt gentes in hereditatem tuam & polluerunt templum tuum, in quo mysterium perfectum est dispensationis unigeniti tui, & sanctuarium tuum igni succenderunt: quia & Hierusalem posuerunt in pomorum custodiam. Morticinia servorum tuorum in medio juxta ac in circumitu Hierusalem passim disjecta sunt, nec erat qui sepeliret. Fortitudinem nostram ornamentum ac decus, salutis inquam nostræ spem, nempe crucem CHristi, tradidisti fidei adversariis*, & p. 1250. ἡ πόλις τῆς ἁγίας σε ἐγενήθη ἔρημος &c. *Civitas Sancti tui in solitudinem redacta est, & gloria Sion incendio conflagravit, simulque monumenta gloriæ nostræ universa conciderunt.* Hujus Antiochi extat opus dignissimum lectione & refertum monitis saluberrimis qvod inscribitur: Παυδέκτης τῆς ἁγίας γραφῆς, *Pandectes S. Scripturæ* distinctus *capitibus* sive ut *Latinus* interpres contra Auctoris mentem appellat, *homiliis* CXXX. o) Antiochus ipse in Epistola præmissa operi ad *Eustathium* Abbatem monasterii Atalinæ, civitatis Ancyræ Galatiæ testatur epitomen se hanc divinarum Scripturarum concinnasse *digestam εἰς ἑκατὸν τριάκοντα κεφάλαια ὀνομάτα τε καὶ διηρημένα ἀπ' ἀλλήλων ὡς μὴ σύγχυσιν καὶ φυρμὸν ὑπομεῖναι τὸν ἀναγινώσκοντα, in capita centum & triginta, cohærentia inter se & distincta ne lectori confusionem afferant.* Alludens ad dictum Bartholomæi p) *Apostoli*, qvi Theologiam ὑωμύτην τε καὶ διηρημένην esse pronunciavit, cujus dicti etiam mentionem facit *Antiochus* capite 1. p. 1029. auctore non nominato, qvem nominatim appellat Dionysius sub Areopagitæ ambulans nomine lib. de mystica Theolog. capite 1. *Idem* Antiochus in clausula libri qvam Græce edidit Lambecius lll. p. 139. Τὸ χρέος τῆς παρ' ὑμῶν ἀποταγῆς ἀποπληρῶσαι, τίμιε πάτερ Εὐσταθίε, τὸν παυδέκτην τῆς θεοπνεύστε γραφῆς ἔσειλα τῇ ὑμετέρᾳ θεοφιλίᾳ περισήσας εἰς σωτήρια κεφάλαια, ὃν δεχόμενος, ἀδιαλείπτως πρέσβευε πρὸς τὸν φιλάνθρωπον θεὸν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἀλιτωότητος, ἵνα εὕρω ἔλεον ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπε θεοῦ. *Ut debitum qvod jussum tuum mihi imposuit implerem, honorande Pater Eustathie, hunc pandectem inspiratæ divinitus Scripturæ misi vestræ DEum amanti dignitati, salutaribus eum capitibus comprehendens. Eum igitur a me qvæso accipe, & indefinenter pro me misero apud* DEum *hominum amatorem intercede, ut in adventu boni hominumqve amatoris DEI misericordiam inveniam.* Capita singula materiam aliqvam moralem pertractant, ita ut totum opus pulchrum systema Theologiæ moralis absolvat contextum ex meris dictis sacrorum scriptorum & vetu-

o) male 170 in Eliæ du Pinii Bibl. scriptor. Eccles. T. VI. p. 13. male etiam *centum qvinqvaginta* in Latina versione præfationis ad Pandectem.

p) vide Codicem Apocryphum Novi Test. p. 341. *

ſtorum Eccleſiæ doctorum Hermæ aliorumqve, licet hi de nomine vix usqvam laudentur. Prodiit primum cum ſubjuncta *Exomologeſi* Latine ex *Gofridi Tilmanni* Carthuſiani Monachi interpretatione Pariſ 1543. 8. atqve inde in Bibliothecis Patrum, Pariſ. 1579. Tomo II. & Colon. 1618. Tomo VII. & Lugd. 1677. Tomo XII. At Græce primus dedit *Fronto Ducæus* addita Tilmanni verſione in Tomo 1. q) Auctarii Bibl. Patrum Pariſ 1624. unde utraqve lingva recuſus Antiochi Pandectes eſt in Bibliotheca Patrum Morelliana Pariſ. 1644. 1654. Tomo XII. Qvam vero inter Conciones Græcorum Patrum *Antwerp.* 1601. 8. cum verſione ſua p. 148. 167. Petrus Pantinus vulgavit homiliam S. Antiochi ad Euſtathium περὶ λογισμῶν *de cogitationibus*, & in Colonienſi ac *Lugudunenſi* Bibl. Patrum editioni Pandecti Antiochi ex Pantini editione ſubjicitur, nihil aliud eſt qvam ejusdem Pandectis caput LXXXI. Ex capite CXXX. adſcribam elenchum hæreſium, qvas rejicere ſe ac deteſtari *Antiochus* profitetur.

Οὕτως καὶ ἡμεῖς, ἤτοι ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, πιστεύομεν, ὡς καὶ οἱ μεγάλοι φωστῆρες, καὶ διδάσκαλοι τῆς ἀληθείας, Ἀθανάσιος, Βασίλειος, Γρηγόριος, Ἰωάννης, καὶ Κύριλλος, ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. καὶ τοὺς μὴ οὕτως φρονοῦντας ἀποστρεφόμεθα καὶ ἀναθεματίζομεν, μετὰ τῶν ὑπογεγραμμένων τὰς αἱρέσεων, τῶν μὴ τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, κατὰ ἀληθῆ φόρους καιροὺς θεολογούντων. ὧν τὰ ὀνόματά ἐστιν ταῦτα. Σιμωνιανοὶ, Μενανδριανοὶ, Σατορνιανοὶ, r) Βασιλιδιανοὶ, Νικολαΐται, Γνωστικοὶ, Καρποκρατιανοὶ, Κηρινθιανοὶ, Ναζωραῖοι, Ἑβιωναῖοι, s) Οὐαλεντιανοὶ, Σεκουνδιανοὶ, Πτολεμαῖοι, t) Μαρκώσιοι, Κολορβάσιοι, Ἡρακλεωνῖται, Ὀφῖται, Καϊανοὶ, Σαθιανοὶ, u) Ἀρχοντικοὶ, Καρδονιανοὶ, Μαρκιανισταὶ, Λουκιανισταὶ, Ἀπελλιανοὶ, Σευηριανοὶ, Τατιανοὶ,

Sic nos ſive Catholica Eccleſia credimus, qvemadmodum & magna illa Eccleſiæ luminaria ac doctores veritatis, Athanaſius, Baſilius, Gregorius, Joannes, Cyrillus magnæ Alexandrinorum civitatis Epiſcopus. Qvare illos qvi præter horum dogmata ſenſerunt, averſamur, repudiamus, & execramur, cum ſubſcriptis hæreſibus qvæ ſuccedaneis temporibus adnatæ ſunt poſt Domini adventum. Ejuſmodi hæreticorum nomina ſunt hæc 1. Simoniani. 2. *Menandriani.* 3. Saturniliani. 4. Baſilidiani. 5. Nicolaitæ. 6. Gnoſtici. 7. Corpocratiani. 8. Nazaræi. 9. Hebionæi. 10. Valentiniani. 11. Secundiani. 12. *Ptolemæi.* 13. Marcoſii. 14. Colorbaſiani. 15. Heracleonitæ. 16. Ophitæ. 17. Caiani. 18. Sethiani,

q) male T. II. in Hendreichii pandect. Brandenb. p. 208.
r) Σατορνιλιανοὶ ut apud Epiphan. & Damaſcen.
s) Ἑβιωναῖοι. Οὐαλεντιανοὶ. t) Πτολεμαῖοι. u) Σαθιανοί.

Ἐγκρατισταί, κατὰ Φρυγαστῶν, x) καὶ Μοντανιστῶν, καὶ Ἀσκοδρουγιτῶν, Πεπουζιανοί, ἢ Πρισκιλλιανοί, οἱ Κιντιλιανοί, y) οἷς συνάπτονται Ἀρτοτυρῖται, Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, Ἄλογοι, Ἀδαμιανοί, Σαμψαῖοι, οἳ καὶ Ἐλκεσαῖοι, καὶ Θεοδοτιανοί, Μελχισεδεκιανοί, Σαρδισιανοί, z) Νοητιανοί, Οὐαλησιανοί, Καθαροὶ οἱ καὶ Ἀνάβιοι, a) Ἀγγελικοί, Ἀποστολικοί, οἱ καὶ Ἀποτακτικοί, Σαβελλιανοί, Ὠριγενιανοί, οἱ καὶ Αἰσχροποιοί, Ὠριγενιανοὶ ἄλλοι τε, καὶ Ἀδαμαντιανοί, Παύλου Σαμοσατέως, b) Μανιχαῖοι, Ἱερακῖται, c) Μελιτιανοί, Ἀρειανοί, οἳ καὶ Ἀρειομανῖται, Αὐδιανοί, Φωτινιανοί, Μαρκελλιανοί, Εἰμιάριοι, d) Πνευματομάχοι, Ἀετιανοί, Ἀστιανοί, οἳ καὶ Ἀνομοι, Εὐνομιανοί, Εὐδοξιανοί, Διμοιρῖται, οἱ καὶ Ἀπολιναριῖται, Ἀντιδικομαριανῖται, οἳ εἰς ὄνομα τῆς αὐτῆς Μαρίας κολλυρίδας ποιοῦντες· Μεσαλιανοί, οἳ καὶ Εὐχῖται, ἕως τῶν ὧδε ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος ἐξέθετο. μετὰ δὲ τούτους γεγόνασιν, Εὐάγριος, καὶ Δίδυμος, τὰ Ὠριγένους φρονοῦντες πρὸς ὑπαρξιν, * καὶ ἀποκατάστασιν, Θεόδωρος ὁ Μοψυεστίας, καὶ Διόδωρος, καὶ ὁ Νεστόριος ἐπὶ φρονήματι δύο υἱοὺς λέγοντες. τούτοις συμφωνεῖ Μαρὶς ὁ Πέρσης· καὶ ἡ λεγομένη Ἠβα e) ἐπιστολή. μετὰ τούτους

Sethiani. 19. Archontici. 20. Cerdoniani. 21. Marcioniſtæ. 22. Lucianiſtæ. 23. Apelliani. 24. Severiani. 25. Tatiani. 26. Encratitæ. 27. Cataphrygaſtæ & Montaniſtæ, Aſcodrugitæ. 28. Pepuſiani. 29. Priſcilliani, Quintilliani, quos conſeqvuntur Artotyritæ. 30. Teſſares-kai-decatitæ. 31. Alogi. 32. Adamiani. 33. Sampſæi, qui & Elceſæi. 34. Theodotiani. 35. Melchiſedechiani. 36. Bardeſiani. 37. Noëtiani. 38. Valeſii. 39. Kathari, qui & Anabiti. 40. Angelici. 41. Apoſtolici, qui & Apotactiotæ. 42. Sabelliani. 43. Origenarii: qui & Æſchropœi. 44. Origeniani alii qui & Adamantii. 45. Paulus Samoſatenſis. 46. Manichæi. 47. Hieracitæ. 48. Meletiani. 49. Ariani, qui & Ariomanitæ. 50. Audiani. 51. Photiniani. 52. Marcelliani. 53. Semiariani 54. Pneumatomachi. 55. Aëriani 56. Aëtiani, qui & Anomœi, & Eunomiani, & Eudoxiani. 57. Dimœritæ, qui & Apollinaritæ. 58. Antidicomarianitæ: Iſti faciunt ad invidiam nominis, inter placentulas quas vocant, collyridas Mariæ. 59. Meſſaliani. 60. Euchitæ. Hucuſque Sanctus Epiphanius expoſuit. Poſthæc hæreſeôn portenta fuerunt hi, Evagrius & Didymus qui ſecundùm dogmata Origenis, puta præexiſten-

x) lege οἱ Κατὰ Φρυγαστῶν. y) Κιντιλιανοί. z) Βαρδησιανοί.
a) Ναβαῖοι Novatiani. vide Coteler. 1. monument. p. 776.
b) Παυλιανισταὶ ἀπὸ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως.
c) Ἱερακῖται, Μελετιανοί. d) Ἡμιάριοι. * προϋπαρξιν. e) Ἶβα.

Εὐτυχὴς, Φανλασίαν, καὶ δόκησιν, καὶ σύγχυσιν φρονῶν· ὧν τινὰ ἔστιν Διόσκορος, Θεοδόσιος, Γαϊνὸς, Τιμόθεος ὁ Ἔλυρος *, Πέτρος, ὃ τὸ, ὁ σταυρωθεὶς, εἰς τρισάγιον ὑποπήσας, Πέτρος ὁ Μογγὸς, Σεβῆρος ὁ Ἀκέφαλος, Σωτήριχος, ἐκ Καισαρείας Καππαδοκίας, Φιλόξενος ἱερᾶς πόλεως, Ἀμφιλόχιος ὁ Πισίδης, Ἰάκωβος ὁ Σῦρος, καὶ Ἰουλιανός. καὶ εἴ τις κατ' αὐτοὺς τοιοῦτος.

exiſtentiam atque reſtitutionem ſenſerunt. Theodorus Mopſveſtenus, Diodorus & Neſtorius qui ſuo ſenſu duos aſtruunt eſſe filios. His concinit Mares vir Perſa, & Epiſtola quæ dicitur, Iba. Secundum hos, Eutyches imaginationem, opinionem & confuſionem ſentiens: quem quidem ſequuntur Dioſcorus, Theodoſius, Cajanus, Timotheus qui & Ælurus, Petrus qui & illud commentus eſt: nempe, ut trishagio hymno accederet quartus σταυρωθεὶς id eſt, crucifixus. Petrus Mungus, Severus ille Acephalus, Soterichus ex Cæſarea Cappodociæ, Philoxenus Hierapolitanus, Amphilochius Piſidiæ, Jacobus Syrus, & Julianus: & ſi quis ſecundum hos talis fuerit.

* Αἴλυρος.

Si quis novam editionem hujus pandectis curare velit, operæ pretium fuerit conferre Codices MStos ut Cæſareum de quo Lambecius lll. p. 138. ſeq. & Coislinianos quorum meminit Montfauconus p. 189. 190. (ubi etiam prologum ab alio auctore præmiſſum exhibet Græce & Latine) & p. 297. &c. Lambecius in Cæſareo illo Codice etiam reperit Pandecti præfixam *βίον σύντομον Εὐφροσύνης μαγείρου narrationem compendiariam vitæ S. Euphroſyni, coqui cœnobialis*, incertum quo auctore, & necdum editam, & aliam περὶ Εὐχαρίστου κοσμικοῦ *de Euchariſto*, Ægyptiaci cujusdam vici accola, quam Latine dedit Herib. Roſweidus in libro ſexto de Vitis Patrum p. 496. *Duo quidam Patrum rogabant DEum ut oſtenderet eis* &c. quem totum ſextum librum Antiocho noſtro velut auctori Lambecius tribuendum incerta conjectura conjicit.

Alius ab his Antiochus ad quem varia opuſcula feruntur ſub S. *Athanaſii* nomine, ut quæſtiones ad Antiochum quas Athanaſio qui ab A. 1302. ad 1313. Patriarcha Alex. fuit, ſcriptas affirmabat Oudinus in triade diſſertationum diſſ. ll. p. 83. ſeq. 97. 100. & diſſ. lll. p. 50. ſeq. in eo haud dubie falſus, cum quæſtiones ad Antiochum à Mich. Glyca qui ante A. 1150. ſcripſit,

pſit, p. 91. & 97. Annalium memorentur. Διδασκαλία ad Antiochum edita primum Græce & Latine ab Eruditiſſ. Montfaucono T. 3. Opp. Athanaſii. p. 252. & ſcriptum *de pœnis inferni* p. 264. inſcribitur πρὸς Ἀντίοχον Δοκεῖν.

Alii Antiochi.

Antiochus *Ægæus* ſive *Ægeates*. infra, in Sophiſta.

Antiochus *Alexandrinus* cujus περὶ τῶν ἐν τῇ μέσῃ Καππαδοκίᾳ παραδεδομένων θαυμάτων laudat Athenæus XIII. p. 482. idem fortaſſe auctor libri περὶ τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν, cujus librum ſecundum laudat Ptolemæus Hephæſt. apud Photium Cod. 190.

Antiochus *Arcæ*, Ἀρκαίων in Phœnicia Epiſcopus interfuit Concilio Chalcedonenſi A. 451. Interdum vitioſe Alcenenſis pro Arcenſi ſcribitur ut Harduino notatum.

Antiochus *Aſcalonita* cognomento *cygnus*, quem ſecum habuit Lucullus, audivere Cicero, Varro, *M.* Brutus: quintæ auctorem Academiæ in quam Stoicorum placita tranſtulit teſte Sexto Empirico lib. 1. Pyrrhon. c. 33. unde Stoicis à quibusdam accenſetur, ab aliis rectius Academicis. De illo dixi lib. 3. cap. 3. & 15. & ad Empiricum qui etiam laudat ejus libros τῶν Κανονικῶν.

Antiochus *Aſtrologus* cui iſagogen in Ptolemæi tetrabiblum Græce & Lat. cum Hieronymi Wolfii verſione Baſil. 1559. fol. ſub Porphyrii nomine editam tribuit Thomas Gale p. 304. ad Jamblichum de myſteriis Ægyptiorum, allegans MS. illius iſagoges Codicem, *equo corruptiſſima*, inquit, *multa in editis emendare licet*. In illa iſagoge p. 194. Antiochus de nomine laudatur. Antiochi apoteleſmatica ſive theſaurus apoteleſmatum MS. in variis Bibliothecis. Vide Lambecium VII. p. 257. Labbeum Bibl. non MSS. p. 121. 385. &c.

Antiochus *Aureliopolitanus* in Lydia Epiſcopus qui cum Antiocho Epiſcopo *Capitoliados* Palæſtinæ & Antiocho *Memphite* interfuit Concilio Nicæno A. C. 325.

Antiochus *Boſtrenſis* in conciliabulo Epheſino A. 431.

Antiochus *Cilix*, infra, in Sophiſta.

Antiochus *Cynicus*, infra, in Sophiſta.

Antiochus neſcio cujus *Epigrammata* Græce unum in Sophiſtam oſtentatorem lib. 1. Anthologiæ p. 186. alterum in hominem animo & corpore turpiſſimum lib. 2. p. 244. & tertium ibidem, in Galatia nihil non exitioſum hominibus naſci.

Antiochus *Hiſtoricus*. Vide in Sophiſta & Syracuſano.

Antiochus *Laodicenus*, Scepticus qui Zeuxidem audivit. Laert. IX. 106. 116.

Antiochus *Macræ* in Lydia Epiſcopus qui interfuit Synodo Photii A. 879.

Antiochi *Medici* diætam qua octogeſimum ætatis annum integris ſenſibus viribusque ſuperavit, laudat Galenus libro V. ὑγιεινῶν T. 4. edit. Baſil. p. 269. ſeq. Citatur Antiochus ſæpius ab Aëtio, Ægineta & eodem Galeno.

Antiochus *Memphites* Epiſcopus interfuit Concilio Nicæno A. C. 325.

Antiochus Pacius *Ophthalmicus* Galeno memoratus.

Antiochus *Rheſanas* in Meſopotamia Epiſcopus qui interfuit Concilio Nicæno A. C. 325. & Antiocheno A. 341.

Antiochus *Samoſatenus* qui interfuit Concilio CPol. A. 381.

Antiochus *Scepticus*. ſupra in Laodiceno.

Ad Antiochum *Scholaſticum* exſtant Iſidori Peluſiotæ Epiſtolæ.

Antiochi *Sophiſtæ* βιβλίον, ἀγορᾶ ἐπιγραφόμενον citatur à Phrynicho p. 32. Ejusdem ut videtur Antiochi mentio apud Pollucem VI. 99. & in Græcis ad Hermogenem ſcholiis p. 13. De hoc Ægeate Cilice Sophiſta & Cynico videndi Philoſtratus lib. 2. de Sophiſt. p. 568. ſeq. qui præter declamationes alia ejus φρενήσματα & (quam laudat in primis) *Hiſtoriam* commemorat, tum Dio Caſſius lib. LXXVII. p. 878. & ex eo Suidas in Ἀντίοχος αὐτόμολος.

Antiochus *Syracuſanus* Xenophanis F. ſcriptor πάνυ ἀρχαῖος & Timæo antiquior qui rerum Sicularum hiſtoriam libris IX. à Cocalo ad Olympiadem LXXXIX. & σύγγραμμα περὶ Ἰταλίας compoſuit. De eo Voſſius lib. IV. Hiſt. Græc. p. 456. ſeq. Ejus nonus hiſtoriarum citatur etiam à Clemente Alex. p. 22. protreptici, & Theodorito in curatione Græcar. affect. p. 115. In Bibl. Græca doctiſſimi Meurſii Antiochus Xenophanis à Syracuſano male diſtingvitur, quod ipſe haud dubie ſi librum vivus potuiſſet edere, emendaſſet.

Antiochi *Syriæ Reges* fuere duodecim, de quibus Jo. Vaillantius in Seleucidarum Imperio ex numiſmatibus illuſtrato, ut Uſſerium aliosque Annalium V. T. ſcriptores & interpretes librorum Maccabaicorum præteream. I. *Soter*, Seleuci F. ante CHriſtum natum ab A. 283. ad 262. II. *Deus* ab A. 261. ad 247. Magnus qui etiam *Philometor* Seleuci ſecundi frater ab A. 224. ad 187. IV. *Epiphanes* ab A. 176. ad 164. V. *Eupator* ab A. 164. ad 162. VI. *Balæ* F. ab A. 145. ad 143. VII. Antiochus *Sidetes* ab A. 138. ad 131. VIII. *Gryps* ab A. 123. ad 97.

IX.

IX. *Cyziceni* ab A. 114. ad 97. X. *Pius* A. 95. XI. Seleuci sexti frater A. 94. XII. *Dionysius* A. 87. seq. ante CHristum natum. Ex his tertius, cujus theriacam laudant ex Eudemo Galenus lib. 2. de antidotis c. 14. Plinius lib. XX. cap. ult. & Plinius Valerianus de re Medica IV. 18.

Antiochiani Corinthi Hieronicæ Apollinis τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ καὶ Μεσοποταμίᾳ καὶ ἐν Μηδίᾳ Ῥωμαίοις πραχθέντων διήγησιν narrationem de rebus ipsius ætate in Armenia, Mesopotamia & Media à Romanis gestarum ut ineptam perstringit Lucianus libro de scribenda historia T. 2. p. 623. seq. edit. Amst.

V. SEVERIANUS Gabalorum in Syria Episcopus, Johannis Chrysostomi amicus primum, mox æmulus & inimicus, r) qvo ipso non levem maculam adspersit nomini suo, laudiqve haud parum amisit, licet ob eloqventiam & ipse à qvibusdam Chrysostomus s) appelletur. Obiit Theodosii junioris, qvem sacro baptismo tinxerat, temporibus, t) adeoqve post A. C. 408.

Hujus Severiani Homilias XIV. *in Genesin* MStas se habere testatus est Alexander Brassicanus præf. in Salvianum. Ex illis *sermones VI.* Εἰς τὴν κοσμοποιΐαν de Mundi creatione Græce edidit *Henricus Savilius* inter S. Chrysostomi scripta T. VII. p. 587. Græce & Latine *Franciscus Combefis* in auctario novissimo Bibl. Patrum T. 1. p. 211. Paris. 1672. fol. Ex his desumta fragmenta observat Caveus qvæ in Catena Patrum in Pentateuchum, à Francisco Zephyro, vulgata Latine, ad Historiam creationis adducuntur. Nam cætera pleraque ad reliqvos *Moysis* libros *Severi* potius sunt qvam Severiani.

Homilias LXXXVIII. Severiani in homiliario qvodam MS. Bibl. Ambrosianæ exstare testatur *Mabillonius* T. 1. Musei Italici p. 13. alias etiam in Codice Bibl. Casinensis de qvo idem p. 124. Apud Oecumenium in 1. ad Corinth. VI. p. 416. edit. Veronens. citatur ὁ ἐν ἁγίοις Σευηριανὸς τύγχει γ'ζ. λόγῳ γ'. κεφαλαίῳ ιϑ'. Idem in cap. VII. p. 423. ὁ Σευηριανὸς ἔτι ἐξεις ἑ'τως.

Εἰς τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν, *in serpentem æneum*, homilia incipit: ὁ τῦ Θεῦ λόγ@ ἀδελφοί, & Græce edita inter tributas Chrysostomo T. VII. Savil.

r) Socrates VI. 11. & 24. Sozom. VIII. 10. Niceph. XIII. 9. Palladius in vita Chrysost. E recentioribus Tillemont, T. XI. memor. p. 171. seq. Godfridus Hermantius in Jo Chrysostomi Vita &c.

s) Rich. Montacutius T. 1. Orig. Ecclesiast. p. 112.

t) Gennadius c. 21. de script. Eccles in Codice vetustissimo Corbejensi: *Severianus Gabalæ Ecclesiæ Episcopus -- moritur minore Theodosio, filio suo in baptismate, imperante,*

VI. Certe inter fortes Neſtorii adverſarios ſtrenue decertavit A. 431. in Synodo Epheſina, in cujus actis parte IV. habentur Græce & Latine hæ tres ejus homiliæ:

I. *In die Nativitatis CHriſti*, Incipit: λαμπρὰ καὶ σεμνὴ ἑορτή. T. 3. Labbei p. 988. & T. 1. Harduin. p. 1644.

II. *In Natalem Salvatoris.* Incipit: λαμπρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς. T. 3. Labbei p. 1008. & T. 1. Harduin. p. 1654. memoratur in Actis Synodi ſeptimæ actione 6.

III. *Contra Neſtorium*, in die S. Joannis Evangeliſtæ. Incipit: Ὅπερ ἐστὶ τοῖς σώμασι ἡμῶν ἰατρός. T. 3. Labbei p. 1024. & T. 1. Harduin. p. 1665. Huic homiliæ qvadrat qvod Gennadius c. 55. de Script. Eccleſ. ait Theodotum cum adhuc Epheſi verſaretur ſcripſiſſe adverſus Neſtorium *librum redargutionis & refutationis dialectica qvidem arte ordinatum ſed auctoritate ſacrarum ſcripturarum detextum. Multis enim adſertionibus uſus eſt antequam Scripturarum teſtimonia poneret.* Præterea ex illius ſcriptis exſtant:

IV. Εἰς τὸ Σύμβολον τῶν ἁγίων ἐν Νικαίᾳ πατέρων τῶν τιθ'. *Expoſitio Symboli ſanctorum CCCXVIII. Patrum Concilii Nicæni.* Hic titulus eſt in Codice MS. ex qvo primum Latina verſione donatum à *Lucæ Holſtenio*, utraqve lingva vulgavit & Clementi IX. Pontifici Max. dicavit *Franciſcus* Cardinalis *Barberinus*. Rom. 1669. 8. *Franciſcus* vero *Combefis*, qvi cum nova verſione & notis ſuis, ſubjuncta S. Germani Patriarchæ CPol. homilia in Mariæ dormitionem, iterum edidit Pariſ. 1675. 8. maluit inſcribere *librum adverſus Neſtorium* ſive *Neſtorii ex Scripturæ & fide Concilii Nicæni confutationem.* Scriptus eſt ad Lauſum ut ſuſpicor qvi ipſi p. 90. Φίλη κεφαλή. Ex hoc libro locus qvi exſtat p. 11. edit. Rom. citatur in Catena MS. Bibl. Barberinæ ad Actor. III. 15. Etiam in Actis Synodi VII. actione 6. inter Theodoti hujus ſcripta memoratur ἑρμηνεία εἰς τὸ σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων.

V. Εἰς ἁγίαν Θεοδόσιον καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα. *In S. Deiparam & Simeonem.* Incipit: προφητικὸς ἡμᾶς καὶ τίμιον. Edita ab eodem Combefiſio Græco & Lat. inter *S.* Amphilochii Iconienſis opera p. 36. At neqve hujus eſt, neqve ut *Sirmondo* & Labbeo viſum Amphilochii Sidetæ, ſed ut ex Nicephori CPol. antirrheticis adhuc ineditis viri docti obſervavere, Theodoti *Ancyrani*, ſub cujus nomine eandem Latine ad MS. Mazarinianum recenſitam exhibet idem Combefiſius in Bibl. Concionatoria.

Scripta

Severiani κατὰ τῶν αἱρέσεων citat Damascenus in parallelis sacris T. 2. p. 385. seq. 789. *Contra Novatum* Gelasius lib. de duabus CHristi naturis. At Genadius c. 21. de script. Eccles. *Legi*, inqvit, *ejus* expositionem in Epistolam ad Galatas, & de baptismo & epiphaniæ solennitate libellum *gratissimum*. Citatur etiam Severianus apud Oecumenium in caput 1. Epist. ad Galatas. Et in *Anastasii* Sinaitæ hodego cap. 16. p. 302. affertur locus Severiani in Coloss. II. 2. Asia ex Catenis in V. T. libros fragmenta illius Græce & Latine dedit Combefisius Auctar. noviss. p. 291 - 297. poteratqve longe plura afferre nisi jure metuisset pleraqve qvæ in Catenis sub Ζεβηδ. Ἀντιοχ. nomine exstant, ut in illa ad Jobum, *Severi* potius esse qvam Severiani.

Severiani alii.

Severianus in Africa Episcopus & confessor sub Genserico. Vide Prosperi Chronicon p. 746. *Aëtio* II. & Sigisvulto COSS. (*A.* C. 437.) Alius Severianus in Africa Episcopus qvi interfuit Concilio Sardicensi A. 347. Nec non Ceramussensis itidem Africa, qvi interfuit Collationi Carthag. A. 411.

Severianus Aphrodisiadis in Caria Episcopus, qvi interfuit Concilio CPol. *A.* 553.

Severianus Arethusius in Syria Episcopus qvi subscripsit Epistolæ missæ ad Concilium CPol. sub Mena A. 536.

Severianus eruditione & Critica laude insignis, cujus è Damascio meminit Svidas in Νόμ.

Severianus Gabalensis in Gallia Episcopus qvem ajunt fuisse ante medium Sæculi III. & celebrari in qvibusdam Martyrologiis 25. Januar. Ei sunt qvi tribuunt sermonem *de paralytico*, qvi est inter Petri Chrysologi sermones qvinqvagesimus. Incipit: *CHristum in humanis artibus*. Alius Severianus in Gallia Episcopus subscripsit Concilio Regiensi A. 439.

Severianus Pelagianus Episcopus cujus filius Agricola in Angliam hæresin illam intulit, ut narrat Prosper ad A. 429. Florentio & Dionysio COSS.

VI. THEODOTUS in Gennadii & Honorii Codicibus atqve inde apud Possevinum male *Theodorus*, SPhronio Hierosol. Patriarchæ apud Photium Cod. 231. ἀπὸ ἀγκύρας Θεόδοτος, ubi Photius addit, ne de alio Theodoto accipias, Ἀγκύρας ὑπὸ ἱεράτευσε, *Ancyræ* (Galatiæ urbe) *ille præfuit*. S. Cyrilli Alex. συναγωνιστὴς dicitur in Actis septimæ synodi Act.

Alii Theodoti.

Theodotus *Alabandenſis* in Caria Epiſcopus qui cum Theodote Claudiopolitano A. 451. interfuit Concilio Chalcedonenſi.

Theodotus ab A. C. 421. *Antiochenus* Epiſcopus, quem Apollinariſtas non paucos ad Eccleſiam reduxiſſe teſtatur Theodoritus V. 38. Hiſt. De illo videndus Henricus Noris in Hiſtoria Pelag. lib. 2. cap. 4.

Theodotus *Caſſiterae*, Flavianus Meliſſenus, Patriarcha CPol. ab A. 815. ad 821.

Theodotus *Chius*, Rhetor qui Ptolemæum ultimum Ægypti Regem docuit, eique fuit auctor ut Pompejum nec reciperet apud ſe nec dimitteret ſed interficeret, caputque Pompeji Cæſari hoc averſanti obtulit ipſe poſtea interfectus juſſu Bruti. Vide Plutarchum Pompejo p. 660. Cæſare p. 730. & Bruto p. 999.

Theodotus *Claudiopolitanus* in Ponto Epiſcopus: ſupra in Alabandenſi.

Theodotus *Coriarius* patria Byzantinus, auctor Theodotianorum, qui ſæculo ſecundo hæreſin ſuam ſparſit, de qua appendix Tertulliani in præſcriptione adverſus hæret. cap. ult. Hippolytus contra Noëtum, Euſebius V. 28. Hiſt. Hieronymus contra Helvid. Epiphanius & Damaſcenus hæreſius 54. Philaſtrius c. 50. Auguſtinus & auctor prædeſtinati c. 33. &c. E recentioribus Jo. Pearſonius Vindic. Ignatii parte 2. p. 23. Sirmondus T. 2. Opp. p. 474. ſeq. D. Mich. Waltherus diſſ. *JEſus ante Mariam*, §. 10. ſeq. & Thom. Ittigius *de μακαρίτης* de hæreſiarchis Apoſtolicæ & Apoſtolis proximæ ætatis p. 259. ſeq.

Theodotus *Euroeæ* in Epiro Epiſcopus qui interfuit Concilio CPolitano ſub Mena A. 536.

Theodotus *Gordenorum* Epiſcopus in Lydia qui ſubſcripſit Synodico Sardenſis Concilii miſſo ad Leonem Imp. poſt. A. 451.

Theodotus *Grammaticus* citatur in Etymologico magno, voce *ἀείγαον*.

Theodotus *Hierapolitanus* in Syria Epiſcopus qui interfuit Concilio CPol. A. 381.

Theodotus *Medicus* Athenienſis cujus apud Ariſtidem Rhetorem mentio T. 1. p. 485. 502. 525. &c.

Theodotus *Montaniſta* apud Euſebium V. 3. & 16. Hiſt. Pacianum Epiſt. 1.

Theodotus *Philoſophus*, cujus quartus adverſus Epicurum liber citatur à Laërtio X. 5. Alius Philoſophus hoc nomine cujus vitam tribus libris ſcripſit Tribonianus Sidetes, Triboniani JCti Juſtiniano imperitante æqualis, de quo Suidas in voc.

Theo-

Theodotus *Phœnicius* Hiſtoricus, cujus ſcripta in Græcam linguam transtulit *Lætus* ſcriptor Φοινικικῶν teſte Tatiano p. 171. Clemente Alex 1. Strom. p. 326. & Euſebio X 11. præparat. Evangel. etſi in Tatiani codicibus pro Læto eſt χαῖτος, in Euſebii Ἄσιτος. Hujus Theodoti mentionem facit Joſephus 1. contra Apionem p. 1051.

Theodotus pictor, de quo Nævius apud Feſtum in *penum*.

Theodotus *poëta* Græcus quem ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων laudat Euſebius IX. 22. præparat. & ex eo novem Hexametros affert de urbe Sicima, qui emendatius leguntur apud Grotium ad Johann. IV. 5.

Alius Theodotus *poëta* de quo vetus interpres ad Ovidii Ibin v. 467. *Theodotus poëta fuit, qui cum liberius in Mneſarchum Regem ſcripſiſſet, ab eo crudeliter in Apollinis æde cæſus eſt. Alii dicunt Tyrrhenos, cum cepiſſent Liparium caſtrum, fortiſſimum illorum de caſtro, Phœbo mactaſſe, unde Gallus:*

Theudotus in belli Phœbo datur hoſtia, quamvis
Nequaquam ſit homo victima grata Dei.

Verba Ovidii ſunt:

Victima vel Phœbo ſacras mactaveris ad aras
Quem tulit à ſævo Theudotus hoſte necem.

ubi Domitius Calderinus annotat ſe reperiſſe Theodotum Bactrianorum regem ab Arſace Rege Parthorum fuiſſe mactatum. Sed Juſtinus XLI. 4. Theodotum illum (qui Straboni Διόδοτος lib. XI. p. 515.) mortuum ſcribit, ab Arſace fuiſſe mactatum non ſcribit.

Theodotus *Palæenſium* Cypri Epiſcopus, interfuit Synodo Nicænæ ſecundæ A. 787.

Theodotus *Pythagoreus*, qui ne conſcios conjurationis proderet, lingvam dentibus demorſam in tyranni faciem inſpuit, ut ex Timothei Pergameni libro de Philoſophorum fortitudine narrant Clemens Alex. IV. Strom. p. 496. & Theodoritus VIII. de curat. Græcar. affect. p. 120.

Theodotus *Seleucienſis* in Iſauria Epiſc. interfuit Concilio CPol. A. C. 553.

Theodotus *Sidenius* (Straboni XVI. p. 757. Διόδοτος) frater Boëthi Peripatetici Philoſophi, *Philoſophus* & ipſe.

Theodotus *Sophiſta* qui Lolliani & Herodis Attici pridem auditor deinde æmulus, primus Athenis docuit ſtipendio ab Imperatore Marco Antonino accepto decem mille drachmarum, ab eodem celebratus ἀγωνιστὴς τῶν πολιτικῶν λόγων καὶ ῥητορικῆς ὄφελος. Vide Philoſtratum lib. 2. de Sophiſt. c. 2. p. 566. ſeq.

Theodotus *Tarentinus*, inter Pythagoricos memoratur à Jamblicho.

Theodotus *Trapezita*, auctor Melchisedecianorum de quo B. Doctor meus Thom. Ittigius diss. de hæresiarchis p. 261. Huic utpote Valentini sectæ faventi non Coriario ejus æquali tribuendas esse *eclogas* quæ ad calcem operum Clementis Alex. leguntur, & cum Combefisii versione à me exhibitæ sunt lib. V. hujus Bibl. cap. 1. sententia est clarissimi Turneminii, in memoriis Trivultianis A. 1717. p. 389. seq.

Theodotæ Athenienses, cum Socrate colloquium refert Xenophon 3. ἀπομνημονευμ. p. 782. seq. Alia ni fallor de qua Soranus Epistola ad Cleopatram: *Dabo tibi commentarios Theodotæ & aliorum de vitiis & de curatione mulierum* &c.

VII. ANTIPATER Bostrensem in Arabia Ecclesiam rexit statim post Constantinum Episcopum qui Concilio Chalcedonensi A. 451. interfuit, siquidem paucis post Concilium annis ad Antipatrum jam Episcopum literas dedit Leo Imperator T. 2. Concilior. Harduini p. 690. Ad eundem scripsisse S. Euthymius traditur ab auctore vitæ Euthymii in T. 2. p. 281. monument. Cotelerii, cujus adde sis notas p. 636. seq. & Acta Sanctor. Junii T. 2. p. 685.

1. Præcipuum ac celeberrimum ejus opus fuit ἀντίῤῥησις *contra Pamphili Apologiam pro Origene.* Incipit à verbis: ἐγὼ μὲν ἀρχήντως ἐνόμιζον γεγραφηκέναι, ut notatur in Actis Synodi Nicænæ secundæ A. 787. celebratæ, Actione V. Tom. VII. Labbei p. 367. (Harduin. T. 4. p. 304.) ubi fragmenta quædam è libro primo exstant. Longe plura & ampliora ἐκ τῆς κατὰ τῶν βλασφημιῶν Ὠριγένους πραγματείας κεφαλ. ιέ, ις΄, servavit Jo. Damascenus in parallelis sacris T. 2. edit. novæ p. 764. ad 772. Vide etiam Cyrillum Scythopolitanum in vita S. Sabæ, T. 3. monument. Cotelerii p. 362. ubi narrat Gelasium præpositum ut succrescenti Origenianismo occurreret, Antipatri opus in Ecclesia publice legendum ordinasse. Τὸ σύγγραμμα ἓν ἐν ἁγίοις Ἐπισκόπου Βόστρων Ἀντιπάτρου, τὸ κατὰ τῶν Ὠριγένους δογμάτων ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκεσθαι παρεσκεύασεν. Mentio iterum p. 364.

2. Εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν καὶ εἰς τὴν σιγὴν Ζαχαρίου, καὶ εἰς τὸν ἀσπασμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Homilia *in S. Johannem Baptistam, silentium Zachariæ & salutationem sanctissimæ Deiparæ.* Incipit: Ὁ γενητὸς γυναικῶν. MS. in Bibl. Cæsarea. Lambec. V. p. 18. Vidit etiam in Italiæ Bibliothecis Allatius qui ejus meminit p. 89. libri de Simeonibus. Habuit

&

& Tho. Galeus. Si recte memini, (neqve enim liber jam ad manus,) Latine eam dedit Combefisius in Bibl. Concionatoria.

3. Εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνεια. MS. apud eundem Galeum.

4. Εἰς τὴν αἱμόῤῥυν, *in mulierem sanguinis profluvio laborantem.* Incipit: Ὅτι μὲν πρώτη ἡ Ἰουδαίων κλῆσις. Locus ex illa affertur in Actis Synodi Nicænæ secundæ actione IV. Tom. VII. Labbei p. 208. (Harduin. T. 4. p. 169.)

Citatur qvoqve Antipater ab Andrea Cæsarienſi in Apocalypſin ſerm. 22. p. 124. Maximo ad cap. 7. Dionyſii de Eccleſ. Hierarchia &c. Sunt etiam qvi ejus Homiliam in annunciationem B. Virginis & in Nativitatem CHriſti commemorant.

Antipatri alii.

Antipater *Acanthius*, Grammaticus ut videtur, qvem citat Ptolemæus Hephæſtion lib. 1. apud Photium Cod. 190.

Antipater Mathematicus ſive *Aſtrologus* Vitruvio IX. 7. memoratus.

L. Cælius Antipater Romanam hiſtoriam ſcripſit ad L. Ælium Stilonem Varronis Magiſtrum in compendium miſſam à M. Bruto. De illâ Voſſius lib. 1. de Hiſt. latinis cap. 8. Pauca qvædam ejus λειψανα in fragmentis veterum Hiſtoricorum Latinor.

Antipater *Cauni* in Lycia Epiſcopus interfuit Concilio Chalcedonenſi A. 451. alius ut videtur Antipater Caunenus in Concilio Rom. A. 503.

Antipater ſive Antipas *Aſcalonita* pater Herodis Magni Judæorum Regis, de qvo multa Flav. Joſephus,

Gallus Antipater qvi ſcripſit vitam Aureoli Tyranni. Vide Trebellium Pollionem in Claudii vita c. 5. qvi eum ob adulationem *ancillam bonorum & hiſtoricorum dehoneſtamentum* appellat.

Antipater *Grammaticus*. Schol. Ariſtoph. ad aves. Vide Jonſium lib. 1. c. 13.

Antipater *Hierapolitanus* audivit Sophiſtas Adrianum & Pollucem, Zenonemqve Athenienſem. Imp. Severo ab Epiſtolis fuit in qvibus ſcribendis excelluiſſe eum Philoſtratus teſtatur, qvi narrat etiam æmulum fuiſſe & inimicum Heraclidis Lydii, & liberos Imperatoris inſtituendos ipſi datos fuiſſe, lib. 2. de Sophiſt. p. 606. ſeq. Idem Philoſtratus hæc de ejus ſcriptis: Ὁ λυμπιακός τε ἡμῖν δὴ καὶ Παναθηναϊκὸς λόγος. Καὶ ἐς ἱστορίαν ἤλαβε τὰ Σεβήρου & Βασιλέως ἔργα. In numo Fulviæ Plautillæ Auguſtæ, qvæ uxor Caracallæ fuit, et altera

parte legas ἐπὶ στρατηγοῦ Ἀντιπάτρου Θεσσαλονικέων. Viede Harduini numos urbium illuſtratos p. 212.

Antipater *Jolai*, Rex Macedoniæ, de cujus ſcriptis dixi inter Ariſtotelis diſcipulos lib. 3. cap. 11.

Antiparer *Macedo* junior, cujus Epigrammata leguntur in Anthologia.

Antipater *Medicos* inter methodicos memoratus Galeno lib. 1. methodi medendi c. 7. citatur & alibi ab eodem Galeno, Cœlio Aureliano, Aëtio &c.

Antipater ἐνπνευστικῶν ſcriptor laudatur ab Artemidoro IV. 67.

Antipater *Paliurenſis* de qvo Meurſius in Bibl. Græca, non diverſus eſt ab Antipatri Jolai, Rege Macedoniæ. Paliura Antipatri patria, *Macedoniæ* civitas.

Antipater Plutarchi æqvalis ab eo memoratus in Convivalibus qvæſtionibus.

Antipatri *Præſidis* & ἡγεμόνος Epiſtola ad S. Baſilium & Baſilii ad Antipatrum 203. ſeq.

Antipater libro tertio περὶ Ῥόδου, citatur à Stephano Byz. in Ἀρμενία. Confer. Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. 3. p. 324.

Antipater *Rhoſi* in Cilicia Epiſcopus, qvi Concilio Antiocheno interfuit. A. C. 363.

De *Antipatris* Stoicis *Sidonio*, *Tarſenſi*, & *Tyrio* duobus dixi lib. 3. cap. 15. Antipatri ἰατροῦ Soſigenem memorat Alexander Aphrodiſeus libro de mixtione p. 142.

Antipater *Theſſalonicenſis* cujus, qvemadmodum Sidonii Epigrammata exſtant in Anthologia. Citat & Etymolog. magnum in ναυσία, Stobæus &c.

Antipater *Trapezuntius* qvi ſubſcripſit relationi in Synodo CPol. ſub Mena A. C. 518.

CANDIDI Iſauri, Chriſtiani ſcriptoris & Concilio Chalcedonenſi faventis *libros tres Hiſtoriarum* ab tempore Leonis in Imperatorem evecti A. C. 457. usqve ad Zenonem A. 491. defunctum, deſideramus præter excerpta ſervata à Photio Cod. 79. qvæ tomo primo Scriptorum Hiſtoriæ Byz. poſt excerpta de legationibus cum notis ſuis dedit Philippus Labbeus. Pariſ. 1648. fol. Vide ſi placet qvæ de hoc Candido notavi Volumine VI. p. 239.

Alius Candidus qvi temporibus Impp. Commodi & Severi clarus ſcripſerat in Hexaëmeron, teſte Euſebio V. 27. Hiſt. Ejusdem meminit Hieronymus de Script. Eccleſ. c. 48.

Candidus

Candidus Valentinianus, Origenis æqvalis, cujus meminit idem Hieronymus libro secundo adversus Rufinum.

Candidus Arianus qvi post medium sæculi qvarti vixit, & Latine scripsit *libellum de generatione divina* ad Marium Victorinum, qvi addita Victorini confutatione lucem vidit ad calcem commentariorum Bernhardi Ziegleri in Genesin Basil. 1548. fol & cum reliqviis Victorini editis junctim ab Andrea Rivino Lips. 1652. 8. Fragmentum Epistolæ Candidi ad Victorinum una cum Victorini responsione exstat apud Jo. Mabillonium Tomo IV. Analect. p. 155. Alia Candidi Epistola, qva Victorino scribendorum librorum qvatuor contra Arianos ansa data fuit, legitur in hæresiologia Jo. Heroldi p. 171.

Candidus Fuldensis, qvi præter Chronicon Fuldense scripsit vitas Bungolfi & Ægilis Abbatum Fuldensium, ex qvibus hæc edita est à Christophoro Browero in sideribus illustrium & sanctorum virorum Germaniæ, Mogunt. 1616. 4. & à Jo. Mabillonio Secul. Benedictino qvarto part. 1. p. 226. Vide Vossium de Hist. Lat. Claruit hic Candidus circa A. C. 820.

VII. SIMEON a) Stylites sive anachoreta columnaris & cionita dictus à κίων, στύλος sive columna, in Syria prope Antiochiam, in qvam ascendit A. C. 419. & in ea vixit usqve ad A. 460. b) longævitate c) non minus qvam singulari sanctimoniæ laude insignis: cujus memoriam celebrant Græci 1. Septembr. d) & de cujus vita & rebus consulere juvabit Jo. Bollandum in Actis Sanctor. ad V. Januarii, Tomo I. p. 261. seqq. qvi p. 264. Latinam exhibet versionem vitæ ab *Antonio* Monacho, Simeonis discipulo scriptæ, (qvæ etiam occurrit in Herib. Rosweidi vitis Patrum lib. I. p. 131.)

a) Simeonem Stylitem cum Simone Petro Apostolo insane confundit blasphemus liber תולדות ישו p. 23 edit. Wagenseilianæ.

b) Jo. Garnerius auctario Opp Theodoriti p. 197. seq.

c) Franciscus Baco Verulamius in historia vitæ & mortis: *Vita religiosa & in sacris occupata videtur ad longævitatem facere. Sunt in hoc genere vita otium, admiratio & contemplatio rerum divinarum, gaudia non sensualia, spes nobiles, metus salubres, mœrores dulces, denique venerationes continua per pœnitentias & expiationes: qvæ omnia ad diuturnitatem vitæ potenter faciunt. Qvibus si accedat diæta illa austera qva massam corporis induret, spiritus humiliet, nihil mirum si sequatur longævitas insignis, qualis fuit Pauli Erem. ta, Simeonis Stylitæ & complurium aliorum monachorum ex eremo & anachoretarum.*

d) Vide Lambecium VIII. p. 220. & 232.

nec non p. 274-285. aliam Nicephoro XIV. 51. laudatam auctore *Simeone Metaphraſte* itidem Latine ex verſione *Guil. Gratii* Brugenſis S. I. qvæ Græce exſtat MS. in Bibl. Cæſarea, teſte Lambecio VIII. p. 233. De eodem Stylitæ Theodoritus in Philotheo c. 26. Evagrius lib. 1. c. 13. ſeq. Theodorus Lector, auctores vitæ, S. Euthymii, S. Theodoſii, S. Auxentii, S. Danielis Stylitæ &c. è recentioribus Tillemontius T. XV. memor. p. 347-391. Leo Allatius libro de Simeonibus p. 10. ſeqq. D. Theoph. Spizelius in veteri *A*cademia JEſu CHriſti p. 121. Jo. Henricus Urſinus T. 2. Analector. p. 177. &c.

Multa, inqvit Allatius, hunc virum ſcripſiſſe certum eſt. Nonnullæ ejus pro Concilio Chalcedonenſi, aliiſqve negotiis Eccleſiaſticis Epiſtolæ à Scriptoribus memorantur. 1) *Prima* ſit ea, qvam ad Imperatorem Theodoſium ob Judæis Synagogas à Chriſtianis antea ablatas, & tunc redditas, adeò acriter ſcripſit, ut Theodoſius & mandata revocaverit, & auctorem conſilii de reſtituendis Synagogis magiſtratu abdicaverit. Meminit Evagrius Hiſtor. lib. 1. cap. 13 & Nicephorus Calliſtus lib. 14. cap. 51. 2) *Secunda* pro Synodo Chalcedonenſi ad Leonem Imperatorem. Evagr. lib. 2. c. 10 & Nicephor. Hiſtor. lib. 15. cap. 19. 3) *Tertia*, pro eadem Synodo ad Baſilium Epiſcopum Antiochenum, qvæ integra apud Evagrium & Niceph. exſtat. 4) *Quarta* ad Eudociam Imperatricem in eodem argumento. Nicephor. lib. 15. cap. 13. qva vel ſolâ Eudocia ab Eutychiano errore ad rectam fidem reducitur. 5) Profeſſio Catholicæ Fidei (niſi eadem ſit cum Epiſtola 2. ut bene conjicit doctiſſ. Caveus,) Meminit Eulogius Alexandrinus Epiſcopus apud Photium, Cod. 230. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ὅσοι ἐν τῷ μοναδικῷ διάλαμπον βίῳ τὸ φρόνημα εἰντῶν ἐγγράφως ἀνομολογῆσαι ὁ Λέων διετάξατο, ὃ καὶ προθύμως πεπράχασι τῶν ἀρχιερέων τὸν ἀριθμοῦ εἰς χ' ἐπὶ χιλίοις συγκαλεσθέντωμηδενὸς ἑτερογνωμονήσαντος. μεθ' ὧν καὶ ὁ μέγας Συμεών, ὁ ἐν τῷ στύλῳ τὸν ἀγγελικὸν ἐκεῖνον βίον ζηλωτεύσας. *Nec non iis, qvi in religioſa, & monaſtica vita celebres habebantur, præcepit Leo, uti ſententiam ſuam ſcripto profiterentur, qvod Epiſcopi numero mille ſexcenti pomptè ſane executi ſunt, nemine, qvi aliter ſentiret, deprehenſo: à qvibus ſtetit & Simeon, qvi in columna cœlitum vitam æmulabatur.*

Præter hæc Allatio memorata, exſtat Latina verſio brevis ſermonis *de morte aſſidue cogitanda* qvæ incipit: *Animadvertite, fratres mei.* T. VII. Bibliothecæ Patrum edit. Lugd. p. 1228 Eadem occurrit & in aliis Bibl. Patrum editionibus, ut Colonienſi Tom V. parte 2. & Pariſienſi A. 1589. 1644. 1654. Tomo II. & in appendice ad edit. 1675.

Fuit

Fuit & *Simeon Stylites Junior* Thavmaſtorites, qui vixit ab anno quarto Juſtini ſenioris (CHriſti 521.) ad annum decimum quintum Mauriti (CHriſti 569.) per annos 75. de quo Conradus Janningus in Actis Sanctor. ad 24. Maj. Tomo V. p. 307. ſq. ubi exhibetur Græce cum Janningi verſione vita hujus Simeonis laudata Nicephoro Calliſto XVIII. 24. & ſcripta à *Nicephoro* Magiſtro ſive Rhetore Antiocheno, cognomine Οὐεανῷ, deſcripta vero ex *MS.* Bibl. Vallicellanæ. Compoſuit & vitam hujus Simeonius *Arcadius* quidam Cypri Archiepiſcopus, quæ intercidit. Vide Tomum V. *Maji* p. 306. In eodem p. 403-431. habes etiam Græce è MS. Florentino cum Janningi verſione vitam coævo auctore ſcriptam B. *Marthæ*, quæ hujus Simeonis mater fuit. In ea p. 426. ſeq. occurrit Simeonis *Epiſtola ad Stavrophylacem*. Memoratur & ᾠδὴ *pro terræ motu ſiſtendo* p. 348. ne de aliis *precum formulis* dicam p. 423. *Epiſtola ad Juſtinum Juniorem.* p. 378. Moriturus commendat *Canonem* ſuum ſive *regulam.* p. 401. De *Epiſtola ad Evagrium* vide p. 396. ſeq. & Evagrium VI. 23. Hiſt. De *Epiſtola ad Juſtinianum* contra Neſtorianos & Eutychianos, atque alia pro imaginibus, Allatium libro de Simeonum ſcriptis p. 18. ſeq. ubi etiam de *troparíis* ejus ſive *hymnis* & *precibus*.

Simeon denique *Stylites* tertius, presbyter & Archimandrita, cujus memoriam Græci recolunt die 26. Jul. de quo Allatius laudati libri p. 22. Omitto alios Stylitas veterum celebratos ſcriptis, ut *Theodotum Stylitem* de quo Acta Sanctor. ad 28. Maji T. VI. p. 755. ſeq. *Joannem Stylitem* de quo vita Simeonis Stylitæ junioris T. V. Maji p. 311. *Nicetam Stylitem*, de quo Ephemerides Moſcorum, iconibus illuſtratæ 24. Maj. ante Acta Sanctor. T. 3. Maji p. 28. *Danielem Stylitem* de quo ſupra p. 71. Lambecius VIII. p. 233. & Nic. Comnenus Papadopoli prænot. Myſtagog. p. 60. b. & *Petrum Stylitem* à Conſtantino Copronymo male habitum de quo Theophanes & Cedrenus ad A. C. 770. De horum Stylitarum ἀσκήσει quædam non protrita Jacobus Gretſerus libro primo rerum variarum. Columnam ipſam in qua Simeon Senior tot annos exegit, his verbis deſcribit Johannes Phocas in Allatii σαμμίκτοις p. 5. Χερσὶ λαξευτῶν &c. *Lapicidarum opera, ſummitate montis admirandi* (inter urbem Antiochiam & mare) *alte excavata, monaſterium ex uno conflatum compaginatumque lapide exſtruxit: in media Monaſterii fine μέσον αὐτοφυῆ λαξεύσας κίονα ἐν αὐτῷ τὰς βάσεις ἔθετο inter exciſos lapides ſua ſponte nata columnâ gradus fixit*, ſuper petram, *ut ſacro eloquio traditur*, pedibus firmatis, *verſus exorientem ſolem templum pulcherrimum DEO erexit, in quod diſcipulos convocabat: atque ita ſub die*

ipſe

ipſe commorans, illi tota nocte in templo ſtantes, ut decebat ſanctos, debitum DEO cultum offerebant.

IX. JOHANNES Hieroſolymitanus, S. Cyrilli in Epiſcopatu Hieroſolymitano ſucceſſor a) ab A. C. 386. usque ad A. 416. quo diem obiit. Hic pro Origenis cauſa, cujus mortui famæ patrocinari ſtudebat, graviſſimas cum Epiphanio & Hieronymo inimicitias ſuſcepit, & modo Ario, modo Pelagio b) favere fuit viſus obtrectatoribus ſtudii ſui: adverſus quos teſte Gennadio cap. 30. de Script. Eccleſ. ſcripſit *librum* c) *quo oſtendit Origenis ſe ingenium, non fidem ſecutum.* Sed illo pridem deperdito, ecce tibi hominem lepidum, Petrum Waſtelium, Aloſtanum Carmelitam, qui ſub nomine *Joannis Nepotis Sylvani, Hieroſol. Epiſcopi XLIV.* quem Carmelitam fuiſſe pejerat, Carmelitis ſuis gratificaturus promit veluti verſum è Græco magnum volumen, alio non ſane minore vindiciarum comitatum, Bruxellis 1643. fol. in quo hæc Joannis ſcripta venditantur, quæ illius eſſe nemo veterum ſcripſit, nullus fide dignus Codex MS. docuit:

I. *Liber de inſtitutione primorum Monachorum* in Lege veteri exortorum & in nova perſeverantium ad *Caprafium* Monachum, interprete *Aymerico* Patriarcha Antiocheno. T. 1. p. 1-32. Idem hoc eſt cum illo quod Trithemius vocat volumen inſigne *de principio & profectu Ordinis Carmelitici*, tribuitque Johanni Patriarchæ Hieroſol. & Carmelitæ, qui vixerit circa A. C. 770. Habetur etiam in Bibliothecis Patrum Pariſ. 1589. & 1644. 1654. Tomo IX. & Colonienſi T. IV. & Lugd. T. V. nec non in Operibus Thomæ à Jeſu, Carmelitæ Colon. 1684. fol. T. 1. p. 416. Prolixam pro illo libro Apologiam, Baronio & Bignæo oppoſitam, poſt Petrum Waſtelium d) T. 2. p. 1-210. ſcripſit M. Antonius Alegre in paradiſo Carmelitici decoris

a) Vide Epiſcoporum Hieroſolymitanorum ſeriem in Riccioli T. 3. Chronologiæ reformatæ p. 19. & in Actis Sanctor. T. 3. Maji, & T. 7. p. 969. ſeq.

b) Vide Oroſii librum de arbitrii libertate, qvem Petrus Waſtelius in vindiciis ſive Tomo II. Operum Joannis Hieroſol. p. 568 ait rectius inſcribendum: *adverſus Joannem Epiſcopum Hieroſol. affirmantem ſenſu Catholico dici, quod cum adjutorio & gratia DEI poſſit homo eſſe ſine peccato*, & Oroſio prorſus abjudicat Neſtorianique eſſe hominis contendit. Sane Pelagium oppugnaſſe Joannes Hieroſol. diſerte traditur ab Auguſtino (epiſt. 186. edit. novæ vet. 106.) cap. X. & ab Arianiſmo ipſe eum abſolvit Hieronymus (deniqve Joanni reconciliatus) Epiſt 62.

c) Ad Theophilum Alex. vide Waſtelii vindicias Joannis Hieroſol. p. 530. ſeq. & qvi de Joannis illius vita accurate agit, Tillemontium T. 12. memor. Eccleſ. p. 186. & 197. De Hieronymi ſcripto contra Joannem p. 197.

d) Waſtelii Apologeticus pro Joannis Hieroſol. Quadriſſino in Catenulo, & pro libro de inſtitutione primorum Monachorum prodierat ſeparatim Bruxell. 1611. 8.

ris p. 576. sqq. Lugd. 1639. fol. & Daniel à Virgine Maria in Vinea Carmeli p. 671-685. Atwerp. 1662. 4. At non Johannis Hierosol. sed Latini & longe recentioris esse scriptoris, præter Carmelitas vix qvisqvam eruditorum dubitat. Vide Papebrochium ad T. 1. April. p. 780. seq. & tractatu præliminar. ad T. 3. Maji p. XX. seq. & Conradi Janningi Apologiam pro Papebrochio contra Sebastianum à S. Paulo, præmissam Actis Sanctor. T. 1. Junii §. 49. seq. p. XL.

II. *In Stratagemata Beati Job*, sive in prima tria capita libri Jobi, commentariorum *libri III.* T. 1. p. 33-106. Non diversi sunt à libris tribus in Jobum qvi inter *Origenis* scripta sæpius Latine prodierunt, qvos neqve Origenis neqve Ioannis Hierosolymitani, sed Latini scriptoris esse existimavit præter Erasmum, Rob. Cocum & Albertinum Is. Casaubonus in Casaubonianis p. 143. Vide tamen qvæ Huetius p. 273. Origenianor. ubi conjicit auctorem esse Arianum aliqvem ex iis qvi Luciani martyris discipulos se ferebant.

III. *In S. Matthæum* ab initio Evangelii ad cap. *XIII.* 14. & à capite *XIX.* ad finem capitis *XXV.* commentarius. T. 1. p. 107-324. Opus imperfectum in Matthæum, inter S. *Chrysostomi* scripta toties editum, de qvo dixi Volum. VII. hujus Bibl. p. 646. Illud ut Jo. Hierosolymitano vindicet multa sed non satis clare aut solide disputat Wastelius T. 2. p. 212-342.

IV. Fragmenta *ex commentario ad prima capita undecim S. Marci*, à B. Thoma Aqvinate sub S. Chrysostomi nomine laudata (in Catena aurea ad Evangelistas.) T. 1. p. 325-339. Hæc qvoqve sola pæne conjectura ductus Hierosolymitano suo tribuit Wastelius, qvem primum Joannis Chrysostomi breviatorem fuisse hariolatur T. 2. p. 373.

V. *Fragmenta ex commentario in Lucam*, qvæ sub ejusdem Chrysostomi titulo extant partim in ejus operibus, partim in Catena Græca Corderiana *LX.* Patrum, & S. Thoma Aqvinate (in continuo Evangelico sive Catena aurea qvam vocant, super eundem Lucam.) T. 1. p. 340-380.

VI. *Homiliæ LXII.* fere omnes inter Chrysostomi Opera sæpius editæ. 1. *in Josephum de castitate*, ex Frontonis Ducæi versione p. 381. Græce prima verba si qvis reqvirat, nam Wastelius ut dixi omnia latine tantum dedit hæc sunt: *ὁι ἐν πελάγει μεγάλα.* Chrysost. T. VI. Ducæi p. 115.

2-6. *in Jobum*, ex versione Lælii Tifernatis. p. 383. *Ἦκεν ἡμῖν ἐναύσιος.* T. VI. Ducæi p. 67.

7. fragmentum *Proœmii in Psalmos*, interprete Gentiano Herveto. p. 399.

8-10. *In Psalmum II. III. XIV.* interprete eodem Herveto, p. 400, 402. 405.

11. 12. *In Psalm.* L. ex veteri interpretatione. p. 409. 416.
13. *in Psalm. XCV.* ex versione Erasmi. p. 423.
14. 15. 16. *in Psal.* C. Godfrido Tilmanno & *CXVIII.* ac *CXIX.* Herveto interprete. p. 428. Hæc Chrysostomi in Psalmos Græce & Latine leguntur tomo Ducæi tertio.
17. *de tribus pueris & fornace Babylonica*, ex versione Ducæi. p. 444. καγὼν ὡς ἀληθῶς. Chrysost. T. VI. Ducæi. p. 126.
18. *de Susanna*, interprete eodem Ducæo. p. 447. Ἤκουεν ὑμῶν εὐγνώμονες. Chrysost. T. VI. Ducæi p. 120.
19. *in decollationem S. Joannis Baptistæ*, ex veteri versione p. 450.
20. *de vitandis scandalis.* T. 1. p. 453.
21. *de divite & paupere & de eleemosyna facienda.* p. 454.
22-34. *In Marcum* homiliæ qvatuordecim, sub Jo. Chrysostomi nomine incerto interprete pridem vulgatæ à Godfrido Tilmanno. p. 455. Has in Latinis Chrysostomi editionibus licet reperire.
35. 36. 37. 38. *in Lucam* homiliæ qvatuor. p. 475. itidem in Latinis Chrysostomi editionibus obviæ.
39. 40. *in Johannem* duæ, incerto interprete. p. 486.
41. tertia in Johannem, interprete Ducæo. p. 489.
42. *In laudem Crucis*, ex versione Godfridi Tilmanni. p. 496. τί εἴπω, ἢ τί λαλήσω. T. VI. Ducæi p. 241.
43. *de Eucharistia* in encæniis, incerto interprete p. 496.
44. *In ascensionem CHristi*, interprete Gerh. Vossio p. 498. Φαιδρόν μοι τὸ τῆς ἐκκλησίας. T. VI. Ducæi p. 383.
45. *de Pentecoste* p. 499. ἱεραὶς ἡμῖν γέγονε σήμερον ἡ γῆ. T. VI. Ducæi p. 192.
46. 47. *de Spiritu S.* incerto interprete. p. 502. & 506. χθὲς ἡμῖν, ὦ φιλόχριστοι T. VI. Ducæi p. 173.
48. *de CHristi divinitate & Ecclesia.* p. 514.
49. *de fide & lege naturæ* p. 516. πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος. T. VI. Ducæi p. 149.
50. *In præcursorem Domini.* p. 522. ex Petri Pantini versione οἱ ἀνθηρότατοι λειμῶνες. T. VI. Ducæi p. 261.
51. *De Ecclesia sive turture.* p. 524. Ἡ τρυγὼν ἡ φιλέρημος. T. VI. Ducæi p. 104.
52. *In principes Apostolorum Petrum & Paulum*, interprete Gerhardo Vossio. p. 526. οὐρανὸν καὶ γῆς. T. VI. Ducæi p. 264.

53. In

53. *In S. Thomam Apostolum*, interprete Ducæo. p. 528. τῷ μὲν νόμῳ τῆς ἐκκλησίας. T. VI. Ducæi p. 271.

54. *in sanctos XII. Apostolos*, ex versione Gerh. Vossii p. 529. εὐκόσως καὶ σήμερον. T. VI. Ducæi p. 268.

55. *in S. protomartyrem Stephanum*, ex versione Ducæi. p. 530. σώζωμεν ἀνθρώπων. T. VI. Ducæi p. 274.

56. 57. 58. *de pœnitentia*, interprete Lælio Tifernate. p. 535. 538. 542.

59. *de David*, eodem interprete. p. 549.

60. *de persecutione* quam passus erat Episcopus à Novatianis. Incerto interprete p. 551. πολὺς ὁ χειμών. T. VI. p. 248.

61. *de vanitate hujus sæculi*. Joachimo Perionio interprete. p. 552. προτρέπεται καὶ πόλιν. T. VI. Ducæi p. 98.

62. *In cæcum à CHristo sanatum*, interprete Ducæo. p. 557. πολλαὶ καὶ διάφοροι. T. VI. Ducæi p. 482.

63. *de pseudoprophetis & falsis doctoribus*, ex versione Gerh. Vossii. p. 563. εὐσυνεὶς ὁ λόγος. T. VII. Savil. p. 211. & VI. Ducæi p. 396.

X. NESTORIUS Germaniciensis Syrus, Diodoro Tarsensi & Theodoro Mopsvesteno usus Magistris est, de quorum scriptis dixi Volum. VIII. p. 358. & IX. p. 157. seq. Ex presbytero hinc Antiocheno factus A. C. 428. Sisinnii successor Episcopus CPolitanus, nec diu post maximis in Ecclesia motibus imprudenti pertinacia sua, & eloquentiæ suæ præfidens, materiam præbuit, ac qui restiterat magno Zelo Arianis, Quartadecimanis, Macedonianis & Manichæis, ipse hæreseos reus actus in Synodo Ephesina atque exauctoratus est A. C. 431. successore dato Maximiano: obiitque in exilio non ante A. 439.

Scripta ejus celebri edicto * Theodosii junioris cremari flammis jussa, & servari prohibita sunt, unde non mirum, licet *infinitos tractatus diversarum hypotheseon*, hoc est ut ego interpretor sermones sive homilias com-

* In Actis Concilii Ephesini T. 3. edit. Labbei p. 1209. (T. 1. Harduin. p. 1716.) Καὶ μηδένα τολμᾶν τὰς αὐτῶν Νεστορίου καὶ ἀθεμίτου καὶ ἱερόσυλα ἀσεβεῖς βίβλους &c. *Decernimus præterea ne quis impios nefarii sacrilegique Nestorii libros, quos de sacra orthodoxorum religione & adversus dogmata Episcoporum, qui in sacra Ephesina Synodo convenerunt, edidit, habeat, aut legat aut transscribat: ας δεῖ σπουδῇ πάσῃ ζητεῖσθαι καὶ δημοσίᾳ κατακαίεσθαι* quos etiam omni studio ac diligentia undecunque conquisitos publice concremari volumus. Plures ejusmodi sanctiones Imperatorum, præsidumque in Provinciis adversus Nestorii & Nestorianorum scripta congessit Jacobus Gretserus lib. 1. de jure prohibendi libros malos cap. 9.

compoſuerit teſte Gennadio c. 53. de S. E. nihil fere quicquam ejus ætatem tuliſſe, præter pauca illa quæ ſcriptis adverſariorum & Conciliorum Actis inſerta ad nos pervenere. Illæ ſive *Epiſtolæ ſive Homiliæ* maximam partem infra in Indice, quem ſub extremum hujus capitis exhibeo, ſcriptorum in Actis Concilii Epheſini & Chalcedonenſis occurrentium à me commemorabuntur. Ex Catena inedita ad Pſalm. *XXXIV.* hunc nuper locum non contemnendum produxit Vir illuſtris Scipio Maffeus, ** quem cum verſione mea adſcribam: Νεστορίου. Τὸ καλεύχεσθαι τῶν ἐχθρῶν δι' ἐξ αἰτίας φασὶ - - - - - - - ἀναβιλτιωθῆναι τὰς ἐχθρὰς βουλόμενον· τύπλα γὰρ ἀδόκιμον χρυσίον καθαριεῖ ἡ πύρωσις. δεύτερον, ἵνα ὧδε μαστιζόμενοι καὶ πολεμούμενοι κουφότερον περαθῶσι τὴν αἰωνίαν. Τρίτον ἵνα ταῖς τούτων μάστιξι ἄλλος εὑρεθῇ σωφρονίζων. Παντὸς γὰρ ἰδὼν ἄφρονα μαστιζόμενον, πρατικῶς αὐτὸς παιδεύεται. Τέταρτον, τὸν βίον λοιμὴ καὶ νόσος ἀναλλάττων, πέμπτον ἵνα μὴ καὶ ἄλλοι αὐτῶν μαθητευθῶσι, τὰς ἐπενεχθείσας πληγὰς φοβηθέντες ἕκτον ἵνα μὴ εἴπωσί τινες, τοῦ ἰσχυροῦ ὁ Θεὸς ὁ Δαβίδ, μὴ αὐτὸν ἐκδικεῖ καὶ σώζει; ἢ ἔστι γὰρ σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ. Πολεμηθῆναι δὲ τοὺς πολεμοῦντας ἐυχεται οὐχ ὡς μισάνθρωπος, ἀλλ' ὡς μισοπόνηρος. *NESTORII. Imprecationes adverſus inimicos ajunt fieri à Davide ob ſex cauſas. Prima, quo melieres illi reddantur. Nam & aurum impurum percutiendo purgatur. 2) ut in hac vita puniti & afflicti, leniora æterna experiantur. 3) ut horum caſtigatione alios erudire ſibi contingat. Nam prudens ſi viderit ſtultum puniri, inſigne exinde capit documentum ſibi. 4) ut vitam hanc malis & calamitatibus liberet. 5) ne alii malos imitentur, ſed pœnas illis inflictas timeant. 6) ne ſint qui dicant: ubi eſt DEus Davidis, numquid illum vindicat ſervatque? non eſt illi ſalus in DEO ſuo. Optat vero adverſariis ſuis adverſa evenire, non tanquam inimicus hominum ſed malitiæ.*

Neſtorii liber περὶ ἀνθρωπήσεως, *de incarnatione Domini*, quem ſexaginta duobus divinæ Scripturæ teſtimoniis pravo ſenſu ſuo conſtructum Gennadius teſtatus eſt cap. 53. de Scriptoribus Eccleſ. Garnerio † videtur idem eſſe quem oppugnat Cyrillus Alex. in libris contradictionum T. VII. Opp. varia ex illis loca ad verbum repetens, quæ etiam exſtant in Actis Synodi Epheſinæ. Teſtatur autem in præfat. libri primi Cyrillus in Volumen illum Neſtorii multos fuiſſe congeſtos ſermones, per elementa litterarum ordine diſpoſitos. Neſtorii libros duos ab Heſychio Hieroſol. flammis traditos memorat Jo. Moſchus in prato cap. 46.

Symbolum non Neſtorii ipſius ſed Theodori potius eſt Mopſveſteni. Vide quæ ſupra p. 164.

In

** Giornale de letterati d' Italia T. 26. p. 64.

† Garnerius ad Marium Mercatorem T. 2. p. 322.

In Ebed Jesu Catalogo librorum Chaldæorum n. 29. *Nesterius composuit plures libros, qui autem remanserunt ex illis, sunt isti: Liber tragœdiæ*, liber Heraclidis & epistola ad Cosmam qui translati sunt tempore Pauli: Ejus prolixa Liturgia quam traduxerunt Thomas & Marabe, & liber unus Epistolarum, item ille alter variarum interpretationum ac sermonum.* Ex his *Liturgia* illa Syriace adhuc exstat edita una cum aliorum aliis tredecim in *Missali* Chaldaico ad usum Ecclesiæ Maronitarum excuso Rom. 1592. Loca ex illa afferuntur à Rich. Simone in notis ad Gabrielem Philadelphiensem. Latine versam ex Syriaco dedit vir præclarissimus Eusebius Renaudotus in Tomo I. collectionis Liturgiarum Orientalium Paris. 1716. 4. qui etiam eruditam de Liturgiis Nestorianorum dissertationem subnexuit. Vide & Bibliothecam selectam Rich. Simonis editam Gallice T. 2. p. 284. seq. & Jo. Bonam lib. 1. rer. liturgic. cap. 9.

Joannes Garnerius T. 2. ad *Marium* Mercatorem p. 324. notat duos sermones quos Combefisius T. 1. auctarii novi Bibl. Patrum *S. Athanasio* adjudicat, *de resurrectione & unum de ascensione CHristi*, charactere Nestorii se prodere, florido nempe ac interdum poëtico, metaphoris efferente sese & apostrophis quasi animato: Scripturæ testimoniis iisque literali sensu acceptis, nisi quando ad hæresin detorquentur, subinde distincto. *Habent*, inquit, *hunc ipsum characterem sermones alii, opinione forsan plures, sive qui* Asterio, Amphilochio, Basilioque Seleuciæ *tribuuntur, sive qui rejecti inter spuria* Chrysostomi, *nullam præferunt parentis nomen; sive tandem qui genuinos inter Chrysostomi tractatus fraude facta ipsis quoque doctis operum Chrysostomi censoribus, latent. Neque vero id mirum, cum Nestorius Chrysostomi stylum imitari summo studio conatus sit, eaque se imitatione commendabiliorem populo fecerit.* Perquam tamen lubricum est, sine MStorum codicum vel dignorum testium fide homilias, vel scripta quævis alia, certis auctoribus ex sola quam tibi persvaseris characteris nota assignare.

Sermo in illud *Matth.* IV. 6. *si filius DEI es, dejice teipsum*, qui incipit: ἦλθεν μὲν ὑπὲρ γῆς ὁ δεσπότης, inter Chrysostomi dubia Græce editus à Savilio T. VII. p. 301. *Nestorio* vindicatur ex testimonio *Marii* Mercatoris, inter cujus opera post partem ex Latina Mercatoris interpretatione, integrum Græce cum nova versione vulgavit Garnerius T. 1. p. 85. Nonnulla ejus loca illustrat Combefisius notis ad S. Maximum T. 2. p. 485. seq. Idem *Asterii* esse conjicens vulgaverat Latine in Bibliotheca Concionatoria ad Dominicam I. Quadragesimæ. Codices quidam *Ephraimo* Syro tribuunt. Vide Tillemont. T. VIII. memor. p. 758.

* Irenæi Nestoriani.

De Neſtorio, ejusque hæreſi ſcriptores veteres Græci.

Diversus ut videtur ab his omnibus est Olympiodorus Platonicus, cujus exstant commentaria in varios *Platonis* libros, sed adhuc inedita omnia, *in Alcibiadem priorem*, *in Gorgiam*, *in Phædonem* & *Philebum*, qvæ omnia Græce superstant MSta vel in unica Bibl. Cæsarea. Pleraqve etiam ex legato Holsteniano in Bibl. publica hujus Urbis Hamburgensis, ne de aliis Italiæ, Angliæ, Galliæ & Germaniæ etiam nostræ dicam. Sola ex πρόξα prima in Alcibiadem priorem excerpta lucem vidit

vidit *Vita Platonis*, qvæ (lecta pridem Beſſarioni 1. contra calumniatorem Platonis c. 3.) cum *Jacobi Windeti* verſione & notis ſubjicitur notis virorum doctorum in Laërtium, Tomo ſecundo editionis Wetſtenianæ p. 582-588. ſed ibi male tribuitur Olympiodoro qvem Thebanum Photius appellat, quique Hiſtoriam ſuam Theodoro juniori inſcripſit, defuncto A. 450. Nam in hac Vita citatur Proclus, in commentariis vero ad Platonem ex quibus ut dixi excerpta eſt iſta vita, etiam longe junior Damaſcius qui Procli diſcipulos auſcultavit. Commentarii *in Phædonem* ἀνέκδοτον Græcum nactus ſum è ſectione Bibliothecæ Gudianæ, in qvo ab Olympiodori diſcipulis ex ejus lectionibus adnotata ſunt quæ Platoni à variis philoſophis objectantur, cum ſingulorum reſolutione & ad ea reſponſione. Titulus eſt: ΕΚ ΤΩΝ ΑΠΟ ΤΩΝ ἐναντίων λόγων Δ[ι]αίταξις ΤΟΥ ἡμετέρου καθηγεμόνος Ὀλυμπιοδώρου. In illo præter Plotinum, Jamblichum, Syrianum, ſæpius etiam laudatur Proclus, & ὁ ἐξηγητής atqve Olympiodorus ipſe, ὁ ἡμέτερος καθηγεμών. Memorabilia in primis in hoc commentario quæ afferuntur ἐκ ΤΟΥ χαιρωνέως ſive ex Plutarcho, & Stratonis Lampſaceni dubia quæ Platonicæ de reminiſcentia animarum ſententiæ, & aliis quibusdam ejus dogmatibus oppoſuit. Olympiodorus in Phædonem Platonis citatur à Caſaubono contra Baron. & in notis ad Perſium atque alibi.

Olympiodorus, Hippodromi Sophiſtæ pater, qvem alendis equis Theſſalos omnes anteiviſſe ſcribit Philoſtratus II. 27. de Sophiſtis.

Olympiodorus Ægyptius Thebanus, Ethnicus librorum XXII. Hiſtoriæ ad Theodoſium juniorem (ab A. C. 407. ad 425.) ſcriptor, qvorum argumenta refert Photius Cod. 80. ipſum enim opus intercidit. Hunc ipſum putabat Jonſius lib. 3. c. 18. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. eſſe Olympiodorum cui Hierocles librum de Providentia & fato dicaverat, judicemque eum conſtituerat diſceptationis ſuæ, κεῖ αὐτὸν ἐχοντα ΤΩΝ Φιλοσοφέων ἐρωτα, ὃ μὲν ἀδὲ τῆς πολιτικῆς σοφίας ἀπειρον. Idem Phot. Cod. 214.

Olympiodorus tibicen, Epaminondæ magiſter, teſte Ariſtoxeno apud Athenæum lib. IV.

VII. ZACHARIAS Scholaſticus, (non diverſus fortaſſis à Zacharia Rhetore, cujus *Hiſtoriam Eccleſiaſticam* ab auſpiciis Imperii Marciani usque ad Anaſtaſium ſive ab A. C. 450. ad 491. ſed ἐμπαθῶς nec ſine partium

Neſtorianorum ſtudio ſcriptum memorant Evagrius atqve Nicephorus: †) Philoſophiæ operam dedit Alexandriæ, atqve deinde Beryti jus Civile excoluit, factus interjecto tempore Epiſcopus Mytilenes, Lesbi inſulæ metropolis, ſicut habetur in titulo libri ejus: *Ζαχαρίου σχολαστικοῦ Χριστιανοῦ καὶ γενομένου μετὰ ταῦτα Ἐπισκόπου Μυτιλήνης.* Non interfuit Concilio qvinto CPol. A. 553. ut poſt Caniſium, & Poſſevinum tradunt Aubertus Miræus in auctario de ſcriptoribus Eccleſ. p. 28. Oudinus p. 127. Tillemontius T. IV. memor. p. 408. Elias du Pin, aliiqve: nam in illo Concilio jam ſucceſſoris ejus Palladii, Epiſcopi Metropolitani mentio cujus vicem agebat Joannes Epiſcopus Cucuſenorum Civitatis. * Sed præſens adfuit in Concilio CPol. quod celebratum eſt ſub Menna A. 536. in cujus Actis plus ſimplici vice hic Zacharias, metropolita Mytilenæus memoratur. Ex ejus ſcriptis ad nos pervenere:

1. Ἀμμώνιος. *Ammonius* ſive Dialogus cum quodam *Ammonii* Alexandrini Philoſophi diſcipulo, qui ſtudii Legum cauſa Berytum ſe contulerat, & *Ammonii* ſententiam de mundi æternitate propugnabat. Ὅτι ὁ συναΐδιος τῷ Θεῷ ὁ κόσμος, ἀλλὰ δημιούργημα αὐτοῦ τυγχάνει. *Quod mundus non ſit DEO coæternus, ſed ejus opificium.* In hoc dialogo exponit Zacharias quæ de eodem argumento diſputaverat Alexandriæ cum *Ammonio* illo Procli diſcipulo, & *Geſſio* Jatroſophiſta ſive Medicæ artis doctore.** Mentio etiam in hoc dialogo p. 333. *Euſtathii* Epiſcopi *Berytii*, qui Synodo Epheſinæ A. 449. & Chalcedonenſi A. 451. interfuit. Pythagoram & Platonem p. 341. notat fabulam de metempſychoſi accepiſſe ab Ægyptiis. Mundum hunc viſibilem, poſt res in viſibiles μετὰ τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν productum contendit p. 361. Hujus Dialogi Latina verſio à *Gentiano Herveto* concinnata, mihiqve nunquam viſa, traditur in Catalogo Bibl. Barberinæ vidiſſe lucem Venetiis A. 1556. Alia *Gilberto Genebrardo* auctore ſæpius prodiit in Bibliothecis Patrum, etiam in noviſſima Lugdunenſi T. IX. p. 759. Sed & idem libellus editus fuit Græce & Latine cum verſione & notis.

† Evagrius II. 2. III. 5. 6. 7. 18. Niceph XVI. 5. 6. 9. &c. Hujus Zachariæ Rhetoris hiſtoriam adhuc recentibus temporibus ſervatam CPoli ex Conſtant. Varini & Dannis Suzi Catalogis librorum MSS. annotavit Antonius Verderius. Nemo tamen quod ſciam hactenus qui eam viderit, nedum in lucem protulerit.

* Europe Savante A. 1718. Aout p. 233. 234.

** p. 339. τῶν Φοιτητῶν (τοῦ Ἀμμωνίου) ὁ περιφανέστατος Γέσσιος, ὃς τὴν αὐχένα τὴν ἱπποκράτους καὶ Κώου καὶ Γαληνοῦ καὶ ἐκ περιγαμηνῆς σοφίαν, καὶ τῶν ἰατρικὴν φιλοσοφούντων διδάσκαλος τοῦ τότε νεῶν προκάθηται.

notis *Joannis Tarini* ad calcem Philocaliæ Origenis, Pariſ. 1619. 4. Cum ejusdem Tarini (non Turriani, ut in Cavei Hiſt. litteraria ſcriptor. Eccleſ. excuſum) verſione notisque & notis *Caſp. Barthii* Lipſiæ 1654. 4. poſt Æneæ Gazæi Theophraſtum, ſive dialogum de animarum immortalitate: Fallitur enim Geſnerus, Simlerusqve qui Zachariæ Theophraſtum tribuunt. Exſtat præterea Zachariæ Ammonius Græce & Latine cum verſione Genebrardi & *Frontonis Ducæi* notis in Tomo priore auctarii Bibl. Patrum Pariſ. 1624. p. 331. & in Bibliotheca Patrum Morelliana A. 1644. 1654. Tomo XI. (notis Ducæi rejectis ad calcem Tomi XIII.)

2. *Diſputatio contra ea qvæ de duobus principiis à* Manichæo *qvodam ſcripta & projecta in viam publicam reperit, Juſtiniano Imperatore.* Scriptum breve unius paginæ, quod exſtat Latine ex *Franciſci Turriani* verſione in Henrici Caniſii Antiquis Lect. T. V. p. 143. Ingolſtad. 1604. 4. & in Bibliothecis Patrum Colon. 1618. T. VI. & Pariſ. 1644. 1654. T. IV. parte 2. & Lugd. T. IX. p. 794. Græce *MS.* Romæ in Collegio Jeſuitarum.

3. Inter eos qvi *Ariſtotelem* commentariis illuſtrarunt, Zacharias refertur in Codice Bibl. Coislinianæ de quo Clariſſ. Montfauconus p. 598.

Zachariæ qvidam alii.

Zacharias Hieroſolymitanus Patriarcha cujus *Epiſtola de abductione ſua in Perſidem* (A. C. 614.) Latine verſa exſtat in Bibliotheca Patrum T. XII. edit Lugd. p. 984.

Zacharias Papa Romanus ab A. 741. ad 752. de qvo Acta Sanctorum XV. Martii, T. 2. p. 406. ſeq. Exſtat ejus *Græca verſio dialogorum Gregorii Magni*, in editione Operum Gregorii Rom. 1590. & (ſuppletis ex Caniſii Antiquar. Lect. T. 3. p. 24. ſex & dimidio qvæ in priore deerane libri tertii capitibus) Pariſ. 1640. & in noviſſima, qvæ Benedictinorum cum lucem vidit, ibid. 1705. Tomo II. Aliorum Gregorii ſcriptorum verſiones Græcæ ab eodem Zacharia concinnatæ (qvas olim legit Photius Cod. 252.) interciderunt.

Zacharias Monachus Præmonſtratenſis * apud S. Martinum Laudunenſem & Chryſopolitanus Epiſcopus circa A. 1157. clarus Latine ſcripſit *Commentarium* non contemnendum *in Concordiam Evangelicam* ſive Monoteſſarum Græci ſcriptoris Ammonii Alex. libris IV qui ex veteri editione Colonienſi 1535. fol. recuſus exſtat in Bibliotheca Patrum Colon. Tomo XII. parte 1. & Lugd. T. XIX.

* Vide Alberici, monachi trium fontium Chronicon in illuſtris Leibnitii acceſſionibus Hiſtoricis editum ad A. 1157. cujus locum Cavens ante me obſervavit.

Zacharias Scordilius. Μαραθαρᾶ, Cretenſis, Vicarius Patriarchæ CPol. cujus περὶ τῶν τῆς συγγενείας βαθμῶν συνοπτικὴ συλλογὴ ἐκ διαφόρων, *de gradibus cognationis ſynoptica collectio* lucem vidit Græce Venet. 1588 8. Idem fortaſſe Zacharias ſacerdos Cretenſis cujus reſponſiones duodecim pro Græcis ad interrogationes Claudii Gviſii, Cardinalis Lotharingiæ exſtant Græce MS. in Bibl. Cæſarea. Vide Lambecium V. p. 239.

Zacharias Gerganus auctor Χριστιανικῆς κατηχήσεως Romanis oppoſitæ & in decem libros diſtributæ, quam oppugnandam in ſe ſuſcepit Jo. Matthæus Caryophilus, Archiepiſcopus Iconienſis. Hic Urbano VIII. inſcripſit & Græce ac Latine Rom. 1631. 4. edidit ἔλεγχον τῆς ψευδοχριστιανικῆς κατηχήσεως Ζαχαρίου τοῦ Γεργανοῦ ἀπὸ τὴν ἀρχήν, in quo Zachariam ſexcentis onerat conviciis, & LXX. blaſphemiarum reum peragere nititur, qvod in qvibusdam D. Luthero noſtro accedere potius (hoc eſt ipſi p. 327. Αὐτομολάτρης eſſe) qvam Pontificiis placitis aſſentiri maluit.

CAP. XXXVII.

De JOHANNE PHILOPONO Grammatico.

Joannis Philoponi ætas & vita. 1. *alii Joannes Grammatici.* 2. *Ejus libri VII. in Hexaëmeron* 3. *Index ſcriptorum in illis laudatorum, ibid. Diſputatio de paſchate.* 4. *Contra Proclum de æternitate Mundi.* 5. *in Porphyrii Iſagogen & ſcripta varia Ariſtotelis, commentarii.* 6. *Scripta alia edita.* 7. *inedita & deperdita.* 8.

IOANNES Alexandrinus, Chriſtianus, à multitudine ſcriptorum miraqve contentione laboris in ſtudiis qvibus animus ejus inqvies paſcebatur, PHILOPONI nomen tulit, GRAMMATICUM ipſemet ſe fuiſſe profeſſus a) fortaſſe qvoniam Gram-

a) Grammaticum paſſim vocat Simplicius in libros de Cœlo, & τῆς γραμματικῆς βίβλοις προσκείμενον. p. 12. & p. 17. Εἰ γραμματικός ἐστιν ὥσπερ ἑαυτὸν ἐπιγράφει. & p. 17. b. ὁ γραμματικὸν ἑαυτὸν λέγων. & p. 27. b. ὁ γραμματικὸν ἑαυτὸν ἐπιγράφων.

Grammaticam Alexandriæ publicè docuit. In Philoſophia præceptorem habuit *Ammonium* Hermeæ, cujus pleraqve commentariis Philoponi permixta leguntur. * Ætatem qva ſcripſit ſatis perſpicue tradit Commentario in librum IV. Phyſicorum, ubi de tempore diſputare incipit S. 2. *Φαμὲν γὰρ ἐνεστηκέναι νῦν καὶ ἑνιαυτὸν, καὶ μῆνα ἕνα καὶ ἡμέραν. Ἐνιαυτὸν Διοκλητιανοῦ ἔτους τλγ', μῆνα Παχών, ἡμέραν δεκάτην. dicimus præſentem jam eſſe annum, menſem & diem. Annum quidem Diocletiani* 333. b) CHriſti 617.) *menſem Pachon* (Majum) *diem decimam.* Etiam libros in Hexaëmeron dedicavit Sergio qvi A. 610. Thomæ in Archiepiſcopatu CPol. ſucceſſit, defunctus A. 639. Cumqve A. 641. Amrus c) Saracenorum dux cepiſſet Alexandriam, Joannes Philoponus ab eo rogavit ut libros Philoſophicos qvi in Gazophylaciis ſive Bibliothecis regiis reperirentur, ſibi concederet, tulit vero reſponſum hoc injuſſu Caliphæ Omari fieri non poſſe. At Omanus ab Amro conſultus reſpondit: d) *Quod ad libros quorum mentionem feciſti: ſi in illis contineatur quod cum libro Dei* (Alcorano) *conveniat, in libro Dei eſt quod ſufficiat abſque illis: quod ſi in illis fuerit, quod libro Dei repugnet, neutiquam eſt illis opus, jube igitur e medio tolli.* Juſſit ergo Amrus diſpergi eos per balnea Alexandriæ, qvibus calefaciendis per ſpatium ſemeſtre conſumti ſunt. Propter placita varia à Catholicis doctrinis abhorrentia male paſſim audit Philoponus, Chalcedonenſis ſynodi dogmatisqve de reſurrectione eorundem corporum oppugnator, e) auctorqve ſectæ Tritheitarum, f) confutatus à Georgio *Piſide*, g) Nicia, h) aliisqve, & in Concilio CPol. A. 681. i) inter alios hæreticos condemnatus.

II. Alii

* Vide quæ de hoc Ammonio dicta ſunt libro IV. cap. 26.

b) Petrus Petitus Miſcell. Obſervatt. III. 18. p. 191. male ponit annum Diocletiani 233, & CHriſti 576.

c) Vide Simonis Ockely librum Anglice editum: *conqueſt of Syria, Perſia and Ægypt by the Saracens*, Lond 1708. 8.

d) Abulpharajus Hiſtoria Dynaſtiar. p. 114.

e) Phot. Bibl. cod. 21. 22. 23. 55. 75. &c.

f) Nicetas Byz. in Allatii Græcia Orthodoxa T. 1. p. 915.

g) vide Nicephorum XVIII. 48. & Nicetam lib. 10. theſauri Orthodoxæ fidei.

h) de hoc infra, p. 390. De Theodoſio contra Philoponum Photius Cod. 22.

i) Actione XI. T 3. Harduin. p. 1288. Ἰωάννης ὁ Γραμματικὸς ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Φιλόπονος, μᾶλλον δὲ ματαιόπονος, Κόπων ἢ Εὐγένιος οἱ τρεῖς ὁ τριθεΐας τρισκαταράτοι πρόμαχοι.

II. Alii Joannes Grammatici.

Joannem Grammaticum à Philopono male distinguit V. C. Melchior Leydeckerus diss. 2. de Archæologia sacra §. 11. p. 25. ad calcem Tomi I. de Rep. Hebræorum, notatus eo nomine in memoriis litterariis Trevoltianis A. 1708. p. 620. Fuit tamen præter Philoponum etiam Joannes Grammaticus, *Cæsareensis* cujus Apologiam pro Synodo Chalcedonensi contra Timotheum memorat Anastasius in Hodego p. 90. & 96. & contra quem scripsit Severus Antiochenus, ut p. 345. annotavi: nec non Joannes Grammaticus cujus manu descriptum A. C. 925. commentarium Hieroclis in carmina Pythagoræ servari in Bibl. Cæsarea testatur Lambecius VII. p. 132. Ne dicam de Joanne *Charace*, cujus de Græcis encliticis vocibus scriptum exstat, de Joanne *Galeno* sive *Pediasimo*, de Joanne *Tzetza* &c.

Scripta Joannis Philoponi edita.

III. τῶν εἰς τὴν Μωυσέως κοσμογονίαν ἐξηγητικῶν λόγοι ζ'. *Commentariorum in Mosaicam Mundi creationem libri VII.* ad *Sergium* CPol. patriarchum quem Τῶν ἐν ἀρχιερεῦσι θεῷ φίλτατον μέγιστον ἐγκαλλώπισμα appellat, ejusqve hortatu suscepisse se hoc opus testatur. Prodierunt Græce & Latine cum versione *Balthasaris Corderii* S. I. qvi Codicem Bibl. Cæsareæ à Seb. Tegnagelio nactus, illos vulgavit Viennæ Austriæ 1630. 4. Non satis diligenter ubiqve in Græcis describendis versatum esse editorem testatus est Lambecius, qvi ex eodem Codice novam hujus operis editionem daturum se promisit cum notis in supplemento qvod meditabatur Bibliothecæ Patrum. Vide Lambecium lib. I. p. 138. seq. & III. p. 75. Statim in proœmio pro ἀκ ἀν ἐκτῶς qvod Corderius vertit *cum ab externis illis*, legendum ἀκ ἀνεκτῶς, *intolerabili more*: Ut alia doctissimo Cotelerio in notis ad monumenta Ecclesiæ Græcæ, aliisqve viris eruditis notata omittam. Insigne hoc Philoponi opus est, Photio pridem lectum & laudatum Cod. 43. & 240. atqve ex solo hoc propemodum integram versionem Aqvilæ, Symmachi & Theodotionis ad primum Geneseos caput datur colligere, ut videre licet lib. 3. hujus Bibl. cap. 12. atqve in eruditiss. Montfauconi Hexaplis Origenianis, incredibili & solertissimo studio ex omni antiqvitate editorum atqve ineditorum monumentorum erutis & concinnatis. Passim in his Philoponi libris laudatur Basilius k) & adversus Theodorum Mopsvestenum defenditur, qvem lib. I. c. 12. ait πλεῖστα μυθολογεῖν ἐν τοῖς εἰς τὴν γένεσιν

σα καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτῆς συγγράμμασι. Theodoretum Theodori argumentis libenter uti notat lib. 1. c. 14. & Theodori ὑποφαντικὴν nuncupat lib. 1. c. 18. & lib. 2. c. 15. citataque ibidem & lib. 1. c. 16. ejus solutiones εἰς τὰ τ παλαιᾶς γραφῆς ἀποῤῥήματα, quæ adhuc superſunt. De Moyſis fide & auctoritate inſignis locus lib. 2. cap. 13. Τὸ ἀξιόπιστον δὲ & προφήτου καὶ παρ' αὐταῖς τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐκείνοις ὑπ' αὐτῶν Χρησηρίοις ὁμολόγηται, καὶ γὰρ αὐτὸν ἡλικιώτων ἱερατείαν ἐργάτην ἐποίησεν ὁ Θεὸς, καὶ τ' ἀποφάσεις ἀξίωσε τ αὐτῷ, ὑποφήτην τε θείων νόμων γενέσθαι, καὶ τ τῶν μελλόντων προῤῥήσεως πληρωτὴν τε τῶν ὑποχίσεων καθίστησιν, ὧν τοῖς αὐτῷ πρωτότοκοι σὺν & παντὸς ἔθνους καθεπηγγείλατο, ἀφ' ἧττον πιστὸν τοῖς ἀνθρώποις συνίστησι, τῶν καὶ θείαν ἀπίστευσιν ὑπ' αὐτῷ λαχθήσεσθαι μελλόντων σὺν τ & κόσμου γενέσεως. *Quin & auctoritas fidesque Prophetæ ab ipſis quoque Græcorum ſapientibus, celeberrimisque illorum oraculis celebrata fuit. Etenim DEus ipſum tantorum prodigiorum patratorem reddidit, & ſui conſpectu dignatus eſt, nec non Legum Divinarum & prædicationis futurorum interpretem & executorem conſtituit promiſſionum quæ progenitoribus ejus de univerſa gente promiſſa fuerant, quibus rebus etiam ſibi apud homines fidem conciliavit quoad ea quæ ex mente DEI de Mundi origine dicturus erat.* De Salomonis Eccleſiaſte lib. 3. c. 10. ἠθικώτερον τῷ Σολομῶντι τὸ βιβλίον ἢ φυσικῶς διανενόηται, *liber iſte magis ad morum quam ad naturæ rerum vanitatem arguendam compoſitus eſt.* Plura in eandem ſententiam lib. 7. cap. 3. Aſpidis prope patrio Deo ab Ægyptiis cultæ mentio lib. 4. c. 1.

k) Baſilium laudat p. 2. 6. 7. 14. 15. 24. 28. 29. 75. 108. 111. 134. 162. 170. 176. Theodorus Mopſveſtenus oppugnatur p. 15. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 35. 39. 40. 44. 45. 47. 50. 74. 77. 78. 80. 84. 85. 90. 91. 95. 113. 119. 213. 223. 225. 226. 227. 229. 232. 233. 236. 237. 240. 241. 242. 243. Citatur propterea Anaxagoras 72. Ariſtoteles 17. 55. 73. 106. 142. 145. 152. 153. 168. 177. 254. ὁ φυσικώτατος 58. (Phyſici 72. 164. 253.) ἐν τῷ λαμβδᾳ τ μετὰ φυσικὰ πραγματείας 102. 104. Athanaſius. 134. Democritus. 72. Dionyſius Areopagita ὁ μὴ φιλοσοφίαν ἀκριβῆ τῇ εὐσεβείᾳ, τὸν Ἀθήνησι τ ἐκκλησίας θρόνον κοσμήσας. 134. Epiſtolâ ad Polycarpum Epiſc. 89. 117. Empedocles. 72. Euſebii Hiſt. Eccleſiaſtica. 89. 88. Gregorii (Nazianzeni & Nyſſeni) 134. Hipparchus Aſtronomus 14. 102. Hippocrates 55. Joſephi ἀρχαιολογία 89. Judæorum expoſitio. 214. Manichæi 61. 75. 276. Origenis & Baſilii diſputata adverſus Gentilitiacos. 272. 298. Oracula 71. 182. 183. Pappus & Ptolemæus ſecutatores Geographi. 153. Phlegon ἐν ταῖς Ὀλυμπιάσιν. 88. 89. 90. 119. 169. Pindarus. 184 Plato 5. 9. 71. 106. 107. 108. 122. 143. 172. 186. 249. 263. 282. Porphyrius libro ſecundo περὶ τ ἐκ λογίων φιλοσοφίας. 281. libro tertio. 282. 283. Ptolemæus 14. 102. 103. 104. 105. 153. 154. 155. Theodoretus 29. 32. 35. 39. 76.

IV. *Disputatio de Paschate, ὅτι τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡ σελήνης, πρὸ μιᾶς δὲ νομικῶς πάσχα τὸ μυστικὸν δεῖπνον τοῦ Κυρίου γέγονε δεῖπνον, καὶ οὐκ αὐτὸν ἦσθαι μετὰ τῶν μαθητῶν ἔφαγεν ὁ Χριστός. Decima tertia Lunæ, pridie Legalis Paschæ, mysticam Domini cœnam contigisse, neque CHristum tunc cum discipulis agnum comedisse.* Libris in Hexaëmeron Græce & Latine à Corderio subjectum legitur hoc scriptum p. 283-300. Incipit: Ἐζήτηται πῶς τῷ δείπνῳ τῷ διαπλησίῳ παλλοῖς. Depromtum ex eodem Codice Græco Cæsareo. Vide Lambecium lib. 1. p. 138. 143. & lib. 3. p. 75. Sub titulo *Joannis Damasceni de azymis* exstat in Codice MS. Bibl. Coislinianæ teste Montfaucono p. 585.

V. *Κατὰ Πρόκλου περὶ ἀϊδιότητος κόσμου, λύσεις λόγων ιβ'. Adversus Procli Diadochi pro æternitate Mundi argumenta duodeviginti, solutiones*, initio l) & fine mutilæ, & Græce primùm editæ à *Victore Trincavello* Medico, Venetiis in ædibus Bartholomæi Cisterzagensis, 1535. fol. & Latine ex versione eleganti *Joannis Mahotii* Argentenzi, qui eam Francisco à Turnone, Cardinali dedicavit. Lugd. 1557. fol. Etiam alteram Latinam versionem *Cæsparis Marcelli* Labbeus commemorat, vulgatam Venetiis 1551. fol. quam non vidi, nec *Mahotium* ejus meminisse observavi. Non dubium est hoc opus intelligi à Suida in Πρόκλος, m) ubi ait Proclum fuisse alterum qui post Porphyrium adversus Christianos bellum moverit, & Philoponum ejus XVIII. ἐπιχειρήματα egregie confutasse. Non æque exploratum videtur, hoc opere contineri commemorata Simplicio n) Philoponi quinque πολύστιχα βιβλία contra æternitatem Mundi, & librum sextum contra æternum mundi motum. Nam neque librorum numerus congruit, neque adeo prolixum opus hoc contra Proclum est, ut βιβλία πολύστιχα dici mereantur. Et præter pauca ea quæ adversus Aristotelem disputat Philoponus ad argumentum Procli XI. cap. 9. seq. diserte etiam promisit se Aristotelis de mundi æternitate sententiam singulari opere oppugnaturum VII. 6. X. 5. XIII. 1. Quod vero ait suo tempore accidisse, quod anno Diocletiani 245. contigit, XVI. 4. καὶ νῦν δὲ ἐφ' ἡμῶν καὶ τὸ λεγόμενον πρόσ-

l) initio deest liber primi caput 1. integrum & pars secundi capitis. Incipit Græca editio & Mahotii versio à verbis: αἰωνίως ἂν εἰς ἄπειρον ἄγοι, adeoque paullo locupletior est MSto Codice quem evolvit Lambinus, qui incipiebat à verbis: τῇ δὲ πεπερασμένῃ δυνάμει.

m) Confer quæ dixi Volum. VIII. cap. 26. p. 522. seq.

n) Vide ibid. p. 631. & 653. seq. ubi annotata reperies loca varia quibus Philoponum acerrime Simplicius perstringit, & oppugnat.

τεσσαρακοστὸν πέμπτον Διοκλητιανῦ ἔτους ἐν τῷ αὐτῷ Ζωδίῳ τῷ Ταύρῳ γεγόνασιν οἱ ἑπτὰ πλανώμενοι, οἱ καὶ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ μοίρᾳ ἀπαίσης. id paullo laxius accipiendum, vertendumqve sic: *nam & non longe à noſtris temporibus anno 245. Diocletiani, in uno eodemqve ſigno tauri, licet non in eodem gradu omnes ſeptem planetæ fuerunt.* Nam annus Diocletiani 245. reſpondet anno CHriſti 529. & ſupra demonſtratum eſt Philoponum centum annis poſt viviſſe.

VII. Commentarii Jo. Philoponi in Ariſtotelis libros.

1. *Vita Ariſtotelis* qvæ Ammonii Hermeæ nomine Græce & Latine plus ſimplici vice edita exſtat, in Codice Cæſareo refertur ad Joannem Philoponum, præmittiturque *Commentario in Categorias*, qui ſimiliter in Codice Coisliniano de quod Cl. Montfauconus p. 220. & in jam dicto Cæſareo MSto tribuitur non Ammonio, ſub cujus nomine lucem vidit; ſed Philopono, qui illum ex lectionibus *Ammonii* collegerit ac digeſſerit. Titulus ibi eſt: Ἰωάννου γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως ὁ Φιλόπονος ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου καὶ Ἑρμείου σχολικαὶ ἀποσημειώσεις εἰς τὰς Ἀριστοτέλους δέκα κατηγορίας. Vide Neſſelii Catalogum MSS. Bibl. Vindob. parte IV. p. 7. ſeq. qui Philoponi obſervationes ab Ammonianis in illo Codice diſtinctas, quæ in editis confuſim leguntur, exſtare notat. De *Ammonii* commentariis dixi lib. IV. c. 26. p. 163. ſqq. ubi etiam de illis qvæ *in prædicabilia* ſive *quinque Voces Porphyrii* exſtant, atqve ex ore Ammonii qvidem ſimiliter, ſed à Philopono digeſta monet Geſnerus in Bibl. & confirmat Codex Cæſareus de quo Neſſelius parte IV. p. 79.

2. *In Analytica priora* σχολικαὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου & Ἑρμείου, μετὰ τινων ἰδίων ἐπιβάσεων. *Commentaria annotationes ex ſcholis Ammonii Hermeæ cum quibusdam propriis meditationibus.* Adjuncti *Leontis Magentini* n) circa A. 1300. Metropolitæ Mytilenæi commentariis in eadem, & *Anonymi* o) libello de ſyllogiſmis prodierunt Græce Venetiis in ædibus Barthol. Zanetti Ciſterzagenſis 1536. fol. præmiſſa Victoris Trincavelli ad Herculem Gonzagam Epiſtola. Latinas verſiones tres Labbeus annotavit, unam *Guil. Dorotheï*, Venet. 1541. fol. alteram *Lucilli Philalthei*, ibid. 1544. 1548. 1553. 1555. & tertiam *Alexandri Juſtiniani*, Chii, Venet. apud Valgriſium 1560. fol.

n) De hoc dixi Volum. VI. p. p. 383. ſeq.

o) hanc ſynopſin dicatam Andreæ Wilckio, ſeparatim cum verſione & notis edidit Mich. Wolfius, Profeſſor in Academia Jenenſi, Jen. 1621. 8. Dederat etiam Latine Geſnerus Baſil. 1542. 8. & Balthaſar Baumbach, Neapoli 1605. 12.

3. *In Analytica posteriora*, una cum *Anonymi* Græci p) in librum posteriorem commentario, Venet. apud Aldum 1504. fol. & cum Variis Lect. aliorum Codicum, additoqve *Eustratii* q) Episcopi Nicæni commentario in eundem posteriorem librum, Venet. in ædibus hæredum Aldi & Andreæ Asulani soceri, 1534. fol. Labbeus etiam editionem Græcam A. 1554. memorat. Latine *Andrea Gratiolo* interprete, prodiit Venet. 1542. fol. Paris. 1543. fol. & Martiani Rotæ cura, Venet. 1559. 1568. fol.

4. *In quatuor primores libros Physicorum, sive auscultationis Physicæ*, Græce cum præfatione Victoris Trincavelli ad Casparem Contarenum Cardinalem. Venetiis in ædibus Barthol. Zanetti, 1535. fol. & Latine *Gvilelmo Dorotheo* interprete Venet. 1539. 1541. fol. & ex meliore *Jo. Baptistæ Raserii* versione ibid. 1558. 1569. 1581. fol. Etiam *quatuor posteriores Physicorum* libros à Philopono illustratos non est dubium, nam ipse suas σχολὰς in librum octavum, memorat t. 6. Atqve sunt qvi illas in Bibl. Vaticana MStas exstare testantur. Sed lucem hactenus non viderunt. In Coisliniano Codice de quo Eruditiss. Montfauconus p. 224. commentariis Philoponi in qvatuor priores Physicorum libros, subjiciuntur commentaria Simplicii in posteriores quatuor: non Philoponi, nisi in quintum fortasse librum.

5. *In librum primum Meteororum*, libri III. Græce prodierunt ad calcem *Olympiodori* in meteora, (de qvo supra, p. 351.) Venetiis apud Aldi filios, expensis nobilis viri Federici de Turisanis, eorum avunculi, 1551. fol. & Latine interprete *Joanne Baptisto Camotio*, Venet. 1551. & 1567. fol.

6. *In libros tres de anima*, Commentarii, ubi libri singuli in τμήματα, commentari ipsi in θεωρίας sive fusiores disputationes, & πράξεις sive lectiones verba philosophi brevi explicatione illustrantes a Philopono divisi fuerunt, sed distinctionis hujus vix in libro tertio aliqua supersunt vestigia. Prodiit hoc opus eximium Græce cum Victoris Trincavelli Epistola ad Nicolaum Rodulphum Cardinalem, Venet. in ædibus Barthol. Zanetti 1553. fol. Latinæ versiones à Labbeo laudantur duæ, una *Gentiani Herveti*, Lugd. 1544. 1558. & Venetiis 1554. 1568. fol. altera *Matthæi à Bove* Veronensis, Venet. 1544. 1581. fol.

7. *In*

p) à pag. 102. ad 114. In succincto hoc Anonymi commentario scriptores nullos memorati observo nisi p. 113. Theophrasti συναγωγὴν προβλημάτων & p. 112. b. Aristotelis πολλὰ τῶν προβλημάτων βιβλία.

q) de hoc Eustratio, qvi circa A. C. 1117. claruit, dixi lib. III. c. 6. §. XXIX.

7. *In libros duos de generatione & interitu*, Græce cum præfatione Francisci Asulani ad Jac. Sadoletum Episcopum Carpentoractensem, Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ Asulani soceri, 1527. fol. ante *Alexandrum Aphrodiseum* r) in Meteorologica & de mixtione. Et Latine interprete *Hieronymo Bagolino* Venet. 1540. 1543. 1548. 1559. fol.

8. *In libros quinque de generatione animalium* scholia Philoponi (an s) *Michaëlis Ephesii*) prodierunt Græce cum *Nicolai Petri* Corcyræi Epistola Græca ad Andream Matthæum Aquavivam, Ducem Adriensem. Venetiis per Joannem Antonium & fratres de Sabio 1526. fol. Latina ejusdem Nicolai Petri interpretatio, addito Latino textu Aristotelis ex Theodori Gazæ versione, ibid. anno eodem, mense Octobri, per Joannem Antonium & Stephanum ac fratres de Sabio, fol. litteris Gothicis.

9. *In libros XIV. Metaphysicorum* scholia Latine, *Fransisco Patricio* interprete, Ferrariæ * 1583. fol. nam Græce nunqvam prodierunt. Patricius autem qvi Codice Græco monasterii Basilianorum Monachorum quod Flattri dicebatur, in insula Cypro, usus fuit, dubitavit an auctor Philoponus esset, qvoniam contra illius morem paullo succinctiore commentandi ratione & à theorematibus ac digressionibus libera utitur. Ammonii tamen discipulum atqve adeo Philoponum facile agnoscas In Codice Cæsareo inscribitur: ἐξήγησις τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Ἀριστοτέλους ἀπὸ τῆς Φιλοπόνου ἰωάννου. Vide Nesselium parte IV. p. 107.

VIII. Alia Philoponi scripta edita.

Συναγωγὴ τῶν πρὸς διαφορὰν σημασίαν διαφόρων ἰουμβίων λέξεων collectio vocum quæ pro diversa significatione accentum diversum accipiunt, ordine litterarum digesta. Sæpius prodiit Græcis subjecta Lexicis. Sed separatim & qvintuplo à se auctam (ita tamen ut additamenta sua à primi auctoris

r) de hoc dictum est lib. cap. 25.

s) Conradus Gesnerus p. 424. Bibl. *Nicolaus Petrus Corcyræus Philopono hosce commentarios tribuit, à Sergio Stiso præceptore suo in Messappia iis se donatum scribens. Verum ego ab eruditio quodam viro in Italia accepi, eos nequaquam Philoponi esse sed* Michaëlis Ephesii, *si bene memini, quod etiam ipse facile credo Nam & multo breviores hi commentarii sunt, & paraphrasticam brevitatem Michaëlis pra se ferunt, & non inscribuntur ut reliqui commentarii Philoponi ex synusiis Ammonii Hermeæ &c.*

* Non Venetiis, ut legis in Erasmiana. p. 46.

ris obſervatis diſtinxerit) uſibus ſtudioſorum Græcæ lingvæ obtulit vir multis aliis majoribus nominibus de illa meritiſſimus *Eraſmus Schmidius* Witeb. 1615. 8. Titulus eſt: *Cyrilli*, *vel ut alii volunt Joannis Philoponi* (hujus eſſe non dubitabat H. Stephanus) *opuſculum utiliſſimum de differentiis vocum Græcarum, quoad tonum, ſpiritum, genus &c.* Acceſſit Schmidii diſſertatio de pronunciatione Græca antiqva.

Περὶ Διαλέκτων *de quinque dialectis Græcæ lingvæ, ἐκ τῶν Ἰωάννου τῆ γραμματικῆ ἰσχνιῶν* ſive ex *Arte Grammatica* Joannis Philoponi (an Jannis Characis? ut ſuſpicatur Geſnerus) prodiit Græce cum aliis Grammaticis ſcriptis in Varini Camertis theſauro, cornu copiæ & hortis Adonidis apud Aldum 1496. fol. & minoribus typis 1504. fol. nec non ad calcem Lexici Græcolatini Venet. 1523. fol. & deinde ſæpius: etiam Latine in *Appendice* theſauri Græcæ Linguæ qvem H. Stephano debemus, & ad calcem Lexici Joannis Scapulæ.

Scholia in Heſiodum quæ ſe habere teſtatus eſt Jo. Alexander Braſſicanus præf. ad Salvianum, puto fuiſſe edita illa vel in Opera & dies qvæ Johannem Tzetzem auctorem habent, vel in Theogoniam ſed quæ non Johannis Philoponi ſunt ſed Johannis Galeni ſive Pediaſimi. Vide ſi placet quæ dixi lib. 2. hujus Bibl c. 8. §. 16.

IX. Scripta Philoponi inedita vel deperdita.

In *Platonem* aliqua ſcripſiſſe colligas è Nicephori XVIII. 47. ubi cum Philoponum Platonis & Ariſtotelis Philoſophiæ peritiſſimum laudaſſet, ſubjungit, οἵΣ καὶ πλείω, μάλιστα δὲ τῶν Ἀριστοτέλους ἀποῤῥήτων λαμπροτάτας ἐξηγήσεις κατέλιπεν. Atque in Codice Bibl. Coislinianæ cujus meminit Cl. Montfauconus p. 598. inter τὺς Πλάτωνα ἐπομνηματίζοντας memoratur Ἰωάννης ὁ Φιλόπονος, ὅσις καὶ κατὰ Περσκιανὸν t) ἡγωνίσατο, πολλάκις δὲ καὶ κατὰ Ἀριστοτέλους.

In Ptolemæi magnam Syntaxin. Meminit Theodorus Meliteniota, ſupra p. 206.

In Nicomachi Geraſeni Arithmeticam. Exſtat MS. in variis Bibliothecis, etiam in Johannea, hujus Urbis Hamb. ex legato viri ſummi, Lucæ Holſtenii. Vide quæ dixi lib. IV. cap. 22. §. 3. Svidas etiam inter Philoponi ſcripta memorat συγγράμματα γραμματικὰ, φιλόσοφα, ἀριθμητικά.

De

t) contra Priſcianum Lydum Philoſophum de quo lib. III. c. 9. §. 15.

De usu astrolabii, MS. habuit Thomas Reneſius. Exſtat etiam in Bibl. Cæſarea. & (Geſnero teſte) in Italiæ Bibliothecis.

De orthographia liber & alius περὶ λέξεως MSS. in Bibl. Cæſarea. Vide Neſſelium parte IV. p. 130. & 141.

De Atticis particulis opuſculum Geſnerus memorat in Bibl.

ἐπτὰ λόγοι συγγράμματα Suidas in Ἰωάννης.

βιβλιδάριον, *libellus* περὶ τῶν δογματισθέντων περὶ τῆς ἁγίας τριάδος adverſus ea quæ *de SS. Trinitate* docuit in ſermone Catechetico *Joannes Scholaſticus* Patriarcha CPol. (defunctus *A.* 577.) Vide Photium Cod. 75.

Contra Synodum Chalcedonenſem. Meminit Photius Cod. 55.

περὶ ἀναστάσεως *de ſurrectione* opus in plures λόγους diſtinctum, quorum numerus apud Photium Cod. 21. excidit. In illo ſententiam Origenis de corporibus reſuſcitatorum ſpiritalibus defenſitavit, ut conſtat ex illius verbis quæ adducit Nicephorus XVIII. 47. Oppugnarunt Philoponum *Theodoſius* Monachus de quo Photius Cod. 22. nec non *Conon*, *Eugenius*, *Themiſtius*, de quibus Cod. 23.

Διαιτητὴς ſive *Arbiter* ſententiarum περὶ ἑνώσεως, *de unione naturarum in CHriſto*, compoſitus Sergio CPol. Patriarcha ſvadente, ſi credimus Nicephoro XVIII. 47. & hæreſi Monophyſitarum defendendæ deſtinatus. Fragmenta ex eo leguntur in Damaſceno de hæreſibus apud Coteler. T. 1. monumentor. p. 309. ubi legas ἐκ τῶν Ἀλυπίου τοῦ Διαιτητοῦ. Sed in nova edit. Damaſceni T. 1. p. 101. V. C. Michaël le Qvien Poſſevinum ſecutus edidit: ἐκ τῶν δ' λόγων. atque ita etiam fuit in Codice deſideratiſſimi noſtri Godfr. Olearii, cujus mentio in Actis Erud. T. 2. ſupplem. p. 477. Certe dialogorum moris nullum in illis fragmentis ſatis licet longis veſtigium. Κεφαλαίων decem Nicephorus: ſeptem *Photius* Cod. 50. meminit, narrans *Niciam* Monachum ſcripſiſſe κατὰ τῶν τοῦ Φιλοπόνου κεφαλαίων ζ' ὧν διεμνημόνευσεν ἐν τῷ καλουμένῳ αὐτοῦ λόγῳ διαιτητῆς. *Anaſtaſii* Antiocheni λόγον κατὰ τοῦ Διαιτητοῦ, μᾶλλον δὲ διαιρέτου, laudat S. Maximus confeſſor T. 2. Opp. p. 124. Ex *Georgii Piſidæ* jambis adverſus Philoponum quædam affert Nicephorus XVIII. 48. ubi etiam *Leontii* Monachi librum capitum triginta, Philopono oppoſitum celebrat.

Περὶς Ἑλληνας συγγράμματα eidem Nicephoro c. 47. memorata haud diverſa puto à libris contra Ethnicorum Philoſophorum dogma *de Mundi æternitate*, de quibus ſupra p. 360. & ab opere adverſus Jamblichum,

κατὰ

κατὰ δ σπουδῆς Ἰαμβλίχῳ ἐν ἐπέχειν τῶν ἀγαλμάτων, *Imagines* sive *idola numine cassa esse*, contra *Iamblichum* Philosophum. De hoc scripto Photius Cod. 215.

Adversus hæreses. πρὸς λοιπὰς τῶν αἱρέσεων. Niceph. XVIII. 47.

Κατὰ Σεβήρου, *contra Severum* Antiochenum, Suid. in Γραμμ. Ex hoc opere puto esse κεφάλαια ζ πρὸς τοὺς Ἀκεφάλους *Capita XVII. adversus Acephalos*, MSS. in Bibl. Cæsarea teste Lambecio IV. p. 215. Incipit: Εἰ ὁ λέγων τὸν Θεὸν μόνον, τὸν Χριστὸν, μανιχαΐζει, καὶ ὁ λέγων μόνον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, παυλιανίζει, καὶ ὁ λέγων Θεὸν τέλειον τὸν Χριστὸν, ἄνθρωπον δὲ ἀτέλειον, ἀπολιναρίζει.

Διαίρεσις τῶν τεσσάρων ψυχικῶν δυνάμεων πρὸς τὰς τέσσαρας γενικωτάτας ἀρετὰς, πῶς ἐν ταῖς τρισὶν εἰσιν αἱ τέσσαρες. *quomodo virtutes quatuor cardinales sint in tribus facultatibus animæ.* MS. ibid. p. 216. Incip. Φασί τινες, Τὶ δήποτε.

Liber Philoponi de pulsibus, qvem Gesnerus in Bibl. commemorat & in Italiæ Bibliothecis MS. extare testatur, fuit etiam MS. apud Cl. V. Thomam Reinesium. Sed puto alium habuit auctorem Medicum hoc nomine, aut non diversus fuit à libro de pulsibus qvem habemus sub nomine *Philareti*, Latine editum ex versione Albani Torini Vitodurensis, ad calcem Aëtii Latine vulgati Basil. 1533. 8. & inter Medicos principes H. Stephani 1567. fol. post Aëtium. Philoponum Medicum ex Paulo Ægineta memorat Andreas Tiraqvellus lib. de Nobilitate p. 389.

* * *

Indices scriptorum in Philopono contra Proclum & in Commentariis ad Aristotelem laudatorum dare animus est infra, capite XXXIX.

CAP.

CAP. XXXVIII.
De PHOTIO Patriarcha CPol.

Photii ætas & vita. 1. *Synodi in cauſſa Photiana celebratæ.* 2. *Scriptores de cauſſa Photiana Photio infeſti.* 3. *Photio æquiores.* 4. *Photii alii circiter viginti.* 5. *De Photii Bibliotheca.* 6. *Editiones Bibliothecæ Photianæ.* 7. *Verſiones affectæ aut ineditæ, vel editiones promiſſæ.* 8. *Index ſcriptorum de quibus Photius diſſerit, variis illuſtratus obſervationibus.* 9. *Epiſtolæ Photii.* 10. *Index eorum ad quos Photius ſcripſit.* 11. *Libri quatuor contra Manichæos.* 12. *Nomocanon.* 13. *Alia ejus ſcripta edita.* 14. *Scripta adverſus Latinos.* 15. *Amphilochia.* 16. *alia Photii ſcripta inedita.* 17. *& deperdita.* 18. *Photii ſcripta per odium à Latinis exuſta, vel ſuppreſſa aut interpolata.* 19.

I.

PHOTIUS Taraſii patricii, cui Bibliothecam inſcripſit, frater, ex nobiliſſima proſapia, Taraſium A. C. 806. defunctum Patriarcham habuit πατρόθεον, a) quod propatruum interpretor. Omnibus ingenii dotibus illuſtris maximisque negotiis aulicis primum ac civilibus, b) deinde ab A. C. 858. Eccleſiaſticis c) admotus, maxi-

a) Photius ipſe Epiſt. Encyclica p. 60. ubi male Montacutius πατροθεσιον interpretatur *patrem.* Allatio p. 356. contra Creyghtonum πατρόθεος eſt ὁ πρὸς πατρὸς θεῖος ſive patruus. Sed temporis ratio ſvadet potius intelligi τὸν ἓξ πατρὸς θεῖον, propatruum, quem ab aliis proavunculum appellari video.

b) Functus eſt Photius munere protoſpatharii ſive præfecti ſatellitum Imperatoriorum & protoſecretarii ac Senatoris præcipui, & ab Michaële Imp. CPolitano miſſus legatus ad Aſſyrios. Vide Hanckium de Byz. rerum ſcriptor. p. 273. ſeq & de legatione in Aſſyriam Photium ipſum præf. ad Bibliohec. Pro Πρωτοσπαθάριος apud Conſtantinum Porphyrogenitum de adminiſtrando Imperio c. 51. & alibi eſt $\overset{\vartheta}{a}$, in Photii Epiſtolis ſubinde ſcribitur απαθάριος, qvod Meurſium Conſtantini & Montacutium Photii Epiſtolarum interpretem fugit, ſed ab eo tempore notatum à multis, ut Harduino in numis urbium illuſtratis p. 167. Cangio in gloſſar. in απαθάριος.

c) In locum Ignatii, Bardâ Imperatoris avunculo & Curopalata, ſive aulæ Magiſtro potiſſimum impellente dejecti coactique ſe abdicare A. 858. creatus eſt Patriarcha Photius 25. Dec. ita non improbe inhians illi dignitati, ut in Epiſt. VI. ad Bardam p. 69. ſcribat ſe mortem potius præoptaſſe. Ἀλλ' ἦν τὸ δὲ ἀγόμενος καὶ ἐλκόμενος &c *eamque ob cauſam actus & attractus moleſte eam rem ferebam. Atque utinam me mors prius invaſiſſet, antequam hanc violentam, intolerabili potius electione arriperer. Nequaquam tot & tantorum malorum fluctus animam meam quotidie &c.*

maximorum in Ecclesia motuum materia & occasio fuit, quos multis & magnis voluminibus ex diversarum partium studio, prout amor vel odium scribentibus svasit, diversimode narratos ac traditos non licet legere sine indignatione, scissasque in hunc usque diem exinde Ecclesias non sine dolore intueri. Fabulam de spadone *Photio*, perversam multis à Baronio atque ut Canonibus adversam docerent ejus ordinationem, identidem ingestam refellit Martinus Hankius qui Photii vitam accurate & diligenter scripsit libro de Byzantinarum rerum scriptoribus Lipsi. 1677. 4. parte 1. cap. 18. §. 3. seq. & Frid. Spanhemius filius libro de Papa fœmina T. 2. Operum p. 627. 634. Antonius *Pagi* ad A. C. 868. num. VIII. Quod ex *Laico* ordinatus sit Episcopus ac Patriarcha, negari non potest, sed hoc Tarasii, Nicephori, Nectarii, Georgii Cyprii, & Georgii Scholarii *Patriarcharum* CPol. Thalassii item Cæsareensis, Cypriani Carthaginiensis, Ambrosii Mediolanensis, Epiphanii Salaminiæ in Cypro & multorum aliorum exemplis defenditur. d) Patriarchali sede bis pulsus est Photius, semel à Basilio Macedone A. 867. 25. Sept. quod ipsum super interfecto *Michaële* Imp. graviter reprehensum sacris interdixisset e): atque iterum à Leone sapiente Basilii F. A. 886. quod jure an injuria insidiarum conscius argueretur cum Theodoro Santabareno, cui etiam effossi sunt oculi. f) Ex priore illa depositione restitutus fuit jussu ejusdem Basilii omniumque consensu g) cum Ignatius Photii decessor diem obiisset 23. Octobr. A. 877. Sed post alteram, obiit in exilio in monasterio Armeniacorum Bordi dicto, h) circa A. 891. i) cum ipsi A. 886. successor datus esset vix sedecim natus annos Stephanus Porphyrogenitus Leonis Sapientis frater, de quo Acta Sanctor. 17. Maj. T. IV. p. 36. seq.

II. Synodi in caussa Photiana celebrata CPoli.

Pro Photio.

A. 861. contra Ignatium, duplici congressu Episcoporum 318. unde ἡ πρώτη καὶ δευτέρα λειτουργία in templo SS. Apostolorum celebrata. Ejus

d) Vide Allatium de consensu Ecclesiæ Græcæ & Lat. p. 594. & libro de ætate & interstitiis in collatione ordinum p. 165. seq. Nic. Comnenum prænotionibus Mystagog. p. 130. seq.

e) Hankius libro laudato §. CVII. seq. p. 336.

f) Idem § CLXXVII. seq. p. 384.

g) Vide Harduini Concilia T. VI. p. 254.

h) Anselmus Bandurius in serie Chronologica Antiquitatibus CPol. præmissa p. XLVI. ex Zonaræ Annal. T. 3. p. 141.

i) Anton. Pagi ad A. C. 886. num. V.

Ejus Canones XVII. exſtant T. V. Harduin. p. 1195. Eosdem agnoſcunt & illuſtrant Jo. Zonaras, Theod. Balſamon & alii Græci Canonum interpretes. Acta periere. *Latrocinalem* vocat Nicolaus I. Papa, Stylianus Neocæſarienſis συνέδριον ληστικόν. Invehuntur in eam una cum aliis Ignatianæ partis Nicetas in Ignatii vita p. 966. ſeq. T. V. Concilior. edit. Harduini. Alii Græci amplectuntur.

Poſt hanc alia tria Photiana Concilia celebrata Allatius p. 278. contra Creyghtonum & libro de octava Synodo Photiana p. 8. notat: unum contra Nicolaum Papam, & alterum iterum contra Ignatium, tertium iterum contra Papam, de quibus Synodis nihil præterea conſtat, qvemadmodum nec de illa qvam habuit Photius apud Blachernas ſub initium Patriarchatus ſui A. 859.

A. 879. Epiſcoporum 383. in æde S. Sophiæ poſt Ignatium A. 877. jam defunctum, præſentibus & Photium agnoſcentibus Ioannis VIII. *Papæ* legatis. Acta hujus Concilii, quod octavi generalis nomine Græcis Photianarum partium, ut ſunt plerique, venit, diu delituere in Bibl. Vaticana & Columnarum, è quibus excerpta qvædam Latine dedit Baronius ad A. 879. n. 63. ſeq. teſtatus ea integra ſe poſſidere ex verſione Friderici Metii: Atque inde Binius T. 3. Conciliorum parte 2. p. 100. Labbeus T. IX. p. 324. Harduin. T. VI p. 210. Confer Eliam du Pin T. 7. Bibl. Eccleſ. p. 99. ſeq. Alia ex Ioannis Becci ſive Vecci Patriarchæ CPol. λόγῳ de pace Eccleſiæ *Beveregius* T. 2. magni Synodici p. 273. Græce & Lat. Oxon. 1672. fol. Ex his & aliis quæ evoluiſſe ſe teſtatur excerptis Actionum VII. numero diviſis hiſtoriam hujus concilii tradit Gvil. Caveus in parte altera Hiſt. literaria ſcriptorum Eccleſ. ad A. 879. Denique *Acta* integra Græce & Latine vulgavit ex Vaticano Codice Io. Harduinus T. VI. Concil. p. 214-343. Hujus acta ſervantur etiam in Bibl. Bavarica Radero teſte, atque in Cæſarea, ut notat Neſſelius p. 154. una cum *Epiſtola* Joannis VIII. ad Photium.

Contra *Photium*.

A. 869. pro Ignatio Epiſcoporum 102. præſide per vicarios ſuos *Hadriano* II. *Papa*. k) Acta hujus Synodi decem πράξεσι ſive *Actionibus* diviſa, quæ Romanæ Eccleſiæ ſociis & Græcis quibusdam λαλιαῖς Oecumenica octava Synodus eſt, ex Anaſtaſii Bibliothecarii paſſim locupletiore verſione, & Græce cum nova interpretatione Matthæi Raderi S. I. (qui illa primum utraque lingua edidit Ingolſtad. 1604. 4.) occurrunt in Conciliis Binii T. III. part. 1. & Labbei T. VIII. atque Harduini T. V.

k) Confer Launojum VIII. 10. Epiſt. p. 734. ſeq. edit. Lond. Franciſcum Joverium in velitatione de octava Synodo.

III. Scriptores de cauſſa Photiana, Photio infeſti.

Nicolaus I. Hadrianus II. & alii *Pontifices Photium* damnantes. Vide Io. Veccum lib. 3. de proceſſ. Spiritus *S.* apud *Allat.* de purgatorio p. 829. ſeq.

Nicetas Paphlago in vita Ignatii *Patriarchæ*, & alia *Styliani* Mapæ, Neocæſar. Epiſcopi, Theognoſti Monachi & aliorum ſcripta cum Synodo *Anni* 869. edita, & *Anaſtaſius* Bibliothecarius Synodi illius interpres, tum præfat. ad *Synodum* tum in Vitiis Pontificum.

Auctor libelli Synodici à Io. Pappo editi.

Auctor vitæ S. Nicolai Studitæ, in Actis Sanctor. T. 1. Februar. p. 548.

Cæſar Baronius & *Henr. Spondanus* ad A. 858. ſeq. *Antonius Pagi* in cenſura Baroniana.

Andreas Schottus præfat. ad Photii Bibliothecam.

Leo Allatius libro de Synodo octava Photiana Rom. 1662. 8. & contra Creygthonum Exerc. XVI. ſeq. p. 272. ſeq. & de conſenſu utriusque Eccleſiæ lib. 2. cap. 4. 5. 6. 7. ac de libris Eccleſiaſticis Græcor. p. 147. ſeq

Lud. Maimburgius in Hiſtoria ſchiſmatis Græcorum, edita Gallice Paris 1677. 4. Amſtelod. 1682. 12. Et à *Maimburgio* auctor ſupplementi ad Lexicon Hiſtoricum Morerianum.

Natalis Alexander Hiſtoriæ Eccleſ. *Seculi* IX. & X. diſſertatione IV. quæ eſt de ſchiſmate Photiano.

Elias du Pin Tomo VII. Bibliothecæ Eccleſ. & alii ſcriptores Hiſtoriæ Eccleſ. Romanis ſacris addicti, ut *Nic. Vignier*, *Anton. Godeau*, *Claud. Fleury* &c.

IV. Photio æquiores.

Joannes VIII. Epiſtolâ ad *Photium* & alii in Synodo A. 879.

Joannes Zonaras Tomo III. Annal. Ioannes Scylitzes Curopalata, Cedrenus & alii Hiſtoriarum illius temporis ſcriptores Græci.

Magdeburgenſes Centuria IX. & alii Hiſtoriæ Eccleſ. ſcriptores è Proteſtantibus.

Richardus Montacutius notis ad Photii Epiſtolas editas Lond. 1651. fol.

Robertus Creygthon prolegom. ad *Sylveſtri* Sguropuli Hiſtoriam *Synodi* Florentinæ Hagæ 1660. fol.

Martinus Hanckius libro de Hiſt. *Byz.* ſcriptoribus part. 1. cap. 18. Lipſ. 1677. 4.

Guil.

Guil. Cave in Hiſtoria litteraria ſcriptorum Eccleſ. ad *A.* C. 850. & in conſpectu ſæculi noni quod ipſe appellat Photianum.

Phil. Mornæus in Myſterio iniquitatis ſive Hiſtoria Papatus p. 165. ſeq. 182. &c. *Jean le Sueur* Hiſt. de l' Egliſe &c.

Humfredus Hody in libro *A*nglice edito de ſedibus vacantibus, *caſe of ſees vacant* capite XIV. p. 139-169.

V. Photii alii circiter viginti.

Photius *Babylonis* Epiſcopus qui interfuit Concilio CPol. A. C. 460.

Photius *Beliſarii* ex Antonina privignus, memoratus Procopio in Hiſt. arcana p. 5. & lib 1. de bello Gothico c. 5. aliisqve in locis.

Photius Epiſcopus *Clerorum κλήρων* in Phrygia Salutari, interfuit Synodo Photianæ *A.* 879.

Photius presbyter *CPol.* cum Neſtorio condemnatus A. C. 435. Vide Chriſtianum Lupum ad Epiſtolas à ſe editas p. 557. & Tillemontium T. 14. memor. p. 607. 787. ſeq.

Photius *Corinthi* Epiſcopus qvi interfuit Concilio CPol. ſub Menna *A.* C. 536. & in qvibusdam Codicibus appellatur Photinus.

Photius *Cypri*, in Synodo Sardicenſi A. 347.

Photius *Iborenſis* ſive Ibororum in Helleſponto, qui interfuit ſynodo Trullanæ *A.* 687.

Photius Epiſcopus *Nacoliæ* in Phrygia Salutari, interfuit Concilio *CPol.* A. 869.

Photius navis præfectus *ἀνὴρ πολεμιστὴς καὶ δεξιός* tempore Baſilii Macedonis atqve adeo Photii Patriarchæ. Vide Cedrenum p. 478.

Photius *Nicææ* in Bithinynia Epiſcopus qui interfuit Concilio ſexto generali celebrato CPol. A. 680.

Photius *Nicopoleos* in Armenia Epiſcopus qui Synodo Trullanæ A. 687. interfuit.

Photius interfector Phocæ Imperatoris A. C. 610. de qvo Nicephorus CPol. in breviario p. 4.

Photius *πρωτόνου* ad quem Epiſtolæ Severi Antiocheni.

Photius *Ruſſiæ* Metropolita cujus meminit Sguropulus in Hiſtoriâ Synodi Florentinæ habitæ A. 1438. p. 14.

Photius *ſcevophylax* & Logotheta CPol. qui ſcripſit vitam Lucilliani hieromartyris quam cum Conradi Janningi verſione habes in Actis ſanctor.

ctor. T. 1. Junii p 276-286. Laudavit Allatius p. 753. libri de purgatorio. Incipit: πάλαι μὲν ἐγυμνάζεσθε.

Photius *Sebaſtopoleos* in Armenia prima Epiſcopus, qui interfuit Synodo Trullanæ A. C. 687.

Photius *Sophiſta*, Magiſter Nicobuli, cujus mentio in *Epiſtolis* Gregorii Naz. 61. 91. & 118. Vide Tillemontii memorias Hiſt. Eccleſ. T. IX. p. 544.

Photius *Theodori* Studitæ, de quo ſupra cap. 33. pater.

Photius *Tyrius* Metropolita qui A. 449. Synodo Epheſinæ interfuit & cujus libellus ſupplex ad Marcianum Imp. exſtat in actis Concilii Chalced. A. 451. actione IV. T. 2. Binii p. 243. & T. 4. Labbei p. 541. & T. 2. Harduin. p. 435. Iterum mentio p. 503. & 531. Huic συναγωγὴν καὶ ἔκθεσιν τῶν ἁγίων πασῶν συνόδων tribuit Stephanus le Moyne notis ad Varia ſacra p. 783. Hic eſt *Photius* qui Theoſii junioris Imp. juſſu cum Euſtathio Beryti Epiſcopo cognovit de cauſſa Ibæ Epiſcopi, ſcriptaque ab eo ad Marin Perſam Epiſtola, & eum abſolvit. Vide Vigilii Papæ conſtitutum A. C. 554. in Baluzii nova collectione Concil. p. 1554. ſeq.

Denique in Catena Corderiana ad Lucam pro *Phoſterio* Photio nomen reponendum haud dubitat Combefiſius in Bibl. Concionatoria. Sed iſte Photius haud alius à Patriarcha CPol. de cujus ſcriptis deinceps dicendum.

VI. Photii Bibliotheca.

Inſignis theſaurus non liber, qui ab auctore inſcribitur ἀναγραφὴ καὶ συναρίθμησις τῶν ἀνεγνωσμένων ἡμῖν βιβλίων, ὧν εἰς παραλαμβὴν λόγιωσιν ὁ ἡγαπημένος ἡμῶν ἀδελφὸς ταράσιος ἐζητήσατο, ἔστι δὲ τὰ πάντα ἑκατὸν δεόντων ἑνὶ τριακόσια. *Deſcriptio atque enumeratio lectorum à nobis librorum, quorum argumenta cognoſcere deſideravit dilectus frater noſter Taraſius, ſuntque viginti & uno demtis trecenti.* Hoc opus Photius compoſuit antequam crearetur Patriarcha, cum obiret legationem in Aſſyriam, ut ipſe in Epiſtola ad Taraſium l) teſtatur. Dedit autem in illo ſpecimen pulcherrimum Hiſtoriæ librorum Criticæ, quod mirum eſt per tot annorum centurias non plures imitatores habuiſſe, donec noſtra ætate jam à quinquaginta annis tanto illud cum fructu frequentatur per varias Europæ linguas ab Ephemeridum literariarum & Actorum eruditorum clariſſimis ſcriptoribus, quibus

l) Hæc in edit. Græca legitur ad calcem operis p. 892. in aliis rectius præmittitur.

quibus omnibus præiviſſe Photius exemplo ſuo, m) & quomodo cum laude in illo genere verſari deberent, præclare demonſtraſſe utique videtur. Certe ſive varietatem & copiam librorum ſpectes, omnis generis inſignes in hac Bibliotheca reperies, Theologos ac Doctores Eccleſiæ, Conciliorum acta & juris Eccleſiaſtici commentarios, Medicos, Philoſophos, Hiſtoricos, Oratores, Grammaticos, ſed poëmata vix ullum præter unas ſacrorum librorum Metaphraſes ab Eudocia Auguſta Homericis verſibus concinnatas. Si diligentiam requiras, experieris eum jam de ſcriptoribus ipſis, jam de ſcriptis qvæ ſcitu digna ſunt, annotare, argumentum & ordinem ac ſcopum libri cujusque exponere plerumque, perſpicue & accurate jam pluribus jam paucioribus verbis, & non raro ſelecta ex illis loca & quæ in primis digna notatu viſa ipſi ſunt, excerpere. Si denique judicium reſpicias Critici, videbis eum cenſuram ferre de ſtylo ſcriptorum, de tractandi ratione, de doctrina ipſa, idque ſinceritate & acumine tanto, tanta libertate etiam in antiquioribus Eccleſiæ ſcriptoribus, ut hoc doctos quosdam viros male habuerit, n) tam eruditam autem ferre cenſuram & acrem, ut facile appareat eum rerum de quibus loquitur peritiſſimum fuiſſe. Itaque veritas ipſa inimico Photiani nominis Nicetæ Paphlagoni extorſit, ut in vita Ignatii o) ſcriberet Photium *Τῶν εὐγενῶν καὶ σάρκα καὶ φιλοσόφων σοφίᾳ τε κοσμικῇ καὶ συνέσει τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ τεθραμμένων εὐδοκιμώτατον πάντων νομιζόμενον, γραμματικῆς μὲν γὰρ καὶ ποιήσεως ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας, ναὶ δὴ καὶ ἰατρικῆς* p) *καὶ πάσης ὀλίγου δεῖν ἐπιστήμης τῶν θύραθεν τοιοῦτον αὐτῷ τὸ φρόνιμον ὡς μὴ μόνον σχεδὸν φάναι τῶν καθ' ἣν αὐτὸς γενεὰν πάντων διενεγκεῖν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τοὺς παλαιοὺς αὐτοὺς ἀμιλλᾶσθαι· πάντα γὰρ συνέτρεχεν ἐπ' αὐτῷ, ἡ ἐπιτηδειότης τὴ φύσεως, ἡ σπουδή, ὁ πλοῦτος, δι' ὧν καὶ βίβλοις ἐπ' αὐτὸν ἔρρει πᾶσα. πλέον δὲ πάντων ὁ τῆς δόξης ἔρως, δι' ὃν αὐτῷ καὶ νύκτες ἄϋπνοι πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν ἐμμελῶς ἐχολακότι. Claris & illuſtribus ortundum natalibus rerumque civilium & politicarum uſu prudentiaque & ſcientia clariſſimum. Grammaticæ enim litteraturæ & carminis pangendi dicendique laude, quin & Philoſophiæ & Medicinæ* p) *& omnium prope liberalium diſciplinarum ſtudio cogni-*

m) Confer Chriſtianum Junckerum *Τὸν μαχαίτην* in ſchediaſmate Hiſtorico de Diariis eruditorum edito Lipſiæ 1692. 12. p. 72. & Conſtantinum Wolfium in diſſ. de Photio Ephemeridum eruditorum inventore Witeb. 1688.

n) H. Dodvvellus diſſ. ad Irenæum p. 401. *Ita ſæpe ſeverus veterrimorum Patrum cenſor eſt Photius, propterea à Bullo noſtro merito caſtigatus.*

o) in Conciliis Harduini T. V. p 959.

p) De medica Photii peritia confer ipſius Epiſt. 169.

cognitioneque tantopere florebat, ut ævi sui facile princeps haberetur, imo & cum veteribus jam certare posset. Omnia quippe in illo concurrerant, aptitudo quædam & naturæ vis ac felicitas, studium, opes, quibus sibi librorum maximam copiam q) *comparabat: & quod præ cunctis, gloriæ laudisque cupido, qua incensus totas noctes, ut lectioni assidue vacaret, ducebat insomnes.* Post hoc inimici hominis testimonium non opus est aliorum de Photio ejusqve βιβλιοπανσυλλέκτῳ Ἀνθολογίᾳ r) sive Μυριοβίβλῳ elogia allegare, ut Dan. Heinsii prolegom. ad Aristarchum sacrum, & aliorum quæ apud Hanckium s) & Thomam Pope Blount t) collecta, & facile aliis augenda u) prostant. Potius notare juvat quæ in pulcherrimo hoc opere à viris doctis desiderantur. *De Bibliotheca Photii miror*, inquit Casaubonus, x) *quod vir tantus omnem adeo λάξιν insuper habuerit, nam ut taceam, quod auctores non distingvit sed confundit in unum, ut non dicam artium & scientiarum auctores miscerí & Historicos diversissimorum temporum, ut illud sane quam mirum ejusdem scriptoris scripta ejusdem sæpe argumenti locis adeo diversis commemorari, ut Arriani, Jo. Philoponi & aliorum. Quid quod ejusdem libri* y) *eadem excerpta vix pauciss imis mutatis verbis proponit bis, ut p.* 217. & 278. *Apparet virum doctum, ut quemcunque librum sors ei obtulisset, solitum devorare, ac statim in codicem suorum excerptorum aliquid sibi ex eo annotasse.* Hoc mihi videtur verisimilius, quam quod viro doctissimo Henrico Valesio z) persvasum, Bibliothecam Photianam plurimis in locis inter-

q) Librorum usum in exilio ademtum sibi esse qveritur Epist. 97. ad Basilium Macedonem.

r) Gregorius Patriarcha CPol. ad Imperatorem Trapezuntium in Allatii Græcia Orthodoxa T. 1. p. 449. ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆ βιβλιοπανσυλλέκτῳ ἀνθολογίας Φωτίε Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῆ ἐν ἁγίοις Εὐλογίε Πατριάρχυ Ἀλεξανδρείας περιειλθμον λίαν ἀρμόζων &c.

s) Hanckius de Byz. rerum scriptor. p. 393. seq.

t) Tho. Pope Blount in Censura scriptorum p. 351. seq. Essais de literature T. 1. p. 94.

u) Casaubonus in Casaubonianis p. 12. *Solet Photius ita res excerpere, ut verborum elegantias aut proprietatem non negligat. Solet etiam, ubi rerum summam, quas auctores tractarunt, exposuit, de genere scribendi & charactere aliquid notare. Atque id maximo cum auctorem nobis commendare debet, est enim in ea parte eximius, ut non parum profecturus videatur qui ejus elogia compararit cum similibus judiciis Dionysii Halicarnassei & aliorum.* Franciscus Vavassor de ludicra dictione p. 143. *qua prudentia vir fuit Photius, quo acumine, quam sincero & elegans in omni judicio.*

x) Casauboniana p. 11.

y) Dionysii Ægei Διπλωμάτων Cod. 185. & 211. Sic Damascii Cod. 181. & 244.

z) Valesius in calce notarum ad excerpta de legationibus: *Huic operi idem videtur contigisse quod Bibl. Photii, cui ulterà ejusdem argumenti subjecta est, ut patet ex iisdem*

interpolatam nec unius esse auctoris, immo quartam partem & amplius ab alio esse scriptore. (*) Quanquam verum est in MSS. Codicibus aliquando reperiri excerpta ejuscemodi sine nomine Photii, ut constat ex Lambecii lib. VII. p. 141. & Valesio assentiens Ludolphus Kusterus ad *Suidam* in Ἡσαΐου cum notasset verba qvædam é Damascio adducta a Suida legi etiam apud *Photium* Cod. 242. sed absque ulla connexione cum iis quæ ibi præcedunt, ut vel dicendum sit incuria librariorum qvædam ibi omissa esse, vel excerptorem loci istius, quisquis ille sit, officio suo negligenter functum esse, *sunt enim*, inquit, *non pauca in Collectaneis Photianis quæ non crediderim ab ipso Photio profecta esse, sed ab interpolatoribus ejus, qui temere & absque ullo judico quædam auctorum loca, mutilato prorsus sensu operi illi inseruerunt. Neque enim Bibliothecam Photii ab uno auctore compilatam esse, vel eo argumento satis probari posse puto, quod non solum integra interdum opera bis in ea recenseantur, sed etiam in unius libri epitome eadem sepe prorsus, eademque auctorum loca diversis in locis repetantur, id quod pluribus exemplis hoc probare possem, si id nunc agerem. Sed hac de re alibi forte plura.* Attamen hæc omnia potuerunt ab auctoris jam otiosi jam properantis & pluribus intenti distractione proficisci, quo etiam retulerim diversum acumen quod in hoc opere arguit Vignolius Marvillius T. I. miscellaneorum *Historico* Crit. p. 310. diversumque stylum. Potuit etiam fieri, ut qvæ Dupinii suspicio est T. 7. Bibl. Eccles. p. 103. idem scriptor eundem librum jam perstringat brevius, jam ex eo prolixiora annotet excerpta: jam accuratum ferat de singulis judicium, jam procedente opere levius censurâ defungatur. Josephus Scaliger Epist. 401. ad Laur. Rhodomannum, *utinam*, inquit, *tam diligens Photius in librorum Diodori deperditorum argumentis fuisset, quàm futilibus amatoriis libris Jamblichii & aliorum fuit.* Hinc Huetius demonstrat. Evangel. proposit. 3. p. 58. *jampridem* ait *doluisse viris eruditis, frivola quadam diligenter excerpsisse aliquando Photium ex futilibus scriptoribus, cum optimus auctores & perutiles satis leviter delibarit.* Casaubono Exerc. I. ad Baron. c. 3. p. 33. plane inter falsarios videtur nomen Photii deferendum propter verba Josephi adducta contra Josephi mentem. *Vides*, inquit, *quam mala fide & verba Josephi & sententiam Photius recitet. Atque hoc non semel diligens lector in eo præstantissimo scriptore, si attendat, observabit. Solet enim nonnunquam pugnantes invicem sententias diversorum auctorum uni alicui tribuere, & integras narrationes*

auctoribus qui his in illa Bibliotheca descripti reperiuntur. Ejusdem Valesii sententiæ memmit Menagius in Historia mulierum Philosopharum p. 74. & Colomesius paralipomenis de scriptor. Eccles. p. 268.

*) Colomesius in opusc. p. 97.

hoc pacto confundere. Iniquius judicium est Scipionis Tettii in commentario de Apollodoris, qui Photium trecentorum & viginti amplius * auctorum opera per infinita diffusa volumina *pessimo publico in arctum collegisse* arguit.

In qvibusdam Codicibus *Photii* Bibliotheca destingvitur in tomos duos, ita ut posterior incipiat à Codice CCXXXII. ut Hœschelius p. 967. annotavit. Ad calcem operis Photius fratri suo ait se de longe pluribus fortasse libris similiter deinceps ad eum scripturum, ** ubi ex legatione domum fuerit reversus. Verum necessariis negotiis impeditus facere id neutiquam potuit. Cæterum longe copiosiora quam exstant in Bibliotheca Cod. 40. habemus Photii excerpta à *Philostorgio*, de quibus dixi lib V. cap. 4. p. 116. & *S. Athanasii* elogium in fronte Græcolatinarum Doctoris illius editionum vulgatum primùm è Nannio ex Codice S. Athanasii Basileensi *Φωτίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Ταράσιον.*

In versione Schotti ad Bibliothecæ calcem, de numero librorum legas hæc sane inter se pugnantia: *Producitur hoc opus ad trecentos & quindecim auctores, prohibiti tamen sumus ad trecentos pervenire.* Εἰς τοσοῦτον ὑμᾶς συναγαγεῖν κλῆθρον τριακοσιοστὸν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ μέρει προσλθεῖν ἄχρι τῶν τριακοσίων κωλυόμενον. Ita legendus hic locus, & vertendus erat fic: *Ita colligitur, opinor, numerus librorum trecentesimus, parte tantummodo qvintadecima quominus recenti fint deficiente.* Viginti, sunt pars decima qvinta ex trecentis. Photii autem Bibliotheca libros habet CCLXXX hoc est trecentos minus viginti, (sive) ut in Epistola ad Tarasium CCLXXIX. trecentos minus viginti & uno, τοῦτα δὲ ἐστι πεντεκαιδεκάτῳ μέρει τῶν τριακοσίων

* immo, *minus.*

** Σύ δ' ὧν ἐμοὶ πεπονημένων μεγίστων ὠδίνων ἐρασμιώτατε, εἰ μὲν ἐδύνατο τὴν προσθεῖσαν Δημητρίων τὸ κοινὸν κοὶ ἀνθρώπινον καταλαβοῦσα ἔλος, ἔχοις τὴν αἴτησιν τῆς ἐλπίδος· ἐ Δημαρήτησαι, Φιλίας τε ἅμα καὶ Θεμιστίας ὑπόθεσιν καὶ ἀναμνησιν, καὶ δὴ καὶ ἀπαρχὴν καὶ ἐλευθὴν ἀφοσιωμένην τῶν σῶν κατὰ λογικὴν θεωρίαν αἰτήσεων τὴν ἐκπλήρωσιν· Εἰ δ' ἐκεῖθεν ἡμᾶς ἀνασωσάμενον τὸ θεῖόν τε καὶ Φιλάνθρωπον πνεῦμα εἰς τὴν ἀλλήλων θέαν καὶ προτέραν ἀπόλαυσιν ἀποκατάστησι, τάχα ἂν ΕΤΕΡΩΝ ΕΚΔΟΣΕΩΝ ΟΥΚ ΕΛΑΤΤΟΝΩΝ ἀρχὴ τῦτα εἴη, Θεοφιλεστάτῳ τύπῳ παρεχοσίνην σοι τὴν ὠφέλειαν. Primis verbis Photius Tarasium fratrem blando alloqvio, *omnium qvos eadem enixa est mater, dilectissimum* appellat: prorsus enim aliena à Photii sensu est Schotti interpretatio: *dilectissime omnium qvibuscum fœtus meos communico,*

φῶν ἐφ' ἑπὶ ἓξ ἑ πλεῖον ἀπολείπουσα. ea sunt uno nec amplius supra decimam quintam summæ partem demto, volumina trecenta.

VII. Editiones Bibliothecæ Photianæ.

Græce primus ex MSS. a) vulgavit emendate & luculentis typis b) *David Hæschelius* Augustæ Vindelicor. 1601. fol. additis ad calcem voluminis notis suis, qvibus & Josephi Scaligeri castigationes & varia adsperſit, ut solet veterum inedita ante ἀποσπασμάτια c) & ex Maximi Margunii Codice Photianarum Epistolarum, præmisit Græce Epistolas Photii selectas XXXV. & unam in notis p. 948.

Latine vertit & scholiis haud contemnendis passim illustravit vir magnis in litteras meritis *Andreas Schottus* S. I. Augustæ Vindel. 1606. fol. Schottum in interpretatione illa adjutum ajunt à Philippo Svevezelio d) Brugensi S. I. cujus versionem Anastasii Sinaitæ in Psalmum VI. vulgavit Canisius T. III. Lectionum Antiquarum. Cæterum licet cum Thoma Gatakero e) nolim negare Schottum esse qui Photium fuit interpretatus, tamen negari nequit *hunc virum profecto doctissimum non doctissime Photium*

 vertisse,

a) Codices quibus usus Hoeschelius, fuere 1) A Schotti ex Codice Sirleti, collato cum MS. Vaticano qui è Veneto Bessarionis autographo descriptus fuerat. 2) Bavaricus. 3) Maximi Margunii Cytherorum Episcopi. 4) Rob. Stephani apographum cum alio veteri Codice commissum quod Is. Casaubonus H. Stephani gener suppeditavit.

b) ad invidiam usqve elegantes vocat Lipsius Epist. ad Hoeschelium, notis hujus inserta p. 929.

c) Ἀποσπασμάτια præcipua sunt p. 923. Ἰωσήπου ἐκ τῶ πρὸς Ἕλληνας λόγου de quo dixi lib. 4 c. 6. §. 8. Nota Grammatici Græci de Jamblicho Babylonicorum scriptore p. 937. de quo lib 5. cap. 6. p. 822. seq. Isocratis Epistola ad Archidamum p. 942. de qua lib. 2. c. 10. §. 7. Adjicienda scholiis Theodoreti in librum Judicum & Ruth. p. 952. seq. de quibus libro V. c. 11. p. 432. Epistola Nazianzeni ad Theodorum Tyanensem præfixa Philocaliæ Origenis p. 968.

d) Prolixam Schotto navasse operam Svevezelium in edenda Photii Bibliotheca testatur Alegambe Bibliotheca Jesuitica p. 405.

e) Gatakerus Adversar. Miscell. p. 2. *Num Photii interpres qui profecto Andreas Schottus esse non potest.* Sed non magis forsan à Schotto Photium quam à Morello Libanium versum inficiari voluit, quem Libanii interpretem negat p. 467. quod nempe illa non semper digna illo viro sit interpretatio. Certe non modo Schottus se Photii interpretem professus est in litteris ad Vossium cujus se autographum servare affirmavit Colomesius p. 52. Opusc. *Salutat te tenebrio, qui Photium dedit latine.* Sed etiam ipse in præfat. quanto labore sibi constiterit illa interpretatio, exponit. Idem Gatakerus p. 463. *diluste nimis V. C. Andreas Schottus,*

vertiſſe quod Alexandri Mori judicium eſt præf. ad Euſebii Chron. atqve ut omittam qvod ex Jac. Gillotii ad Joſephum Scaligerum Epiſtola obſervat Colomeſius f), *paſſim fere ſe prodere vel Ignatianum vel Baronianum.* Idem Colomeſius: *Hanc Photii Bibliothecam perfunctorie admodum in Latinum ſermonem convertit vir alias doctiſſimus Andreas Schottus.* Freqventer inde reprehenditur verſio illa à viris doctis, Gatakero eodem pluribus locis, Reineſio in Var. Lect. Lambecio in commentar. de Bibl. Vindob. Jo. Pearſonio parte 2. Vindiciar. Ignatii p. 120. ſeq. 204. & prolegomenis ad Hieroclem, Joanne Oweno p. 216. Theologumenon, Edmundo Albertino de S. Evchariſtia p. 262. Cotelerio ad Patres Apoſtol. T. 1. p. 263. ubi Photii interpretem *plane talpam* appellat. Verſionem, etſi A. Schotti nomen præferat, pravam, fallacem & Schotti nomine prorſus indignam appellat Caveus. Vide etiam Theophili Spizelii templum honoris p. 332. & D. *Eliæ* Veielii *ἐ μανᾳείτυ* commentarium de variis Oeconomiæ ſacræ, potiſſimum *Eccleſiaſticæ* generibus p. 19. ſeq. In ſola *Epiſtola* Photii ad Tarafium Bibliothecæ præmiſſa plures interpretis hallucinationes notat editio *Amſtelodamenſis* Memoriarum literariarum Trevoltin. A. 1701. p. 289. ſq.

Græco-latina qvæ ex his duabus coaluere editiones, nec emendatiores ſunt nec quicquam novi ad illuſtrandum Photium afferunt, niſi qvod verſio Schotti e regione Græcis poſita, & notæ Hœſchelii Schottiqve adjectæ. Genev. 1613. fol. Rothomagi 1653. fol.

VIII. Verſiones affectæ aut inedita, vel editiones promiſſæ.

Andreas Schottus in præf. *Inaudieram pridem unum & item alterum in Iberia Græcarum literarum peritiſſimum Photii Bibliothecam è Græco in Latinum ſermonem commodo publico convertere cœpiſſe, ſed cœpiſſe tantum, ac vix dimidia operis parte ſuperſediſſe, ſive Græci exemplaris mendis deterritos, ſeu laboris fuga in tanta voluminis cum mole tum varietate, ſeu denique utraque de cauſa ceſſiſſe. Romæ quoque tertium perfeciſſe quidam narrabant, ſed ad edendum adduci non potuiſſe.*

Johannes Mariana S. I. Bibliothecam Photii in *Epitomen* redegit ſed nunqvam edidit, ut ex Philippo Alegambe notat Colomeſius, qui etiam teſtatur verſiones alias ejusdem Bibliothecæ adornaſſe *Fredericum Metium* Thermularum Epiſcopum & *Coſmam Fontejum*, ſimiliter nunquam editas.

A. 1701.

f) Colomeſ. diſſ. de Photii ſcriptis ſub init.

A. 1701. novam editionem hujus operis promittebant Bibliopolæ Belgæ cum versione *Claudii Capperonerii*, Doctoris Sorbonici & notis *Lud. Elia Dupinii*: quo de instituto videre licet Memorias litterarias Trevoltinas editas Gallice Anni 1701. p. 288. seq. & Anni 1702. p. 474. edit. Amstelod.

Denique optandum est ut doctissimus Vir *D. Christianus Fridericus Boernerus*, qui Græcas litteras nuper, ut hodie Theologiam, cum multa laude docebat in Academia Lipsiensi, promisso quam primum suo se exolvat & rempubl. litterariam beneficio maximo hocce, nova præclara Bibliothecæ Photianæ editione donet. De ejus instituto vide sis memorias litterarias Michaelis de la Roche, Anglice editas Londini, *Memoirs of literature* T. 1. (A. 1711.) p. 172.

IX. *Index scriptorum, de quibus Photius disserit, variis illustratus observationibus.*

I. *Theodori* Presbyteri, ὅτι γνησία ἡ τῶ ἁγίω Διονυσίω βίβλος, scriptum quo genuina esse qvæ Dionysio Areopagitæ tribuuntur scripta pugnavit & quatuor præcipua qvæ illis possunt opponi argumenta dissolvere est conatus. Theodorus hic mihi videtur fuisse sive ille Rhaitu presbyter, ut Pearsonius conjiciebat in Vindiciis Ignatii parte 1. p. 18. sive Mazarensis presbyter in Sicilia ad quorum utrumque scribit *S.* Maximus Confessor T. 2. p. 151. 134. qvi Maximus Dionysii scripta defendit etiam ipse & scholiis insuper, qvæ exstant illustravit. At Theodori liber periit, cujus responsionibus non videtur adeo multum tribuisse Photius. Vide Joannem Dallæum lib. 1. de scriptis Dionysio suppositis cap. 34.

II. ADRIANI *Isagoge in Scripturam sacram*, εἰσαγωγὴ τῆς γραφῆς, libellus utilis & lectu dignus de locutionibus sacrorum scriptorum, qvem primus ex MS. Augustano Græce vulgavit *David Hæschelius*, Augustæ Vindel. 1602. 4. Deinde Joannes Pearsonius præfigi curavit tomo octavo Criticorum sacrorum ipsius auspiciis excusorum Lond. 1660. fol. atqve ab eo tempore Amstelodami & Francofurti prælis iterum subjectorum. Latine vertit notisqve illustravit amicus noster *Christophorus Wolterecк*, Glückstadiensis, cujus lucubrationem istam MS. prelo paratam evolvi ante plures annos, atqve opto ut in lucem prodeat. Adrianum hunc laudat Cassiodorus c. 10. Institutionum Divinarum, suspicorqve illum ipsum esse Adrianum Monachum ad qvem est *S.* Nili Epistola 60. libri 2. edit. Allatianæ,

ubi eum laudat à diligenti ſacrarum Scripturarum lectione. *Andronicum* vocat Turrianus, perperam, qui Adrianus etiam appellatur in membranis Bibliothecæ Joannææ Hamburgenſis in quibus exſtat ante opuſcula duo Hieronymi Græci Theologi, quæ exhibui ſuperiore volumine cap. 24. Hoc Adriani opuſculum latina verſione donatum edere voluit pridem Conradus Rittershuſius, uti Argumenta duodecim Prophetarum (Heſychio Hieroſol. auctore) quæ cum Adriano Hoeſchelius Græce vulgaverat, utraque lingva edidit ad calcem aſſis fatidici, ſive duodecim Prophetarum à Thuano & Rittershuſio metaphraſi Latina donatorum, Ambergæ 1614. 8. p. 290. ſeq.

III. *Nonnoſi* Chriſtiani ſcriptoris *Hiſtoria* legationum tum avi ſui Nonnoſi & patris Abrami tum maxime ſuarum quas Juſtiniani Imp. nomine ad Æthiopum Auxumitarum Regem & alios Orientis populos obiit. Hoc opus præter pauca Photii ex illo excerpta jamdiu fuit perditum, nihilque ejus ſcriptoris hodie exſtat, niſi vera ſit conjectura Lambecii qui lib. V. p. 131. illi tribuit *Gregentii* diſputationem cum Herbano Judæo (de quo dixi ſupra c. 32. p. 14. ſeq:) & lib. VIII. p. 387. Martyrium Arethæ & Sociorum quorum memoriam recolit Eccleſia Græca 24. Octobr. Incipit: Ἦτος πέμπτος ὁ βασιλείας Ἰουστίνου.

IV. *Theodori* Antiocheni presbyteri, ejusdem Photio judice qui poſtea Epiſcopus Mopſveſtenus fuit, *libri XXV. pro Baſilio* Cæſareenſi *adverſus Eunomium*. De hoc & aliis Theodori Mopſveſteni ſcriptis deperditis ſupra cap. 33.

V. *Sophronii* pro Baſilio *contra* eundem *Eunomium*, quem licet longe breviorem Theodoro præferre Photius non dubitat. Caveus neſcio quo argumento hunc Sophronium ad extrema ſæculi ſexti rejicit, cum mihi videatur haud diverſus eſſe a Sophronio amico S. Hieronymi. Qvisqvis porro fuit auctor, ſcriptum ſane ejus ætatem non tulit.

VI. GREGORII Nyſſeni opus *adverſus Eunomium* ſive libri duodecim qui exſtant.

& VII. Ἑτέρα πραγματεία illius, eidem Eunomio oppoſita, ſive liber decimus tertius. Vide ſi lubet quæ ſupra, Volum. VIII. cap. 20.

VIII. ORIGENIS *libri quatuor* περὶ ἀρχῶν qui Latine ſolùm ſuperſunt atque inter Origenis & Hieronymi opera leguntur ex verſione Rufini. In illis è Platonis ſchola mutuatum pleraqve, vere notavit Marcellus Ancyranus apud Euſebium 1. contra Marcellum p. 23. De Origenis ſcriptis dixi lib. V. cap. 1. quibus adde quod ex Origenis libris περὶ ἀρχῶν collect

collecti libri duo de incarnatione Verbi ad Januarium, qui exstant in appendice ad Tomum VIII. Operum S. Augustini, edit. novæ Benedictinor. p. 48. seq. edit. Amstelod.

IX. EUSEBII *Præparationis Evangelicæ* libri XV. qui exstant.

X. Ejusdem *Demonstrationis Evangelicæ* lib. XX. ex quibus decem posterioes interciderunt.

XI. *Ecclesiasticæ Præparationis* libri (numerus excidit) in quibus *Eclogæ*, sive selecta loca ex scriptoribus Ecclesiasticis. Hoc opus, qvod dolendum, nusquam hodie reperitur.

XII. *Ecclesiasticæ Demonstrationis* libri. (numerus similiter excidit.) Allegatur Eusebii ἐκκλησιαστικὴ ἀπόδειξις in jure Græco Romano lib. IV. p. 295. Opus ipsum desideramus.

XIII. Ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας *Confutationis & Apologiæ* pro Christiana religione adversus Ethnicorum objectiones libri II. & alii ejusdem argumenti & propemodum iidem, priorum fortasse altera ἔκδοσις. De his aliisque Eusebii scriptis deperditis, nec non etiam de iis qvæ habemus, dixi volumine sexto, lib. V. cap. 4.

XIV. *Apollinaris* Hierapolitani Episcopi, qui Marci Antonini temporibus vixit, *liber adversus Græcos* sive *Gentes*, & *de pietate ac de veritate*. Laudant hæc etiam Eusebius IV. 27. Hieronymus c. 26. Catalogi & Nicephorus IV. 11. Testaturque Photius alia præterea celebrari præclari hujus viri συγγράμματα ἀξιομνημόνευτα, in quæ necdum ipse inciderit. Sed ex universis insignis hujus Viri scriptis, lector mecum dolebit, nihil quicquam ad nos prevenisse.

XV. GELASII (Cæsareensis in Bithynia Episcopi incertæ ætatis) πρακτικὸν sive *Acta Concilii Nicæni* A. C. 325. habiti *libris III.* sæpius & separatim utraque lingua & in Tomis Conciliorum edita, de quibus dixi Volumine VIII. c. 24. p. 371. seq. Uberius de hoc opere Photius infra Cod. LXXXIX. Et de Synodo Nicæna alias referens narrationes Cod. LXXXVIII. & CCLVI.

XVI. ACTA SYNODI TERTIÆ sive Ephesinæ A. 431. celebratæ tota fere constantia Epistolis Cyrilli ad Nestorium mutuisque Nestorii, de quibus etiam meminit Cod. CLXIX. Prodierunt Acta ista Latine ex veteri versione *Paris.* 1574. 8. edente Antonio Contio, atqve inde in Baluzii & Harduini Conciliis. Sed Græce primum e Typographia Commeliana 1591. fol. & Theodori Peltani versio 1604. fol. Denique utraque lingva in editionibus Conciliorum Romana, Biniana A. 1618. Labbeana & Harduiniana.

XVII

XVII. ACTA SYNODI QVARTÆ sive Chalcedonensis adversus Eutychen & Dioscorum celebratæ A. 451. Similiter editæ sunt Græce & Latine in Tomis Conciliorum & novissime Tomo secundo editionis Harduinianæ.

XVIII. ACTA SYNODI QVINTÆ de tribus capitulis celebratæ CPoli A. 553. Hæc Græce nondum viderunt lucem, Latine edita post Surium à Labbeo T. V. & Harduino T. III.

XIX. ACTA SEXTÆ SYNODI contra Monotheletas habitæ CPoli in trullo sacri palatii A. 680. Acta Græce & Latine sæpius edita in Conciliorum Tomis post Romanos & Binium à Labbeo T. VI. & ab Harduino T. V.

XX. ACTA SEPTIMÆ SYNODI sive Nicænæ secundæ adversus Iconoclastas celebratæ A. 787. Acta habemus Græce & Latine in editione Romana Concilior. & apud Binium T. III. & Labbeum T. VII. Harduinum T. VI. Exhibetur etiam ab iisdem vetus eorundem Actorum Latina versio, ab Anastasio Sinaita concinnata. Et altera Gisberti Longolii edita primum Colon. 1540. & falso pro antiqua habita à viris quibusdam doctis, ut Harduino observatum.

XXI. *Johannis Philoponi* λόγος sive liber *de resurrectione* in plures divisus τόμους quorum numerus excidit, atque opus ipsum hodie nusquam exstat. Quod addit Photius eundem hac in lucubratione naso suspendisse adunco sanctos Patres, ἐπιχλευάζων καὶ τοὺς μακαρίους καὶ ἁγίους πατέρας ἡμῶν, de Patribus Chalcedonensis Synodi intellige, ut Photius ipse Cod. XXIII. perspicue docet. Vide & Cod. LV.

XXII. *Theodosii* Monachi ἀνατροπὴ sive *confutatio* argumentorum quæ resurrectioni corporum Philoponus opposuerat. Etiam hoc Theodosii scriptum, iisdem ut videtur temporibus quibus Philoponus sub sæculi septimi initia clari, hodie desideratur. Theodosius incertum sitne idem cujus infra XXIV. Cod. mentio.

XXIII. *Cononis*, *Eugenii* & *Themistii* de resurrectione corporum adversus eundem Philoponum, scripta similiter deperdita. Cononem, Eugenium & Themistium Photius testatur in hoc cum Philopono consensisse, quod & ipsi Synodum Chalcedonensem repudiaverint. Themistium suspicor illum Diaconum Alexandrinum qui Agnoëtarum signifer memoratur infra Cod. CVIII. & de quo dixi volumine superiore VIII. cap. 18. p. 5. seq. De Cononе & Eugenio Tritheitis mox plura Photius Cod. XXIV.

XXIV. *Acta* temporibus Justini Imp. circa A.C. 576. coram Joanne Schola

Scholaſtico, Epiſcopo C'Pol. *inter Cononem & Pugenium* Tritheitas, Philoponum Tritheiſmi accuſatum anathemati ſubjicere recuſantes, *& Paulum atque Stephanum* quos & ipſos Ἀφθαρτοδοκητῶν hæreſi addictos, hoc eſt Chalcedonenſis Synodi adverſarios Photius teſtatur. Etiam hæc Acta interciderunt.

XXV. JO. CHRYSOSTOMI χόλια * εἰς τὸν θάνατον ** graves ſententiæ de morte CHRISTI brevibus ſermonibus viginti duobus. Et ſermones ſimiles totidem *de CHRISTI aſſumtione* & ſeptendecim *de Pentecoſte*. Licet de tribus hiſce argumentis editæ exſtent nonnullæ Chryſoſtomi homiliæ, tamen plerosque ex illis ſermonibus Photio inſpectis perditos vel ineditos ſaltim adhuc eſſe exiſtimo.

XXVI. SYNESII Cyrenenſis de Providentia, de Regno & alia quædam non nominata à Photio, ſed ut videtur haud diverſa ab illis quæ hodie habemus & de quibus dixi volumine ſuperiore VIII. capite 22.

XXVII. EUSEBII *Hiſtoria Eccleſiaſtica* libri X.

XXVIII. SOCRATIS *Hiſtoria Eccleſiaſtica* annorum centum & triginta, libris ſeptem.

XXIX. EVAGRII Scholaſtici *Hiſtoria Eccleſiaſtica* ab eo tempore ubi deſinit Socrates & Theodoritus, ad duodecimum Mauritii annum, libri VI.

XXX. SOZOMENI Eccleſiaſtica Hiſtoria libris IX. quam à Socrate diverſa tradere quandoque & dictionis illum elegantia vincere obſervat.

XXXI. THEODORITI Hiſtoria Eccleſiaſtica, quem præ omnibus dictionem Hiſtorico dignam attuliſſe, & res ſecundæ Synodi diligentius cæteris narraſſe obſervat. De quinque hiſce ſcriptoribus H. E. notiſſimis ſæpiusque editis dixi Volumine ſexto cap. 4.

XXXII. ATHANASII *Epiſtolæ* variæ, incertum an plures & diverſæ ab illis quas hodie habemus, in quibus exſtat quoque Apologia pro fuga, T. 1. edit. Montfauconianæ p. 320.

XXXIII. *Juſti* Tiberienſis Judæi, qui tempore excidii Hieroſolymorum vixit, *Chronicon de Regibus Judæorum* Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τέμπεσι, à Moyſe ad Regem ultimum Agrippam ſecundum. Hoc opus Juſti, perinde ut alterum Flavio Joſepho memoratum de bello Judaico, intercidit. Vide ſi placet quæ notavi ad Hieronymum de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 14.

* Vide quæ de Scholiis S. Cyrilli Alex. de incarnatione unigeniti dixi volumine ſuperiore VIII. cap. 27. p. 565.

** Mox apud Photium ſequitur εἰς τὴν ἀνάληψιν Κυρίου, itaque Schottus recte illud Κυρίου hoc etiam loco poſt θανάτου ſubintellexit.

XXXIV. (Julii) *Africani* ἱστορικὸν sive Chronicon libris quinque ab orbe condito usque ad Macrinum Imp. qui regnare cœpit A. C. 217. Etiam hoc opus, ex quo multa in Chronico suo Eusebius, hodie desideratur. Caput istud Photianæ Bibliothecæ primus vulgavit Garcias Loaisa ad Chronicon Isidori Hisp. p. 260. Memorat Photius etiam *cestos* Africani, libris XIV. distinctos, quorum fragmenta ampla habemus, & scriptum ad Origenem (quod exstat cum Origenis responsione integrum) *de Susanna*, nec non aliud ad Aristidem *de concordia Matthæi & Lucæ circa genealogiam* CHRISTI, cujus argumentum servavit Eusebius lib. 1. Hist. Eccl. cap. 7. Vide quæ de Africani scriptis supra lib. V. c. 1. p. 268. seq.

XXXV. *Philippi Sidetæ* (presbyteri) *Historia Christiana*, χριστιανικὴ ἱστορία, sive farrago potius variarum rerum ad Historiam pertinentium & non pertinentium, ab orbe condito ad suam ætatem: voluminosum opus cujus XXIV. tantum libros Photius vidit, quorum singuli iterum λόγους quatuor & viginti distincti erant: Sed Socrates VII. 27. & ex eo Nicephorus XIV. 29. testatur à Philippo compositos fuisse libros XXXVI. Vixit Philippus iste Sisinnii temporibus & Procli, Patriarcharum Constantinopolitanorum quorum ille fuit ab A. C. 425. ad 428. hic ab A. 434. ad 446. Historia Philippi exceptis pauciſſimis fragmentis intercidit, de quibus dixi lib. V. cap. 4. p. 112. seq.

XXXVI. ANONYMI qui Justino imperitante vixit χριστιανὴ βίβλος, ἑρμηνεία εἰς τὴν ὀκτάτευχον, *Christianorum liber* sive *Octateuchi expositio*, ad Pamphilum. Hoc ipsum in libros XII. distinctum opus est quod exstat sub *Cosmæ Indopleustæ* nomine editum non ita pridem Græce & Latine ab eruditissimo Montfaucono. Vide quæ notavi lib. 3. cap. 25. ubi hoc caput Photii exhibui integrum cum versione mea & notis.

XXXVII. *Anonymi* Dialogus περὶ πολιτείας inter Menan Patricium & Thomam Referendarium sive Legatum de optimo statu Reip. quem δικαιαρχικὸν *principatum juris* appellat, & (qui Polybio * etiam jampridem præstantissimus omnium fuit visus,) ex Monarchia, Aristocratia & Democratia mixtum esse contendit. Hic dialogus hodie non exstat quod sciam.

XXXVIII. *Theodori* Antiocheni (ejusdem de quo Cod. IV.) ἑρμηνεία τῆ κτίσεως, *interpretatio Historiæ creationis*, ἐν λόγοις ἑπτὰ ἡ θεία βίβλος ἐπεραίνετο, ita suspicor legendum pro ἡ πρώτη βίβλος. Commentarius hic Theodori intercidit. Eum frequenter reprehendit Philoponus in opere de quo infra, Cod. 43.

XXXIX.

* libro VI. Confer Machiavellum lib. 1. ad Livium c. 2.

XXXIX. EUSEBII *contra Hieroclem* ἀπαστικὸν πρὸς τὰς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τυανέως ἱστορικὰς λόγους, exstat, sæpiusque lucem vidit ut dixi. lib. V. cap. 4. p. 91.

XL. *Philostorgii* Historiæ Ecclesiasticæ libri XII. ipsi quidem deperditi, sed ex quibus ampla excerpta Photio debemus, qvæ separatim edita atque à Jac. Godofredo & Henrico Valesio illustrata habemus. Vide supra lib. V. cap. 4. p, 115. seq.

XLI. *Johannis Ægeatæ* presbyteri Eutychiani sive Διαφωνούντων *Historiæ Ecclesiasticæ* ab depositione Nestorii (A. C. 431.)usque de depositionem Petri Fullonis A. 483. *libri quinque*, pridem perditi, una cum aliis quinque libris posterioribus quos Photius vidisse se negat. Meminit Johannis hujus noster iterum Cod. LV.

XLII. Ex *Basilii Cilicis*, Nestoriani *Historiæ Ecclesiasticæ* libris *secundus*, quorum tres auctor scripserat. Primum à Marciano Imp. (A. C. 450) Zenonem: Secundum ab obitu Simplicii Papæ (A. 483.) usque ad A. 518. & Tertium ab initiis Justini Thracis. Dolendum est hoc opus intercidisse, quoniam illi plura monumenta ad fidem faciendam & Episcoporum Epistolas Basilius inseruerat. De Basilio hoc & Ioanne Ægeate dixi lib. V. cap. 4. p. 113. seq. Basilii meminit Photius iterum Cod. XCV. & CVII.

XLIII. JOANNIS PHILOPONI ἑρμηνεία τῆς κτίσεως, sive *in Hexaëmeron* opus præclarum, qvod in septem distinctum libros exstat cum versione Balthasaris Corderii S. I. Viennæ Austriæ 1630. 4. Sed distinctionis in libros Photius non meminit, tantum monet cum Basilio Cæsariensi Philoponum in multis eadem scribere & passim confutare Theodorum Mopsvestenum, de cujus Opere ejusdem argumenti dictum Cod. XXXVIII. De Theodori & Philoponi scriptis supra hoc ipso Volumine cap. 33. & 35.

XLIV. PHILOSTRATI, qvem *Lemnium* alii, Photius nescio an memoriæ lapsu Tyrium appellat, de Vita Apollonii Tyanei libri VIII. qui etiamnum exstant, novis Godfridi Olearii nostri, ἐξ μαχαίρης expoliti lucubrationibus ut dixi lib. V. cap 24. Ex eodem Philostrati opere multa & prolixa excerpta dat Photius infra, Cod. CCXLI.

XLV. *Andronicianæ* adversus Eunomianos libri duo, pridem deperditi. Ad sexti sæculi extrema à præstantissimo Caveo rejicitur hic scriptor, qvem putem quinto ac fortasse quarto jam floruisse, cum Eunomii hæresis plus negotii adhuc Ecclesiæ CHRISTI facesseret.

XLVI. THEODORETI *libri XXVII.* de CHristi natura & incarnatione adversus varios errores. *Ex* his primi *sex*, exceptis paucis fragmentis

interciderunt, & non diversi fuerunt ab illo pentalogio ἀναθεωρήτου qvod adversus Concilium Ephesinum Theodoretus scripserat, & cujus librum quintum in duos distractum legit Photius, ut Jo Garnerio in auctario Theodoreti probe observatum. Libri cæteri *à septimo ad vigesimum septimum* sæpius sunt editi sub *Athanasii* nomine,* quos Photii testimonio fretus Theodoreto tribuit Jo. Dallæus in disp. de fide ex Scripturis demonstratione p. 48. & 146. Sed Garnerius septimum quidem & octavum Theodoriti esse non dubitat, at cæteros XVIII. (ad *Marium* Mercatorem provocans testem) *Eutherio* Nestoriano, Episcopo Tyanensi vindicat in auctario Theodoriti p. 254. 701. & ad *Marium* Mercatorem T. 2. p. 277. Edidit etiam sub Eutherii nomine ad calcem ejusdem auctarii Græce & Latine. Combefisius illos *S. Maximi* Confessoris esse suspicatus est, parum certa conjectura. *Vigesimus septimus* liber Photio memoratus περὶ ἐκ τοῦ κοινοῦ ἀνθρώπου ὑποδείγματος, *de exemplo qvod à communium hominum aliquo* (ad CHristum) *petitur*, intercidit. Extant autem qvos in eodem τόμῳ sive volumine legit Photius *libri tres dialogorum* Theodoreti, qui una cum *demonstratione per syllogismos* sæpius utraque lingva prodiere separatim atqve Tomo quarto ejus operum, sub titulo ἐρανιστὴς ἢ πολύμορφος.

XLVII. JOSEPHI Judæi τὰ καθ' Ἰουδαίους πάθη de calamitatibus Judæorum libri VII. opus de bello Judaico sæpius editum, de qvo dixi lib. IV. cap. 6. §. 2.

XLVIII. *Libelli* sive λογίδια *duo de universo*, περὶ τοῦ παντός, sive περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, *de causa universi*, aut περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας *de universi essentia*, adversus Platonem & Alcinoum *Platonicum*, auctore non *Josepho*, licet sub ejus nomine *Photius* reperit, sed Christiano scriptore, sive is *Justinus* fuerit, sive *Irænæus* quibus in Codicibus quibusdam fuere tributi, sive potius Artemonis ac Monanistæ Procli adversarius *Cajus* Presbyter Romanus, sub extremum sæculi secundi à nato CHristo clarus, qui in fine parvæ Labirynthi Origeni in qvibusdam Codd. male tributæ se auctorem libri de universi essentia esse diserte testatus fuit. *Ex* his duobus libellis ἀποσπασμάτιον sive fragmentum à Maximo Margunio acceptum Græce in notis ad *Photium* vulgavit Hœschelius, quod in MS. Codice inscribebatur Ἰωσήπου ἐκ τοῦ πρὸς Ἕλληνας λόγου τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πλάτωνα περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας. Agnoscit tamen ipse Christiano homini adscribendum.

* Vide qvæ supra lib. V. cap. 2. p. 312. ubi de S. Athanasii & cap. 11. p. 438. 440. 446. ubi de Theodoreti scriptis.

bendum. Atqve hoc idem fragmentum ſub *S. Hippolyti* nomine cum verſione vulgavit V. C. Stephanus le *Moyne* in Variis ſacris, Lugd. Bat. 1694. 4. Quoniam nimirum in laterculo marmoreo Canoni paſchali adjuncto inter ſcripta Hippolyti diſerte memoratur: περὶ ἓξ πάντας πρὸς τὸν Πλάτωνα. In parallelis Sacris Jo. Damaſceni T. 2. edit. novæ p. 755. locus inde allatus *Maletio* Antiocheno tribuitur: Sed p. 789. *Joſepho*, ἐκ τοῦ λόγου ἀναγεγραμμένου κατὰ Πλάτωνα. Certum tamen eſt ſcriptorem fuiſſe Chriſtianum, adeoque Hippolytus auctor etiam videtur Clariſſimo Damaſceni editori Lequinio, qui librarios nomen Ἱππολ. cum Ἰωσήπου per hallucinationem permutaſſe ſuſpicatur. Itaqve idem fragmentum etiam ego inter S. Hippolyti opera Hamburg 1716. fol. iterum Græce & Latine vulgavi T. 1. p. 220. Sed ab eo tempore obſervavi apud Damaſcenum nonnulla rectius legi, qvæ præſenti loco annotabo. *Pag.* 220. ſtatim initio pro ὁ περὶ δαιμόνων τόπος, rectius apud Damaſcenum p. 789. eſt λόγος. Ut infra, ὅτος ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος v. 2. συνέχονται αἱ ψυχαί. v. 10. ἐκάστῳ πράξεις. v. 11. τοὺς τῶν τόπων. pro τρόπων. v 13. λίμνης πυρὸς ἀσβέστου. v. 14. ἐσωνιάσθαι. v. 15. ἀπὸ θεοῦ. v. 16. προσωχθῇ. v. 34. ἀγαθῶν θεωρίας. v. 35. καιρὸν ὀφείλειν ἀπροσδοκία ἡδόμενοι. Pag. 221. v. 10. ἀγγέλοι σπιγαλόεντες λαμπόμενοι ἐπουρανίζοντες. v. 12. Εἰς τὰ καλούμενα μέρη ἀθῶοι ἐς ἀγομένους. v. 14 ἐκκαλύπτει. v. 17. ὑπερβαλλόντως ξανθὴν θέαν ἐκ πυρὸς ἐρῶντες καταπεπλήγασι. v. 18. ἔδη καλαζόμενοι. ἀλλὰ καὶ ὅτοι τὸν τῶν δικαίων χόρον. v. 24. ἐν ᾗ αἱ ψυχαί. v. 28. οἱ ἀπιστοῦντες ἕλληνες. Pag. 222. poſt verba, v. 5. ὃν χρεὼν προσαγορεύομεν, apud Damaſcenum additur: Θεὸν ἀνανθρωπήσαντα. v. 10. τὸ ἴδιον σῶμα ἀναστήσασα τὸ δίκαιον, ἐν τῇ κρίσει. v. 12. μίαν ἀποφθέγξονται αὐτῷ φωνὴν. v. 15. τοὺς μὲν δὴ πράξασι καὶ δικαίως τὸν αἰῶνα τῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν σωζομένοις· τοὺς δὲ τῶν φαύλων ἐργάταις. v. 20. ἐκ σώματος ἀναβιώσεσιν. Denique v. 27. pro ἐκ ὅτι apud Damaſcenum p. 755. eſt ἐκ τούτου. Nunc ad Photium revertamur.

XLIX. CYRILLI Alex. κατὰ τῶν Νεστορίου βλασφημιῶν, ἐν λόγοις πέντε *adverſus blaſphemias Neſtorii, libri V.* de quibus prolixius Photius infra Cod. 169. Exſtant Græce & Latine poſt editionem Rom. 1608. fol. vulgati tomo ultimo editionis Græcolatinæ Pariſ. Vide qvæ dixi Volum. VIII. hujus *Bibl.* c. 27. p. 569. Notat Photius Cyrilli dictionem in hoc opere luculentiorem eſſe & magis perſpicuam quàm in altero *de cultu in Spiritu*, & ſimilem ſolutæ quodammodo ac neglectiori poëſi. ἀπὸ δὲ λόγου

αὐτῷ πεποιημένῳ καὶ εἰς ἰδίαν ἐκβεβιασμένῳ, καὶ οἷον λελυμένῃ καὶ τὸ μέτρον ὑπερορώσῃ ποίησις.

I. *Nicia* Monachi *ἀντίῤῥησις κατὰ τῶν ἑπτὰ Φιλοπόνου κεφαλαίων ζ'. contra septem capita* in libro *Joannis Philoponi* quem *διαιτητὴν* * ille inscripserat proposita. Liber alius *κατὰ τῆς δυσσεβοῦς Σεβήρου contra Severum* Eutychianum. Nec non *κατὰ Ἑλλήνων λόγοι δύο, libri duo contra Ethnicos.* Scripta Niciæ hujus interiere omnia, perinde ut *Philoponi διαιτητής* de quo dixi supra in Philopono. Nicias iste sæculi septimi scriptor longe diversus à *Nicea* Episcopo Romacianæ sive Aquilegiæ civitatis, qui & ipse sed Latine sæculo quinto scripsit *de Gentilitatis erroribus*, in libris sex *institutionis competentium ad baptismum* itidem deperditis, de qvibus ex Gennadii c. 22. Honorius ll. 22. & Trithemius c. 118. Libellus alius hujus Niceæ sive Epistola *ad virginem lapsum* sæpius editus sub nominibus *Ambrosii*, Hieronymi, Augustini ut monuit Cotelerius ad Constitut. Apostol. ll. 57. p. 265. In Ambrosii operibus incipit: *Audite me nunc qui prope estis & qui longe.* In Hieronymi inscribitur *ad Susannam lapsam objurgatio*, & præmittuntur aliqua: *Puto levius esse crimen ubi homo peccatum suum confitetur* &c.

Ll. *Hesychii* Presbyteri CPol *εἰς τὸν χαλκοῦν ὄφιν, λόγοι δ'. libri quatuor de aneo serpente.* Idem hic videtur Hesychius CPol. presbyter à qvo Eunomium ob hæresin delatum scribit Philostorgius Vl. 1. Sed libri illi nusquam hodie exstant, quod sciam.

Lll. *Acta Synodi Sidensis* sive Sidæ, Pamphiliæ metropili habitæ A.C. 383. contra *Massalianos* sive Evchitas Adelphianos præside *Amphilochio* Iconiensi una cum aliis Episcopis XXV. Hujus *Synodi Acta* perinde ut Amphilochii adversus Massalianos scripta, quos omnium optime confutasse ille à Theodorito IV 11. de hæreticis fab. traditur, interciderunt. Massalianorum hæreseos ab *Amphilochio* expulsæ meminit etiam Theodoritus lib. IV. cap. undecimo Hist. Eccles. Et *Synodi* adversus *Massalianos* habitæ, pseudo Synodus Palamitica A. 1350. in Conciliis Harduini T. XI. p. 327. Photius autem cum illis Actis Synodi Sidensis legisse se etiam testatur *Epistolam Synodicam ad Flavianum Antiochenum*, additqve Synodos insuper alias adversus hæreticos illos celebratas: ut Antiochiæ à Flaviano (circa A. C. 390. ut notat Tillemontius T. VIII. p 534.) præsentibus tribus Episcopis, *Bizo* Seleuciæ (cujus etiam in Synodo *CPol.* A. 394. mentio) *Marutha*

* Gvil. Caveus in Chartophylace *διαιτητὴν*, Niciæ non Philopono tribuit. Sed hoc recte emendavit vir doctissimus in Historia literaria scriptorum Eccles.

Marutha Supharenorum & *Samo*, (qvod Epiſcopi nomen eſt, non ut Blondello viſum urbis) presbyterisque & diaconis circiter triginta. *Sed* cum longe plura adverſus Maſſalianos ſcripta eodem loco apud Photium commemorentur, juvabit illa ordine litterarum digeſta, cum obſervationibus qvibusdam hic ſubjicere.

Alypii Cappadociæ *Archiepiſcopi*, Epiſtola ad Hormizen (Ὁρμίζην, al. Ὁρμίζην) Comanenſem *Ponti* Epiſcopum.

Archelai Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi anathematiſmi XXIII. capitum Maſſalianorum. Confer, ſi placet anathematiſmos Maſſalianis oppoſitos in Jacobi Tollii inſignibus Itineris Italici p. 114. ſeq. Lambecium III. p. 171.

Attici CPolitani ad *Epiſcopos* Pamphyliæ & ad Amphilochium de ejiciendis Maſſalianis, ſive Maſſalianitis.

Epheſinæ Synodi œcumenicæ tertiæ decretum contra Maſſalianos & capita libri Maſſalianorum *Aſcetici*, ex quo capita dogmatum excerpta apud Damaſcenum hæreſi LXXX. non diverſa ut opinor de quibus Acta Eruditorum A. 1696. p. 299. & A. 1699. p. 157. *Synodi* Epheſinæ decretum hodie exſtat actione VII. actorum illius Concilii. Apud Photium autem pro ἀναγνωσθέντα αὐτὸν legendum αὐτῶν, ut in Codice Regio Pariſ. reperit Cotelerius T. 1. monument. p. 785.

Flaviani Antiocheni ad Oſrhoënos (Τοὺς ἐν Ὀσροήνῃ leg. pro Τοὺς ἐν Ἰουδαίᾳ) & ad Letoium Armeniæ Epiſcopum de geſtis in Synodo Antiochena.

Gerontii presbyteri & Abbatis Monachorum Glitidenſium ad Alypium Cappadociæ Archiepiſcopum, contra Lampetium *Maſſalianum*.

Heraclidæ Nyſſeni Epiſcopi Epiſtolæ duæ contra Maſſalianos.

Johannis Antiocheni ad Neſtorium Epiſtola de Maſſalianis.

Letoii Armeniæ Epiſcopi Epiſtolæ ad Flavianum.

Ptolemæi Rhinocurorum in limite Ægypti & Palæſtinæ Epiſcopi ἀναφορὰ ſive relatio ad Timotheum *Alexandrinum* de Alpheo *Maſſaliano*, quem ille presbyterum ordinaverat.

Severi Antiocheni (adhuc presbyteri) refutatio libri à Lampetio Maſſaliano ſcripti ſub titulo Ἀληθείας.

Siſinnii CPolitani & *Theodori* Antiocheni ad Veriniarum (Βερινιανὸν, al. Καρυιανὸν) & Amphilochium Sidæ, cæterosque Pamphyliæ Epiſcopos, ſcripta nomine Synodi ad ordinandum *Siſinnium* Attici ſucceſſorem CPoli ſub Theodoſio Imp. (A. C. 425.) Illi Synodo etiam *Neon* (Νέων) quidam Epiſcopus interfuit; Sed tunc non amplius in vivis erat Amphilochius Iconien-

conienſis, ante annum 400. jam defunctus: fuit autem Amphilochius Sidæ *Epiſcopus* qui Concilio Epheſino A. 431. interfuit & cujus meminit Photius etiam Cod. 230.

Maſſaliani * quos idem Photius memorat ſunt *Adelphius*, *Agapius* auctor βιβλίου ἀσκητικοῦ, *Alpheus* Rhinocurorum Epiſcopus, qui in libro ſuo hæreſin quidem non docuit, at Lampetium defendit, *Alpheus* alter presbyter, *Dadoës:* (Δαδοῆς, al. Δαδοῦης) *Euſtathius*, *Lampetius* auctor libri quem inſcripſit Λαμπήτιον, *Sabbas* monachus ἀπόκοπος ſive eviratus, *Sabbas* alter, *Semeſones* Σημεσώνης, (rectius Συμεσώνης, apud Lambec. lll. p. 171. Συμεών.) His ex Theodoreto lV. 11. Hiſt. Eccl. & ex anathematiſmis adverſus Maſſalianos apud eundem Lambecium, & Tollium p. 114. inſignium Itineris Italici, addes *Hermam*, & ex iisdem anathematiſmis *Petrum*, Lycopetrum poſtea appellatum, & *Tychicum*. Præterea *Marcianum* Trapezitam à quo Marcianiſtas dictos (non ut quidam legunt Marcionitas) ſicut à *Lampetio* Lampetianos, notat Michael le Quien ad Damaſcenum T. 1 .p. 96.

Llll. *STNODUS contra Pelagium & Celeſtium* celebrata Carthagine Kalendis Majis (A. C. 418.) in magna Eccleſia Fauſti, † Honorio Occidentis Imperii clavum tenente. Præſedit in ea Aurelius (Auguſtinus) Epiſcopus, & Donatianus Teleptenſis ** primæ ſedis Byzacenæ provinciæ, quibus adfuerunt varii è Provinciis (Africæ & Hiſpaniæ) Epiſcopi CCXXIV. Canones IX. hujus Concilii exſtant Latine. Vide Appendicem ad

* Maſſaliani, à צלה *orare* Græcis Εὐχῖται, Latinis *Pſalliani* de quibus Epiphanius & Damaſcenus hæreſi ult. Auguſtinus hæreſi 57. & auctor prædeſtinati hæreſi 57. qui ab *Ephræm* Syro oppugnatos ſcribit: & Theodoritus lV. 11. Hiſt. & hæret. fabul. lV. 11. Libellus Synodicus Pappi, cap. 71. Jo. Zonaras apud Cotelerium lll. monument. p. 469. Nicetas lV. 36. theſauri Orthodoxæ fidei T. 25. Bibl. Patrum p. 138. ſeq. Euthymius panopliæ tit. 22. in eadem Bibl. Patrum T. 19. p. 217. ſeq. edit. Lugd. Harmenopulus de ſectis c. 18. P. recentioribus conſulendi Jac. Tollius in inſignibus itineris Italici anathematiſmos Maſſalianis oppoſitos illuſtrans, Jo. Forbeſius lib. 2. Inſtruct. Hiſtorico Theol. cap. 8. præcipue Tillemontius T. Vlll. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 527. 536. Cæterum fallitur auctor Græci ſcholii in Can. CXll. Africanum apud Bevereg. in notis p. 298. qui Maſſalianos à Maſſalia neſcio qua regione dictos eſſe putat, & Donatiſtas cum illis confundit, ἴσως ἡ ἡ Μασσαλία τῶν αὐτομόρων ἐστὶ Λιβύης πρὸς τοῖς μέρεσι τῆς Ῥώμης τῆς ἐπὶ θύμβριδι.

† *in ſecretario baſilicæ Fauſti*, ita legitur ante Canones hujus Concilii. Nam in Photio male editum: ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Φάυστε Ὀνορίου.

** Male in Photii Codicibus Ἀβρελίου. Ἐπίσκοπος τῆς Δονατιανῆς τῆς ἐν πενταπόλει.

ad Tomum sextum Operum S. Augustini p. 71. edit. Amstelod. ubi plura ad hoc Concilium spectantia, erudite observata reperies, quemadmodum & apud Paschasium Quesnellum diss. XIII. ad *Leonem Magnum*. Memorat præterea Photius *Theodosii* & *Honorii* Epistolam ad *Aurelium* a) Carthaginiensem Episcopum, contra Pelagium: & *Constantii* b) decretum ad Volusianum S. Melaniæ patruum de Cælestio in exilium pellendo, nec non qvæ *Leo* c) & *Cælestinus* d) Episcopi Romani & *Hieronymus* e) adversus Pelagium scripsere.

LIV. Ὅσα πεπραγμένων, *Exemplum Actorum ab Occidentis Episcopis adversus Nestoriana dogmata.* Hic liber intercidit, licet exstat (cujus ibidem meminit Photius) Epistola *CYRILLI* Alex. ad Theodosium Imp. in qua Nestorianam & Celestianam hæreses scripsit inter se conspirare. f) Quod porro ait Photius Pelagianam & Celestianam hæresin ejectam ab Orientis Episcopis temporibus Episcoporum *Theophili Alexandriæ & Innocentii urbis Romæ*, idem etiam legas in Timothei presbyteri libro de hæreticis ad Ecclesiam redeuntibus, sed temporum rationibus congruentius esse observant Benedictini, g) si pro Theophilo Alexandrino, *Theodoti Antiocheni* nomen reponatur. Mox Photius mentionem facit *Synodi Palæstinæ* celebratæ Diospoli de qua Baronius ad A. 415. & H. Noris lib. 1. Hist. Pelagianæ cap. 8. Cæterum accusatorum Pelagii nomina apud Photium Νίκης & Λάζαρος, Episcopi Gallicani: sed apud Augustinum in libro ad Aurelium Carthaginiensem de gestis Pelagii, (illum ipsum ad quem Photius provocat) cap. 16. & 35. *Heros & Lazarus.* Deinde *Prædestinatianos* à Photio perstringi notavit Sirmondus, sinistre sentientes de S. Augustino: quos *Cælestinus* Rom. Episcopus Epistola ad Galliarum Episcopos repressit scripta post Augustini obitum A. 431. &

a) datam A. 417. mense Junio qvæ exstat inter Epistolas Augustini edit. novæ 201.

b) promulgatum A. 421. exstat in appendice ad Tom. X. Augustini p. 84. & apud Baron. ad A. C. 420. n. 2.

c) Leo Magnus in Epistola 6. & 7. edit. novæ Paschasii Qvesnelli (al. 86. & 85.)

d) Celestinus Papa in Epistola *ad Episcopos Gallia*, qvæ exstat Latine in Conciliis Labbei T. 2. p. 1611. & T. 1. Harduin. p. 1251. nec non in altera *ad Nestorium* qvæ Græce & Lat. in Actis occurrit Concilii Ephesini.

e) Hieronymus libro *ad Ctesiphontem*, qui itidem ætatem tulit, perinde ut ejus libri tres, dialogorum adversus Pelagium Photio non memorati.

f) T. VII. Opp. Cyrilli p. 252. adde Paschas. Quesnellum ad Leonem Magnum p. 264. edit. primæ.

g) ad Augustin. T. X. appendice p. 43. edit. Amst.

tum in tomis Concilior. tum in appendice ad Tomum X. Auguſtini Benedictinor. p. 88. edit. Amſt. editâ. Pro *Septimo* Epiſcopo, cujus Epiſtolam ad Leonem Rom. Photius porro commemorat, in Regio Codice *Pariſ.* legitur Σεπτεμ@., ut ab iisdem Benedictinis eſt annotatum. Sed in Epiſtola 86. Leonis Magni (novæ edit. 6.) Aquilejenſem Epiſcopum, *Septimius* ille appellatur, ubi Epiſtolæ ejus argumentum repetit. *Proſperi* adverſus Pelagianos ſcripta Photio laudata etiamnum ſuperſunt & noviſſime ſingulari expolita & illuſtrata ſtudio viderunt lucem Pariſ. 1711. fol. ſuperſunt etiam Acta *Epheſinæ Synodi* quibus Pelagius cum Neſtorio condemnatus fuit A. 431. de quo conferre juvabit Henricum Noriſium lib. 2. Hiſt. Pelag. cap. 9. Sed *Joannis Alexandrini* ad Gelaſium Rom. Apologia qua Pelagio, Celeſtio & Juliano (Eclanenſi) anathema dixit, intercidit.

LV. *Joannis Philoponi*, (qui per ludibrium ματαιόπων@. Photio) liber contra Synodum Chalcedonenſem, qvam Neſtorianæ hæreſi ſuffragari contendit, diſtinctus in τμήματα quatuor: & alter liber *Joannis Ægeatæ* presbyteri eidem oppoſitus Synodo, qvi ambo nusquam hodie exſtant. Mirum autem, Ægeatem hunc à Photio dici τὴν θρησκείαν Νεσοριανόν, ſi idem eſt de quo ſupra Cod. XLI. nam illum fuiſſe Eutychianum conſtat. Itaque olim ſuſpicatus ſum Photium calami lapſu Neſtorianum pro Eutychiano ſcripſiſſe: Sed cum Joannem Ægeatem Cilicem feciſſe cum Neſtorio conſtet etiam aliis veterum teſtimoniis quæ produxere Mich. le Quien diſſ. Ill. Damaſcenica p. 52. & Chriſtoph. Matthæus Pfaffius in diſſ. de Evangeliis ſub Anaſtaſio Imp. non corruptis, §. 7. omnino aſſentior iisdem viris eruditiſſimis exiſtimantibus Photium Cod. XLI. erraſſe cum Hiſtoriam Eccleſiaſticam hominis Eutychiani, (ſive Joannis Rhetoris ſive alterius) ex ſola conjectura Joanni Ægeatæ adſcripſit.

LVI. THEODORITI περὶ τῶν αἱρέσεων *de hæreſibus* à Simone Mago in ſuam usque ætatem *libri quinque*, ad Sporacium Domeſticorum Comitem qui A. C. 453. Conſul fuit. Exſtant ſæpius editi Græce & Latine ut dixi Volum. VII. p. 436. ſeq.

LVII. APPIANI Ῥωμαϊκὴ ἱστορία *Hiſtoriæ Romanæ* βίβλοι γ', λόγοι κδ', *partes tres, libri XXIV.* quorum pars exſtat, pars deſideratur, ut accuratius expoſui lib. IV. cap. 12.

LVIII. *Arriani* Bithyni παρθικὰ, *Hiſtoriæ Partherum libri XVII.* & τὰ κατὰ τὴν Βιθυνίαν ſive Βιθυνιακὰ *de rebus Bithyniæ* (de qvibus infra, Cod. XCII.) nec non τὰ περὶ Ἀλανούς ſive Ἀλανικὴ *de rebus Alanorum.* Hæc opera

opera nondum viderunt lucem, licet inter MSta Scipionis Tettii memorantur à Labbeo p. 385. Bibl. novæ MSS. Parthicorum Arriani meminit etiam Jo. Malala p. 358. Chronographiæ, & Simplicius in Aristotelis Categorias p. 56. De Arriano ipso quem Ξενοφῶντα νέον *juniorem Xenophontem* dictum esse testatur Photius, & de aliis ejus hoc loco memoratis scriptis τῶν Ἀρριανοῦ ἐπιτετῆ Ἐπικτήτου διατριβῶν *Dissertationem Epicteti, Praeceptoris sui, libris octo*, e quibus soli quator hodie superstant, & τῶν ὁμιλιῶν αὐτοῦ, *familiarium sermonum libris duodecim*, qui omnes perierunt, dictum à me est lib. IV. cap. 8.

LIX. *Acta Synodi* ad Quercum *adversus Joannem Chrysostomum* & *Heraclidem* Ephesi atque Palladium Helenopolis Episcopos *A.* 403. congregatæ, cui interfuere Theophilus Alex. Acacius Berrhoënsis, Antiochus Ptolemaidis, Severianus Gabalorum & Qvirinus Chalcedonensis & Macarius Magnetum sive Magnesiæ in Asia Episcopus, præcipuus accusator Heraclidæ, ut Joannes diaconus CPol. Chrysostomi. ἐν ἑπτακαίδεκα πράξεσι ἐπράχθη δίκαι κατ' αὐτοῦ. *tredecim actionibus* transacta fuit. Meminere hujus synodi Chrysostomus ipse Epist. ad Cyriacum, Palladius in vita Chrysostomi, Socrates VI. 15. Sozom. VIII. 17. Vide & jus Græco Rom. lib. IX. p. 554. seq. Cæterum Actis illius deperditis, præcipuam ejus notitiam à Photio petere est necesse. Pro verbis ὑβρίζει τοὺς ἐπισκόπους καὶ ἐκπηγνύτας in jure Græco Rom. p. 556. legitur ἐπιγνώτας unde Cotelerius III. monument. p. 567. felici conjectura fecit ἐπιγνώτους *notos ac familiares*. De dicto Chrysostomi, qvod reprehensum in eo inter alia Photius commemorat, ἐὰν πολλὰ ἁμάρτῃς, πολλὰ μετανόησον sive ut alii efferunt. *millies peccaveris, millies poenitentiam age*, καὶ ὁσάκις ἂν ἁμαρτάνῃς, ἐλθὲ πρός με, κἀγώ σε θεραπεύσω *quoties peccaveris, veni ad me*, (CHristum Math. IX 28.) *ego te sanabo*, meminit etiam Socrates VI. 21. & singulari scripto oppugnatum â Sisinnio Novatianorum Episcopo testatur, χιλιάκις μετανοήσας εἰσελθεῖν. Apud Chrysostomum ipsum homilia 2. in Psalmum 50. T. 1. edit. Savil. p. 975. ita legitur: μή μοι λέγε προφάσεις, μή μοι ὄκνον. ἥμαρτες, μετανόησον. μυριάκις ἥμαρτες, μυριάκις μετανόησον. Singulari diatriba hoc dictum defendit & illustravit D. Elias Veielius ὁ μακαρίτης, edita Ulmæ 1701. 4.

LX. HERODOTI *libri novem Historiarum* adhuc superstites, de quibus dictum supra, lib. II. cap. 20.

LXI. ÆSCHINIS *Orationes tres*, velut totidem Charites: & *Epistolæ novem* velut tot Musæ. Orationes non plures nec pauciores hodie habemus sed *Epistolas duodecim*. De illis dixi lib. 2. cap. 26. §. 9. De hisce, ejusdem

libri 2. capite 10. §. 6. Meminit iterum harum Æschinis lucubrationum Photius Cod. 264. & utroque loco notat *quartam orationem* quæ inscribebatur Δηλιακὸς νόμος & hodie non exstat, fuisse Æschini suppositam, Cæciliiqve judicio auctorem habere Æschinem alium (Socraticum opinor) nostri æqvalem. *Cæcilium* istum Rhetorem Calactianum Siculum intellige, de qvo viri docti ad cap. 1. Longini περὶ ὕψους. Lysimachidis librum Cæcilio huic oppositum περὶ τῶν ὡδὲ τοῖς Ἀττικοῖς Ῥητόρων laudat Ammonius Grammaticus in θεωρός. *Dionysium* sophistam singulariter Æschinis charactere fuisse delectatum, *Phrynichum* autem Æschini Socratico * inter præcipuos Oratores Atticos locum tribuisse refert Photius. Sed cod. 264. præceptorem Æschinis alterius vocat *Leodamantem* ex Cæcilio, (cui etiam suffragantur Plutarchi Codices) non ut hîc *Antalcidam*, pro quo *Alcidamantem* Eleatem habet Svidas in Αἰσχίνης.

LXII. *Paraxagoræ* Athenienſis τῆς κατὰ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον ἱστορίας βιβλία β', *libri duo de rebus Constantini Magni*, cui, Ethnicus licet, æqvius præbuit testimonium quam hodie quidam Christiani, in criminationum mustaceo quærentes ingenii lauream. Φησὶν ὁ Παραξαγόρας, καὶ τοι τὰ θρησκεῖα Ἕλλην ὤν, ὅτι πάσῃ ἀρετῇ καὶ καλοκἀγαθίᾳ καὶ παντὶ εὐτυχήματι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀπεκρύψατο. Non modo hi duo libri sed & alii totidem illius περὶ τῶν Ἀθήνησι βασιλευσάντων, *de iis qui Athenis regnarunt*, aliiqve sex εἰς τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα Ἀλέξανδρον *de Alexandro Magno Rege Macedonum*, universi interciderunt. Scripsit dialecto Jonica, adeoqve suo etiam exemplo refellit eos, qvi longe antiquioribus temporibus cessasse jam dialecti hujus usum sibi persvasere. Præcocibus ingeniis accensetur merito hic Praxagoras à Bailleto, ** nam illud de Athenarum rectoribus opus scripsit annos natus non plures quam undeviginti, historiam Constantini anno ætatis secundo & vicesimo, Alexandri res trigesimo primo. Hunc Praxagoram ætate anteceſſerunt Praxagoras Herodis Attici adversarius, cujus mentio apud Philostratum II. Sophist. p. 559. edit. novæ: nec non Praxagoras Medicus antiquissimus, laudatus à Celso, Plinio Cœlio Aureliano, Athenæo, & Scholiaste Nicandri, de cujus scriptis infra lib. VI.

LXIII. PROCOPII Cæsareensis ἱστορικὸν de rebus Justiniano imperante adversus Persas, Vandalos (Βανδήλους) & Gothos, Belisarii maxime ductu

* Æschinis hujus Socratici dialogos tres post *Jo. Clericum* Amst. 1711. 8. illustravit egregie *Petrus Horrens*, versione, notis & indice Græco, Leovard. 1718. 8. quam editionem commendatam sibi habebunt Græcæ Lingvæ Studiosi.

** Baillet des Enfans devenus celebres par leurs études p. 20. seq.

ductu gestis *libro octo*, etiamnum superstites, de qvorum argumento & editionibus dixi Volum. VI. p. 250. seq. In Photio autem, licet octo libros memorat, ex duobus tantummodo primoribus libris excerpta leguntur.

LXIV. *Theophanis* Byzantii ἱστορικῶν λόγοι δέκα *libri decem historiarum* à secundo Justini junioris anno (CHristi 567.) ad annum ejus duodecimum (CHristi 577.) Opus ipsum intercidit, nec excerpta Photii integra sunt, testati Theophanem in primo libro etiam suæ de rebus Justiniani historiæ meminisse, & post decem illos libros itidem alios illis continuandis subjunxisse. Theophanes hic non diu post res, quas describit, vixisse videtur, certe diversus est à Theophane Confessore auctore Chronici qvod in A. 813. desinit, & de quo dixi Volum. VI. p. 151. seq.

LXV. THEOPHYLACTI Ægyptii (Simocattæ) præfecti & tabularii, *Historiarum* de rebus Mauricii Imp. *libri VIII.* de quorum editionibus dixi Volum. VI. p. 282. seq. ubi simul repressi Jacobi Pontani parum credibilem censuram, qui putat Photium non ex ipsius Theophylacti lectione, sed ex lemmatibus ab alio præmissis sapuisse, cum Pontanus ipse lemmata à Photio mutuatus sit quæ Theophylacto suo præmisit, & Photio non sit insolitum argumenta ejusmodi ex scriptis quæ recenset excerpere, certe quæ in lemmatibus illis Pontanus reprehendit, tam à Photio qvàm ab alio nescio qvo lemmatum scriptore proficisci potuerunt.

LXVI. NICEPHORI Patriarchæ CPol. ἱστορικὸν σύντομον *breviarium Historicum* à Mauricii Imp. cæde (A. C. 602.) ad Leonis & Irenes nuptias (A. 770) quod præter editiones Græcolatinas de qvibus dixi Volum. VI. p. 296. prodiit etiam Gallice *Monterolio* interprete Paris. 1618. 8. & ex versione nova Moreti * ibid. 1634. 12. additis notis Historicis.

LXVII. *Sergii* Confessoris Historia de rebus in rep. & Ecclesia gestis à Constantino Copronymo usque (qui ab A. 741. præfuit) inprimis durante imperio Michaëlis Rancabe, qvi imperitavit ab *A. C.* 821. ad 829 Hanc historiam jampridem desideramus.

LXVIII. *Cephalaonis*, Κεφαλαίωνος σύντομον ἱστορικόν, *compendium historicum libris novem*, ad Herodoti exemplum totidem Musarum nomina gerentibus, dialecto iconica, à regno Nini & Semiramidis ad extrema Alexandri Magni usqve. Etiam hoc opus intercidit, qvod dolendum, cum fuerit compendium non Herodoti modi & Hellanici ac Ctesiæ, sed aliorum scriptorum mille amplius, quorum nomina auctor libris singulis præfixerat, qvod jactantiam ** in illo Photius interpretatur, idem factum à rli-

* par le Sieur *Moret*, controlleur en la Generalité de Montauban.

** confer Ruperti Epist. ad Reines. p. 583. & Fabrettum de columna Trajana p. 4.

nio majore omnes laudamus. Svidas teſtatur Hadriani temporibus vixiſſe Cephalæonem in Sicilia, & præter hos novem libros παιδευτῶν ἱστοριῶν ſcripſiſſe etiam μελέτας ῥητορικάς. Multum huic Cephalæoni tribuit Georgius Syncellus cui p. 167. dicitur ἐπίσημος εἰς ἄλλος ὁ τυχὼν *inſignis ſcriptor nec de vulgo.* Sed diu ante Adriani tempora floruere Strabo & Dionyſius Halicarnaſſeus, à quibus Κεφαλὼν ὁ Γεργήθιος laudatur, atqve à Dionyſio vocatur etiam συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ, ut unum ex duobus his ſit neceſſe, Svidam vel erraſſe cum Cephalonem hunc cum Cephalæone Muſarum ſcriptore confudit, quæ Scaligeri eſt ſententia p. 415. ad Græca Euſebii Chron. & Voſſii ll. 12. de Hiſt. Græcis, & lib. 3. p. 340. vel unum quidem & eundem fuiſſe Cephalæonem Photii, Cephalionemqve Syncelli cum Troicorum ſcriptore Cephalone Hiſtorico Gergethio Strabonis, Dionyſii, Feſti in *Roman*, Parthenii, Stephani Byz. Etymologi, aliorumqve: at erraſſe Svidam in eo, qvod Hadriani temporibus illum vixiſſe tradidit, ut contendit Allatius libro de patria Homeri p. 17. ſeqq. Fortaſſe Hadriani tempore fuit Cephalæon Rhetor μελετῶν ῥητορικῶν ſcriptor, qvem cum Hiſtorico Svidas perperam permiſcuit. Qvæ in Euſebii Chron. p. 32. & apud Syncellum ex Cephalæone Hiſtorico afferuntur, videntur fuiſſe principium ejus libri primi, ſive Chiûs, ut Meurſius qvoque in Bibl. Græca pulchre annotavit: Ἄρχομαι γράφειν ἀφ' ὧν ἄλλοι τε ἐμνημόνευσαν καὶ τὰ πρῶτα Ἑλλάνικός τε ὁ Λέσβιος καὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος, ἔπειτα Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασσεύς. &c. Liber decimus Eclogarum Sopatri apud Photium infra Cod. 161. fuit ex τῆς Κεφαλίωνος Ἐφεσιάδος, (lib. VIII.) Ἀλεξαμβανόντος τὰ καθ' Ἀλέξανδρον.

LXIX. *Heſychii illuſtris* Mileſii ἱστορικὸν ὡς ἐν συνόψει κοσμικῆς ἱστορίας, *Synopſis Hiſtoriæ Mundi* annorum 1901. à Belo Rege Aſſyriorum usque ad Anaſtaſium Imp. defunctum *A. C.* 518. diviſa in ſex partes ſive τμήματα. Et *Commentarius de rebus Juſtini ſenioris*, ἑτέρα βίβλος ἐν ᾗ περιείχετο τὰ ἐπ' ἐκείνου πραχθέντα. Utrumque opus intercidit, excepta parte illa prioris ex ſexto tmemate, quo πάτρια ſive origines & Antiquitates CPolis expoſuit. Vide quæ dixi Volum. VI. p. 240. ſeq.

LXX. DIODORIS SICULI *Hiſtoriarum libri quadraginta*, ex quibus extant libri primores quinque & undecimus usque ad viceſimi finem. Ex cæteris fragmenta. Vide quæ notavi libro III. cap. 31.

LXXI. DIONIS Κασσιανοῦ Κοκκειανοῦ ἢ Κωνέλιου *Romanæ Hiſtoriæ* ab Æneæ adventu in Italiam usque ad Alexandri Severi conſulatum tertium (A. C. 228.) *libri LXXX.*, è quibus ad libros LV. exceptis fragmentis qui-

quibusdam & Joannis Xiphilini epitome, desideramus. Vide supra, lib. IV. cap. 10.

LXXII. *Ctesia* Cindii *Persicorum libri XXIII.* & *Indicorum liber* dialecto Ionica. Utrumque opus intercidit, quo majores gratias debemus Photio qui ampla ex illis excerpta servavit sæpius una cum aliis Ctesiæ fragmentis Græce edita & Latine ad Herodoti calcem, etiam novissime in editione Herodoti quam curavit V. C. Jacobus Gronovius, Lugd. Bat. 1715. fol. Henr. Stephanus Photii excerpta ex Ctesiæ Persicis Indicisque primus Græce separatim vulgaverat Paris. 1557. 8. Vide qvæ supra, lib. II. cap. 25. §. 16.

LXXIII. HELIODORI Αἰθιοπικὰ, *σύνταγμα δραματικὸν* sive *fabula de amoribus Theagenis & Charicleæ*, libris decem, qui adhuc exstant, ut dixi lib. V. cap. 6. Meminit hujus Heliodori Photius iterum Cod. LXXXVII. XCIV. & CLXVI.

LXXIV. a. THEMISTII λόγοι πολιτικοὶ, *Orationes civiles XXXVI.* quæ exceptis tribus exstant, nec non *ὑπομνήματα* & *μεταφράσεις* in scripta Aristotelis, quarum itidem pleræque ætatem tulere, & *ἐξηγητικοὶ πόνοι εἰς τὰ πλατωνικά* qui desiderantur. Vide Volum. VIII. hujus Bibl. lib. V. cap. 18.

LXXIV. b. LESBONACTIS λόγοι πολιτικοὶ *Orationes civiles XVI.* è quibus tantum exstant duæ, de quibus dixi lib. IV. c. 30. §. 14. & Photii etiam, quæ ex Orationibus illis excerpserat, unà cum judicio quod de iis tulerat, perierunt.

LXXV *Johannis Philoponi* βιβλιδάριον sive *libellus* pro stabiliendo Tritheismo *contra κατηχητικὸν λόγον Archi-Ep. CPol. Joannis Scholastici* A. C. 566. primo Justini junioris anno habitum. In hoc libello qui (perinde ut Joannis catecheticus sermo) pridem intercidit, Philoponus præter subtiliores ex Philosophia petitas rationes pro se allegaverat sententias Gregorii Naz. Basilii Magni, Athanasii & Cyrilli Alex.

LXXVI. FL. JOSEPHI *ἀρχαιολογίας* sive *de Antiquitate Judaica libri XX.* adhuc superstites, de quibus dixi lib. VI. c. 6. Ex eodem opere excerpta de Herode & Agrippa infra, Cod. CCXXXVIII.

LXXVII. *Eunapii χρονικῆς ἱστορίας τὸ μὴ Δέξιππου νίας ἐκδόσεως, historiæ Chronicæ* à regno Claudii II. (in quo Dexippus desiit) usque ad Honorii & Arcadii Imperium, *libri XIV.* novæ *ἐκδόσεως* sive recensitæ ab auctore editionis. Hujus Eunapii descriptorem Zosimum notat Photius Cod. XCVIII. Opus ipsum, prioris & posterioris *ἐκδόσεως*, quas utrasque evoluisse se Photius testatur, intercidit, exceptis fragmentis de legationibus. Vide quæ Volum. VI. p. 232. seq.

LXXVIII.

LXXVIII. *Malchi* Philadelphiensis *Sophistæ* Βυζαντιακὰ *de rebus Byzantinis* à morte Leonis Thracis Imp. A. C. 474. ad Julium Nepotem A. 480. occisum, *libri VII.* similiter deperditi. Vide Volum. VI. p. 236.

LXXIX. *Candidi* Isauri Historiarum libri III. ab initio Imperii Leonis A. 457. usque ad Zenonis Isauri mortem A. 491. Itidem hodie desiderantur. Vide ibid. p. 239.

LXXX. *Olympiodori* Thebani ὕλη ἱστορίας sive ἱστορικοὶ λόγοι, *Historiarum libri XXII.* ab A. C. 407. ad 425. dicati Theodosio juniori Imp. & pridem deperditi. Vide ibid. p. 237. seq. ubi inter alia notavi, quod Photius Olympiodorum vocat ποιητὴν τὸ ἐπιτήδευμα, hoc non esse interpretandum *Poëtam*, sed *operatorem Chymicum*. Mentionem facit etiam ex Olympiodoro Photius ἀγάλματα καὶ τελεσμάτα sive *talismanis magici*, quod barbarorum transitum prohibuerit, atque iterum ἀνδριάντων ἀργυρῶν τελεσμάτων εἰς βαρβάρων ἀποκώλυσιν. Singulare itidem est quod περὶ τῆς βήματος ἀξίας sive de ritu pallii per ludicrum aliquod balneum concedi scholasticis soliti refert, ubi memorat *Leontium* in sophisticum thronum Athenis evectum. Mentio ejusmodi λυτρῶν * apud Eunapium in Proæresio p. 104. & 106. & Nazianzenum oratione XX. *Philtatium* præterea Grammaticum laudat Photius Olympiodori fratrem, qui artificium glutinandi libros egregie tenuit: & *Herodorum* auctorem historiæ de Orpheo & Musæo. Olympiodorus accessit iis qui Homerum ex Thebaide Ægypti ortum duce se sibi persvasere. Memorat & Prophetas barbarorum Blemmyum, & plura narrat de Libanio Mago sive τελεστῇ quem Placidiæ suasu interfici jussit hujus maritus Constantinus Valentiani III. Pater. De vegrandibus urbis Romæ palatiis pronunciatum: ἓις δόμος ἄστυ πόλει, πόλις ἄστεα μοῖρα κίνθη, genuinum illi recentis Poëtæ in domum regiam Lupariam Paris.

Par urbi domus est, urbs orbi - - -

Mœnia urbis Romæ, eo tempore qvo Gothi eam primum oppugnarunt, ab *Ammone* Geometra inventa sunt amplitudine miliarium XXI. Eodem loco λουτρῶν καθέδρας sive sellas MDC. ex marmore in lavantium gratiam Romæ in publicis balneis positas ex Olympiodoro refert Photius, cujus generis esse superstitem famosam illam Romæ sellam perforatam, non dubitat Clariss. Montfauconus p. 137. Itineris Italici. Hujus Olympiodori, quemadmodum etiam trium superiorum, Eunapii, Malchi, Candidique excerpta è Photio, Græce & Latine recensuit Labbeus

tomo

* Confer Meursium de ludis Græcorum p. 22. sq.

tomo I. ſcriptorum Hiſtoriæ Byz. Olympiodori qvædam illuſtrat Valeſius ad nonum Sozomeni librum, ubi inter alia notat Zoſimum (à qvo etiam lib. V. p. 579. nominetenus laudat) plura ex eo repetiiſſe. Olympiodori excerpta Photiana ſed minus integra prodierant, antequam Photii Bibliotheca lucem adſpiceret, in Frid. Sylburgii tomo tertio Rom. Hiſtoriæ ſcriptorum. Francof. apud Wechel. 1590. fol. p. 853-855.

LXXXI. *Theodori Mopſveſteni* βιβλιδάριον περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς *de Magia Perſarum libellus* pridem deperditus, de qvo ſupra, p. 158. Qui autem apud Photium auctor Perſici dogmatis traditur Ζωροάδης, hic Clementi Alex. eſt Ναζαράτος, Porphyrio Ζαθραύστης, Plutarcho Ζαραΐας, Theodoreto & Agathiæ Ζαραδής. Vide Cotelerium ad recognitiones Clementis IV. 27. Summum Perſarum Numen Ζαρουάμ, ejusque filii duo Ὡρομάσδας bonus (Plutarcho in Alexandro P. 682. & in Artaxerxe p. 1026. & de Iſide & Oſiride p. 407. & Porphyrio p. 27. Vit. Pythag. Ὡρομαάσδης ſive Ὡρομάζης. Agathiæ lib. 2. p. 59. Ὡρμισδάσης.) malusque Photio Σατανᾶς, Plutarcho Ἀρειμάνιος, Heſychio Ἀρειμάνης. Vide Hadr. Relandi diſſ. Miſcell. parte 2. p. 131. 207. Qvod vero Theodorum Photius ait τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ἀποκατάστασιν ἰᾶσθαι, huic geminum eſt quod infra Cod. 177. traditur τὴς Ὠριγένους κατάγε τὸ ἴλεω ὑποφωνεῖν τὴν κολάσεως. Et eodem ſpectat qvod Leontius ſcribit Theodorum Mopſveſtenum *tollere metum futurorum*. lib. 2. adverſus Eutychen & Neſtorium.

LXXXII. *Dexippi*, τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον, *de rebus poſt Alexandrum Magnum geſtis libri IV.* Ejusdem σύνομον ἱστορικὸν *Compendium hiſtoricum usque ad Claudium II. Imp.* præcipuas res regnaque præcipua perſtringens, & τὰ Σκυθικά, *de rebus Romanos inter & Scythas geſtis*. Hujus Dexippi, qvem ἄλλον τινὰ μετὰ σαφηνείας Θουκυδίδην, *alterum ſed perſpicuum magis Thucydidem* Photius appellat, ſcripta iſta omnia interciderunt, paucis tantummodo fragmentis de legationibus, ex Scythicorum ejus, ut videtur opere ſervatis. Vide Volum VI. p. 231. In multis cum Arriano hiſtorico conſpiraſſe, Photio notatum.

LXXXIII. DIONYSII Halicarnaſſei, Alexandri F. ἱστορικῶν λόγων *hiſtoriæ Romanæ* ab Æneæ in Italiam adventu usque ad Olympiadis CXXVIII 3. *libri XX.* ex qvibus exſtant priores *XI* deſinentes in Olymp. *LXXXIV.* 3. (Urbis *CCCXII.*) Viede quæ dicta lib. 3. hujus Bibl. cap. 32.

LXXXIV. *Dionyſii* ejusdem σύνοψις ſuperiorum viginti librorum, quinque libris contracta, & jampridem deperdita.

LXXXV. *Heracliani* Epiſc. Chalcedonenſis ad Achillium *contra Manichæos libri XX.* ſimiliter deperditi, perinde ut quæ apud Photium ibidem

memorantur Manichæorum *vivum Evangelium* & γιγάντειος βίβλος, nec non *Addæ μόδιος* aliaqve illius ſcripta. Et quæ adverſus Manichæos compoſuere *Hegemonius*, *Georgius* Laodicenus, & libris XXV. contra Evangelium vivum & Addæ modium depugnans *Diodorus* (Tarſenſis.) Nam ARCHELAI, & TITI Boſtrenſis ac SERAPIONIS Thmuitani adverſus Manichæos ſcripta habemus. Vide quæ dixi lib. V. p. 262. & 292. Titum Addæ potiſſimum ſcriptis ſuas oppoſuiſſe lucubrationis à Photio diſcimus.

LXXXVI. Jo. CHRYSOSTOMI Epiſtolæ ad Olympiadem XVII. & ad Innocentium Rom. aliæque quæ omnes exſtant. Vide ſupra, Volum. VII. pag. 633. ſeq.

LXXXVII. ACHILLIS TATII Alexandrini fabula *de amoribus Leucippes & Clitophontis*, *libris VIII.* qui tulere ætatem & de quorum editionibus dixi Volum. VI. p. 812. Si Achilles Firmico laudatus, eſt *Achilles* Tatius auctor libri περὶ σφαίρας ſive iſagoges in *Aratum*, quam habemus, & hic idem cum ſcriptore ἐρωτικῶν, neceſſe ſit eum ante Heliodorum ſcripſiſſe, & ante *Heliodorum* nominatur à Photio Cod. XCIV. & CLXVI. qui αἰσχρολογίαν & obſcoenas narrationes in Tatio ubique deteſtatur, unde non crediderim Photii eſſe decaſtichon jambicum, quod ex inedita Anthologia, Tatii amoribus præmittitur, illosque caſtis lectoribus commendat. Jampridem etiam mihi viſum eſt abſurdum & incredibile, libro VIII. Tatii p. 493. per ἱερέα, ἱππῶν ἐκ ἀδύνατον, μάλιστα δὲ τὴν Ἀριστοφάνους ἐξηλωκότα κωμῳδίαν, Chryſoſtomum intelligi, licet Chryſoſtomum Ariſtophanis ſtudioſum & eloquentiſſimum fuiſſe, inter omnes conſtat.

LXXXVIII. Τὰ κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον πραχθέντα, *Anonymi Acta Synodi Nicanæ*, tomis tribus, inedita hactenus, diverſaque ab illis quæ ſub Gelaſii nomine habemus & de quibus mox Codice LXXXIX. licet in quibusdam Codicibus (talis fortaſſe fuit, de quo ſupra Cod. XV.) ipſa quoque *Gelaſii Cæſareenſis* nomen prætuliſſe Photius teſtatur, memorans præterea illius *librum contra Anomœos* ſive *Eunomianos* de quo infra Cod. CII. itidem deperditum. Conferenda etiam Acta Synodi Nicænæ de quibus infra Cod. CLVI.

LXXXIX. GELASII Cæſareenſis ἱστορίας ἐκκλησιαστικῆς *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ de geſtis in Synodo Nicæna* ac deinceps usque ad Conſtantini *M.* mortem, *libri III.* Exſtant ſub Gelaſii Cyziceni nomine, niſi quod tertius liber haud integer ad nos pervenit. Vide quæ notavi Volum. VIII. p. 371

371. seq. ubi etiam de *Rufini* Hist. Eccles. quam Græce è Latino vertisse à Photio dicuntur Gelasius Cæsarienſis & Cyrillus Hierosol. ambo prius mortui quam Historia à Rufino scriberetur.

XC. LIBANII Rhetoris scripta, Τόμοις sive Voluminibus duobus, cujus ait γυμνασικὰς & πλασματικὰς λόγους sive declamationes præstare ejus seriis & civilibus orationibus. Laudat & ejus Epistolas & παντοδαπὰ συγγράμματα, testatus eum esse κανόνα & σῶφρονα λόγου Ἀττικοῦ, *regulam & amussim Attici styli.* Libanii hujus scripta pleraque ad nos pervenere, de quibus dixi Volum. VII. (lib. V. cap. 10.) Alius Libanius ὁ τελεστὴς, Magus de quo Olympiodorus apud Photium Cod. LXXX. p. 112. Alius Libanius Palæopoleos in Pamphylia Episcopus, qui interfuit Concilio Ephesino A. C 431. & Libanius Paralai Episcopus Lycaonia, qui subscripsit Concilio Chalcedonensi A. 451. & alius Concilio Rom. A. 503. alius denique Libanius Silvanectensis in Gallia Concilio Aurelianensi *A.* 511. &c.

XCI. ARRIANI Τὰ κατ' Ἀλέξανδρον, *de rebus Alexandri M. libri VII.* sæpius Græce & Latine editi, de quibus dixi lib. IV. c. 8. p. 272. seq. ibique dictis hæc addo. Prima illorum Græca editio curata est à *Victore Trincavello* Venet. 1535. 8. Latinam *Petri Pauli Vergerii* versionem servari MS. in Bibl. Vaticana, didici ex Diario Veneto, Giornale de' letterati d' Italia T. X. p. 422. *Barthol. Facii* versio elegans Alphonso II. Regi Neapolitano oblata, vidit etiam lucem Bernæ A. 1554. 7. Licet vero locis innumeris *Vulcanius* melius, tamen etiam Facium nonnulla rectius Vulcanio expressisse monuit *Jacobus Gronovius*, qui Vulcanii interpretationem hinc inde in sua editione emendavit. Post Gronovium vidi hos Arriani libros recensitos novo ac diligenti studio, divisos in minores sectiones, notisque eruditis & locupletissimo indice Græcarum vocum phrasiumque instructos à Rev. Viro *Georgio Raphelio*, Ecclesiæ Luneburgensis Pastore, quos in usus studiosorum Græcæ lingvæ edi atque in lucem proferri quam primum, erit utique pretium operæ. Hujus Eruditissimi Viri annotationes Philologicæ in Novum Test. quibus dictionem scriptorum sacrorum ex Polybio & Arriano illustrat, prodierunt Hamburg. 1715. 8. Similes ex Xenophonte observationes ad Novum Test. vulgaverat ibid. 1719. 8. Testatur Photius libris Arriani de Alexandro subjunctam se reperisse Τὴν Ἰνδικὴν *librum de rebus gestis ab Alexandro in India*, qui & ipse exstat; non ut illi Attica sed Ionica dialecto exaratus. Hunc *Germanice* à se translatum vulgavit idem Raphelius Hamb. 1709. 8. Incidi etiam in versionem *Italicam* Jo. Baptistæ Ramusii, editam Venetiis A. 1558.

XCII. Ejusdem *Arriani τὰ μετ' Ἀλέξανδρον, de rebus post Alexandrum gestis* libri X. è quibus excerpta Photii tanto jucundius leguntur, quod opus ipsum hodie non extet, certe editum non sit. Dexippum in opere ejusdem argumenti Arriano *σύμφωνον κατὰ τὰ πλεῖστον* monuerat Photius supra Cod. LXXXIII. *M*eminit iterum Cod. XCIII.

XCIII. Ejusdem Arriani *Βιθυνικά de rebus Bithynicis* ab origine gentis usque ad ultimi regis Nicomedis exitum qui moriens regnum suum Populo Rom. legavit, *libri VIII.* Supra Photius Cod. LVIII. hoc opus vocat *τὰ πάτρια τῶν Βιθυνῶν.* Nusquam autem exstat hodie, non magis quam quorum in illo fecit mentionem, Arriani *τὰ περὶ Τιμολέοντα τὸν Κορίνθιον de rebus à Timoleonte Corinthio* in Sicilia adversus Dionysium *gestis*, vel *τὰ περὶ Διώνα Συρακοσίων. de rebus gestis Dionis Syracusii* adversus eundem Dionysium secundum, Dionysii F. tyrannum.

XCIV. *Jamblichi*, qui Commodi ætate vixit & Jamblichum Philosophum ætate antecessit, *δραματικὸν* hactenus ineditum si non plane deperditum *de amoribus Sinonidis* virginis & *Rhodani* sive *Rhodanæ.* Aliis hoc opus venit nomine *ἱστοριῶν Βαβυλωνιακῶν.* Photius excerpta dat ex libris XVI. cum Svidæ codices numerent libros XXXIX. qui videtur etiam aliqua ex hoc opere producere in *ζηλοτυπία, ἤδη* &c. Vide si placet quæ notavi Volum. VI. p. 822. seq. *M*aussacum præter rem reprehendit Tho. Crenius parte VII. animadversion. p. 43. quod Babylonica Jamblichi vocavit Milesiaca. Notum enim est omnes fabulas ejusmodi eroticas, Milesias, & sermones Milesios appellari, exemplo Aristidis *Μιλησιακῶν* quæ Latine vertit Sisena. Vide quæ viri docti ad Apulejum. *S*ic *Βαβυλωνιακὰ* fabulam suam amatoriam Jamblichi exemplo inscripsit Xenophon Antiochenus, de quo Svidas.

XCV. *Joannis Scythopolitæ* Scholastici *περὶ τῶν ἀποχρήτων τῆς ἐκκλησίας contra desertores Ecclesiæ*, Eutychis & Dioscori asseclas, Opus divisum in tomos duodecim & Juliano nescio quo Episcopo svadente susceptum oppositumque anonymo Eutychiano libri adversus Nestorium auctori, quem Photius *Basilium* Presb. Cilicem fuisse existimat, de cujus libro adversus Joannem Scythopolitam infra Cod. CVII. Hodie utriusque scripta desiderantur.

XCVI. GEORGII Episcopi *Alexandrini liber de vita S. Jo. Chrysostomi* ex Palladio, Socrate, (Cyrillo *A*lex. Theodoreto, Moscho) pluribusque aliis collectus. Post annum CHristi sexcentesimum scripsisse viri docti colligunt. Vide Allatium de Georgiis p. 316. Exstat adhuc, Græce editus & Latine ut dixi Volum. VII. p. 556. Postquam plura ex illo excerpsisset

fisset Photius, subjungit: ὡς ὀλίγα φαίνεται παρισοῶν, * quod cum Lambecio VIII. p. 273. seq. vertendem: *non pauca videtur tradere obiter, & præter institutum suum*, non ut Schottus reddit: *præter historiæ fidem.* Quanquam multa etiam præter historiæ fidem scripta ab hoc Georgio, demonstravit David Blondellus in libro Gallice edito de primatu in Ecclesia p. 1230-1244. qui etiam eodem loco persequitur errores & fabulas quas de vita Chrysostomi scribentes tradidere Anonymus Græcus p. 1244. 1247. Socrates p. 1247. seq. Sozomenus & Moschus p. 1248. seq. Nicephorus Patriarcha & Zonaras p. 1250. Cedrenus & Glycas p. 1251. Nicephorus Callistus p. 1252. seq. atque auctor Epitomes à Lipomanno editæ, p. 1253. quibus denique Blondellus vitam Chrysostomi accuratius à se digestam ac contractam subjungit p. 1254-1268.

XCVII. *Phlegontis* Tralliani Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν συναγωγὴ à prima Olympiade ad ætatem Hadriani, qui imperare cœpit Olymp. CCXXIV. 1. defunctus CCXXIX. 1. Photius tantum quinque libros legit hujus operis, è quibus quintus desinebat in Olympiade CXCVII. Vehementer dolendum est hoc opus ad nos non pervenisse, licet enim nimiam & minutam in eo diligentiam reprehendit Photius, quæ etiam in causa fortasse fuit ut à paucioribus lectitaretur, atqve adeo describeretur: tamen vel ex paucis qvæ illius supersunt fragmentis facile apparet quam multa in veteri historia & ad temporum rationes constituendum nos fuisset docturus, quæ hodie nos fugiunt. Cæterum non repetam hoc loco quæ de isto & aliis Phlegontis sive quæ exstant sive quæ intercidere scriptis notavi lib. IV. cap. 13. Tantum addam hæc Hieronymi in Genes. X. *Legamus Varronis de antiquitatibus libros & Sisinnii Capitonis, & Græcum Phlegonta, cæterosque eruditissimos viros, & videbimus pæne omnes insulas & totius orbis littora terrasque mari vicinas Græcis accolis occupatas.*

XCVIII. ZOSIMI Comitis ἱστορικὸν, sive *Historiarum libri VI.* sæpius excusi Græce & Latine de qvibus dixi Volum VI. p. 607. seq. atqve editionibus p. 611. memoratis addo quod illos ex Leunclavii versione, præmissa ejusdem Apologia Latine recusos reperi in tomo tertio Historici operis quod XII. Voluminibus in folio dedit Jo. Philippus Vorburgius, Francof. 1650. De Zosimo ipso autem in gratiam eorum, qvi, ubi de Constantini M. rebus agitur, illius unius testimonium flexcentis Christianis libenter præferunt, adscribo hanc censuram doctissimi Viri Richardi Bentleii, **

* Cicero ad Atticum VI. 1. *Hæc te volui παρισοῶσαι, sumus enim ambo belle curiosi.*

** Remarcks upon a late discourse of freethinking part. 2. p. 21. *Zosimus a poor superstitious creature* &c.

in parte 2. obſervationum ad Antonii Collini librum de libertate cogitandi p. 21. *Zoſimus miſellus & ſuperſtitioni penitus obnoxius ſcriptor, atque adeo auctor parum idoneus ad quem noſter licenter cogitandi ſignifer provocet. Hic brevem ſuam hiſtoriam non minus Ethnica fraude & hypocriſi quam malitia adverſus Chriſtianos refertam dedit. Hic lectores ſuos paſcit Palmyrenis & Sibyllinis oraculis: miraculisque Veneris ſolennibus aurum & argentum facientis aquis innatare: præſagiis & ſomniis anilibus, fulminibusque ac terræ motibus velut totidem prodigiis: cadavere hominis morcui inter medium exercitum evaneſcente, ominibus & præſagiis aruſpicum per pecudum exta: apparitione Palladis, capite Gorgoneo, ſpectro Achillis, idolis ligneis omnem ignis vim eludentibus & divina vindicta per ornatum collo ſimulacri Rheæ detractum ſollicitatâ. Hic denique eſt qui Romam ab Alarico captam omiſſioni paganorum ſacrificiorum imputat, & Romani inclinationem Imperii à neglectis per Conſtantinum ludis ſæcularibus ſuſpendit.*

XCIX. HERODIANI ἱστορικοὶ λόγοι ἢ *Hiſtoriarum libri VIII.* qui itidem exſtant, de quibus dixi Volum. VII. p. 11. ſqq. & nunc juvat addere qvod tabulam chronologicam accuratam annorum ſexaginta, quos inſignis ille ſcriptor perſeqvitur, ab A. C. 180. ad 239. exhibet Vir doctiſſ. *Joannes Vignolius* in diſſ. 2. Apologetica de anno primo *A*lexandri Severi Aug. capite 10. (Vide Opere *S.* Hippolyti T. 1. edit. à. me curatæ p. 203.) Verſionem Herodiani *Politianus* in Epiſtola ad Andream Magnanimum lucubrationi illi præfixa teſtatur dictatam à ſe pauculis diebus ſic deambulante. Innocentii VIII. Epiſtolæ binæ quibus & Politiano, & patrono ejus *L*aurentio Medici gratias pro Herodiano tam pulchre Latinis dato auribus, agit, leguntur inter Politiani Epiſtolas VIII. 2. 3. Novam *Germanicam* verſionem ejusdem ſcriptoris perſpicuam & elegantem nuper è Græco dedit vir doctus neſcio qvis excuſam Halæ Sax. 1719. 8. cum præfatione Menantis, ſive qvi ſub illo latet nomine D. Chriſtiani Frid. Hunoldi. Nec minus elegans de Græco *Gallica* L. Mongaulti, (ejusdem à qvo Epiſtolas Ciceronis erudite in Gallicum ſermonem verſas habemus) poſt priorem Anni 1700. editionem recuſa eſt Pariſ. 1712. 8. At interpres Germanicus in Bibliotheca noviſſima obſervationum & recenſionum qvæ Halæ *S*axonum Latine in 4. edi A. 1718. cœpit, ſect. IV. p. 156. ſeq. nonnullos in Politiani interpretatione velut corporis pulcherrimi nævos, nimiamque omittendi licentiam reprehendere non dubitat. Caſtigaverat etiam ſimili nomine Politianum *H. Stephanus.* Nihilominus *Jo. Henr. Bæclerus* A. 1644. 8. maluit Herodianum dare cum Politiani verſione ſincera, rejectis H. Stephani interpolationibus. *Cujus*, inquit, *cenſura quam non ſit æqua & erudita,*

non

non uno ſpecimine oſtendimus ſuo loco. Tan. Fabri Epiſtola ad Jo. Frid. Grononovium, quà plura Herodiani loca illuſtrantur, & quæ in poſterioribus Argentoratenſibus editionibus 1662. 1672. 1694. 8. cum *Balth. Scheidii* locupletiſſimo Græco indice adjuncta legitur, eſt inter Epiſtolas *Tan. Fabri* junctim editas Salmurii A. 1674. 4. Tomo I. Epiſtola 75. In editionibus Græcolatinis Oxonienſibus *A.* 1678. 1704. 8. itidem Latina Politiani hinc inde ad Græcum recognita deprehenduntur, adjunctis brevibus notis. Sine notis Græce & Latine vidit etiam lucem Herodianus Ingolſtad. 1608. 8. Ab hoc ſcriptore (quem accuratioris curæ & exquiſitæ artis nomine Curtio in Latinis *Bœclerus* comparabat, Wagenſeilius Salluſtio) diverſus eſt Herodianus cujus mentionem facit Photius Cod. LXV. p. 46. ex libro ſeptimo Theophylacti Simocattæ: alius item ad quem Rhetoris Libanii Epiſtolæ.

C. *Adriani* Imperatoris μελέται διάφοροι, *Declamationes variæ*, pridem deperditæ, una cum multis aliis quæ utraque lingua Græca & Latina, proſa & verſu ſcripſiſſe hunc Imperatorem teſtatur Dio lib. 69. Excerpt. Peireſc. p. 713. Svid. in Ἀδρ. Nempe cum Rhetoribus perinde ut cum Philoſophis ac Poëtis, libris vel carminibus vel declamationibus invicem editis certaſſe *Adrianum* inuit Philoſtratus in vitis Sophiſtar. ubi de Favorino, Spartianus in vita Hadriani c. 15. atque idem Dio qui eum Sophiſtis Favorino Gallo & Dionyſio Mileſio invidiſſe ſcribit. Spartianus: *Et quamvis eſſet oratione & verſu promtiſſimus, & in omnibus artibus peritiſſimus, tamen profeſſores omnium artium ſemper ut doctior riſit, contemſit, obtrivit.* De Adriani Imp. ἀποφάσεσι ſive reſponſionibus Epiſtolisque editis Græce cum verſione antiqua Doſithei *Magiſtri*, dixi Volum. VII. p. 59. *Ab* eo tempore vidi easdem cum Goldaſti notis nitide recuſas in nobiliſſimi atque eruditiſſimi viri Antonii Schultingii Jurisprudentia veteri antejuſtineanea Lugd. Bat. 1717. 4. p. 855. ſeq. Fuit etiam Adrianus Tyrius Rhetor, Herodis Attici diſcipulus, ex cujus declamationibus excerpta habemus Græce & Latine vulgata ab Allatio. De illis dixi lib IV. cap 30. p. 409. ſeq.

Cl. *Victorini Lampadii* Antiocheni λόγοι ὑπατικοὶ καὶ βασιλικοί. *Orationes variæ* Conſulares & ad Imperatorem Zenonem habitæ, jampridem deperditæ. Zeno Imperator fuit ab A. C. 474. ad 491.

Cll. *Gelaſii* Cæſareenſis μονόβιβλος κατὰ Ἀνομοίων, *liber adverſus Anomœos* ſive Eunomianos, cujus etiam ſupra Cod. LXXXVIII. mentio, & *Diodori* Tarſenſis περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διάφορα ἐπιχειρήματα. *De Spiritu S. varia argumenta.* Utrumque opus hodie deſideramus. De Gelaſii ſcriptis dixi Volum. VIII. p. 370. & de Diodori p. 358.

CIII.

CIII. PHILONIS Judæi νόμων ἱερῶν ἀλληγορία, *Legum ſacrarum allegoria* & περὶ βίου πολιτικοῦ *de vita Viri civilis* (Joſephi Patriarchæ.)

CIV. EJUSDEM τῶν παρὰ Ἰουδαίοις Φιλοσοφησάντων, τήν τε θεωρητικὴν καὶ τὴν πρακτικὴν Φιλοσοφίαν βίοις. De Therapevtis & Eſſenis ſive *de practicæ & Theoreticæ Philoſophiæ apud Judæos cultoribus.*

CV. EJUSDEM Γαΐου ψογόμενον *Caji Imp. vituperatio* & Φλάκκου καὶ Φλάκκων ψεγόμενος, *vituperatio Flacci*, Ægypto præfecti ſub Cajo Imp. Omnia iſta Philonis ſcripta hactenus memorata adhuc ſuperſunt, quemadmodum & alia quorum meminit Photius πολλὰ καὶ ποικίλα συντάγματα, περιέχοντα καὶ τὰ παλαιᾶς ὑπομνήματα, τὰ πλεῖστα πρὸς ἀλληγορίαν ἐγγράμματον ἐκβιαζόμενα. De his omnibus dixi lib. IV. cap. 4. ubi etiam de eo, utrum CHriſto aliquando, ut ait Photius, nomen Philo dederit, quod neutiquam veriſimile mihi videtur.

CVI. *Theognoſti* Alexandrini, & ſacrorum librorum interpretis, ἐν μακαρίᾳ Θεογνώστου Ἀλεξανδρέως καὶ ἐξηγητοῦ, ὑποτυπώσεις *Hypotypoſeon* ſive Theologicarum inſtitutionum *libri VII.* pridem deperditi, in quibus cum Origene in plerisque ſenſiſſe & ex libris ejus περὶ ἀρχῶν non pauca mutuatum eſſe Photius innuit, quem tamen præ nimio in Origenem odio etiam Theognoſto præbuiſſe ſe iniquiorem cenſura ſua (licet quodammodo emollita) docet G. Bullus in defenſione fidei Nicænæ ſect. 2. c. 10. § 7. ſeq. Certe ab Arii (quem ætate etiam præceſſit) ſententia fuiſſe alienum teſtis locuples S. Athanaſius qui ex ſecundo ὑποτυπώσεων Theognoſti (quem ἀνδρα λόγιον appellat) hæc producit verba lib. de decretis Synodi Nicænæ T. 1. p. 274. ὡς ἔξωθέν τοῦ ὄντος ὑφεστῶσα ἡ ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐποιήσθη, *Non forinſecus Filii ſubſtantia conſtat, neque ex non-entibus producitur*, ἀλλὰ ἐκ τῆς ἐκ Πατρὸς οὐσίας ἔφυ ὡς ἐκ φωτὸς ἀπαύγασμα, ὡς ὕδατος ἀτμός. *ſed ex Patris ſubſtantia ita progenitus eſt, ut à luce jubar, ut ex aqua vapor.* Ab eodem Athanaſio in illud: quicunque dixerit verbum contra Filium hominis T. 1. p. 971. laudantur παλαιοὶ ἄνδρες, Θεωγένης ὁ πολυμαθὴς καὶ φιλόπονος, καὶ Θεόγνωστος ὁ θαυμάσιος καὶ σπουδαῖος. A Philippo Sidete Theognoſtus inter Catechetas & præfectos ſcholæ Alexandrinæ celebratur poſt Pierium * qui Dionyſio Alex. ut Dionyſius Heraclæ, Heraclas Origeni ſucceſſit. Vide Dodwellum ad Irenæum p. 488. & 511. Quod autem Euſebium arguit Baronius ad A. 209. num. 59. ideo Theognoſti non feciſſe mentionem, atque ideo eum dolo malo involviſſe ſilentio, quod ἐν ὁμοουσίᾳ aſſertor fuiſſet, prorſus eſt ab omni veriſimilitudine alienum, hæc enim ratio ſi valeat, omittendi

* De hoc Pierio Pamphili martyris præceptore Photius infra, Cod. CXVIII. CXIX.

tendi ei fuissent tot alii, quinimo Patrum omnium vetustissimorum nomina oblivione prætereunda. Hypotyposeon libros ante Theognostum scripserat Clemens Alex. de quibus Photius infra Cod CIX. CXI. Quod autem de Theognosti dictione judicium ferens ait eum, καλλιλεξίᾳ εἰς ἰδ ἀττικῷ ἐ συνήθει χρώμενον λόγῳ, Salmasius pro ἰν ἀττικῷ recte monuit legendum ἀναττίκῳ lib. de lingva Helenistica p. 35. quod doctissimo viro Andreæ Schotto jam suboluit.

CVII. *Basilii Cilicis*, Nestoriani qui Anastasio imperante Diodori Tars. & Theodori Mopsvesteni propugnator: & Flaviano Antiochiæ Episcopo presbyter Antiochenus fuit, *contra Joannem Scythopolitanum* (de quo Cod. XCV.) libri XVI. dialogorum more scripti inter Lampadium, qui Basilii Partes tuetur, & Marinum, Tarasiumque, ac dicati cuidam Leontio. Iniercidérunt perinde ut ejusdem Basilii Historia Ecclesiastica de qua Cod. XLII. & liber contra Archelaum presbyterum Colonienſem de quo Svid. in Ἀρχέλαος & Βασίλειος. Idem Svidas testatur hunc Basilium factum esse Irenopoleos in Cilicia Episcopum.

CVIII. *Theodori* Alexandrini monachi Severiani & Theopaschitæ Ἔλεγχος κατὰ Θεμιστίου. *adversus Themistium* Agnoëtarum signiferum. Καλωνύμια (al. Μεγαλωνύμια) ἔ κατὰ Θεμιστίου ἀπολογία ὑπὲρ ἔ τὸν ἁγίου Θεοφοβίου. *Themistii Apologia pro S. Theophobio*. Ejusdem κατὰ Θεοδώρου μονόβιβλος. *adversus Theodorum liber singularis*. *Theodori adversus Themistium libri III.* Hæc scripta omnia Photio olim lecta interciderunt. Fuit Themistius ille Diaconus Alex. sub initia sexti à CHristo nato sæculi, de quo non repetam dicta Volum. VIII. p. 51. seq.

CIX. *Clementis Alex.* ὑποτυπώσεις, opus deperditum, de quo dixi lib. V. cap. 1. p. III. seq. Fragmenta illius à se collecta dare voluit Tomo tertio quem parabat Spicilegii Patrum doctissimus vir *Jo. Ernestus Grabe*, singulorumque exponere argumenta librorum, & demonstrare quod Stromatum libris veluti continuandis ab Clemente subjuncti fuerint. Interpolatos etiam fuisse ab hæreticis, sive potius Hæreticorum fuisse à Clemente enarrata, non ipsius Clementis dogmata quæ Photius in ejus hypotyposibus reprehendit, siquidem Clemens lib. IV. strom. p. 475. opus illud promittens ait se auspicium facturum ab enarratione opinionum paradoxarum quas sparserint hæretici in Geneseos librum. Confer Grabii librum Anglice editum, *Some instances*, p. 13. seq. Balthasar. Germonium de hæreticis Codicum Ecclesiasticorum corruptoribus p. 263. seq. Jo. Clericum Epist. Critic. I. & Bibl. veteri & recenti, Gallice vulgata

gata T. 6. p. 245. seq. & Wilhelmi Cavei Epistolam Apologeticam adversus Clericum editam Londini 1700. 8. p. 44. seq. In his Hypotyposibus *Pantænum* præceptorem suum professus est Clemens, ut præter Photium testatur Philippus Sidetes in fragmento quod edidit Dodwellus ad Irenæum p. 488.

CX. & CXI. Ejusdem CLEMENTIS στρωματέων libris VII. in aliis VIII. atque octavi loco jam ille qui in editis exstat incidit: Ἀλλ' ἰδὲ τὶς τῶν παλαιοτάτων τῶν Φιλοσόφων, jam alius τὶς ὁ σωζόμενος πλούσιος *quis dives salvetur*, cujus initium: οἱ μὲν τὰς ἐγκυκλιστικὰς λόγους. Ejusdem Clementis παιδαγωγός. De hisce scriptis quæ exstant adhuc omnia, dixi lib. V. cap. 1. p. 104. seq. Sed memoratur etiam Photio scripta Clementis deperdita περὶ ψυχῆς, περὶ κακολογίας, & περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν κατὰ τῶν ἀπολυθέντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ ad Alexandrum Hierosol. Episcopum. Novissime præclaram Operum Clementis Alex. editionem versione plurimis castigatam locis S. Scripturæ annotatis diligenter & eruditis animadversionibus instructam vulgavit illustris Oxoniensium Episcopus *Joannes Potterus* Oxon. 1715. fol. Nonnulla fragmenta ipsi prætenta dedi Græce & Latine tomo posteriori operum S. Hoppolyti. Hamb. 1718. fol.

CXII. & CXIII. Clementis Romani Διαταγαὶ τῶν Ἀποστόλων, *Constitutiones Apostolicæ*, quæ Græce etiamnum exstant, & ἀναγνωρισμοὶ, *Recognitiones*, quas tantum Latine habemus ex Rufini versione. De utrisque operis editionibus dixi lib. V. cap. 1. p. 33. seq. Epistola præmissa utraque & *Clementis ad Jacobum* fratrem CHristi, & ad eundem *Petri* Apostoli, edita est à Cotelerio Græce & Latine ante Clementina sive homilias XIX. Clementi tributas. In recognitionum autem opere obviæ quas Photius memorat αἱ λεγόμεναι Ἐ Ἀποστόλε Πέτρε πράξεις, & αἱ περὶ Σίμωνα τὸν μάγον Διαλέξεις. Vide Grabium T. 1. spicilegii Patrum p. 276. seq. & Cotelerium T. 1. Patrum Apostol. Meminit etiam Photius & hoc loco & infra Cod. CXXVI. *Epistolarum ad Corinthios* quæ itidem exstant: tum prioris illius quæ sola ex omnibus Clementis Rom. scriptis genuina habetur, tum posterioris, quam perinde ut *Petri & Appionis* πολύστιχον Διάλογον rejectitiam esse ipse Photius innuit. Hunc dialogum in recognitionum opere non contineri, sed diversum ab illo opus esse, idque deperditum, recte Grabius annotavit, quem vide sis p. 271. seq.

CXIV. *Lucii Charini* Manicæi αἱ λεγόμεναι τῶν Ἀποστόλων πράξεις, Apocryphæ *periodi Apostolorum* Petri, Joannis, Andreæ, Thomæ, Pauli, de quibus pridem deperditis dixi in Codice Apocrypho Novi Testamenti.

CXV.

CXV. *Anonymi liber contra Judæos & Quartadecimanos* de Paſchate, quod CHriſtus feria qvinta illud non obierit, neqve præverterit, ſed propriam myſticam celebraverit cœnam. Alius item *Metrodori* de computo XXVIII. enneadecaeteridum pes annos 533. à tempore Diocletiani Imp. ad Paſchatis rationes deſignandas. Neutrum ſcriptum hodie extat.

CXVI. *Ανωνύμου περὶ τοῦ ἁγίου καὶ πάσχα ἤτοι λόγοι ἑπτὰ ἐν τόμοις ὀκτώ. De ſacro paſchate* liber tertius in octo ſectiones diviſus, ad Theodorum. In ſectione quarta Metrodorum (de qvo Codice ſuperiore) oppugnatum Photius teſtatur. Etiam hic ſcriptor (cujus neqve tertius neqve priores duo de iſto argumento hodie exſtant) contendit CHriſtum proxime ante paſſionem ſuam Paſcha Judaicum non celebraſſe, qvam ſententiam negat Photius temere amplectendam eſſe, quoniam Chryſoſtomus & Eccleſia aliter ſentiat. *Καὶ σκοπεῖν χρή. ὁ μὲν Χρυσόστομος καὶ ἡ ἐκκλησία τοῦτο φησὶν αὐτὸν ἐπιτελέσαι τὸ νομικὸν, πρὸ δὲ μυστικῆς δείπνου.*

CXVII. *Anonymi Apologia pro Origene ejusque dogmatibus, βιβλίον ὑπὲρ Ὠριγένους καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων ἐν τόμοις πέντε, libris V.* Teſtes pro Origene laudavit hic ſcriptor, cujus opus hodie deſideramus, Dionyſium & Demetrium Alexandrinos Epiſcopos & Clementem presbyterum Alexandr. præcipue vero, (de quibus mox Cod. CXVIII.) Pamphilum Martyrem & Euſebium.

CXVIII. PAMPHILI Martyris & EUSEBII Cæſareenſis *Apologiæ pro Origene libri ſex*, qvorum quinque ſcriptos ab utrisque Pamphilo in carcere detento & Euſebio, ſextum poſt Pamphili martyrium, à ſolo Euſebio * ſuppletum Photius teſtatur. *ὑπὲρ Ὠριγένους, τόμοι δὲ τὸ βιβλίον ἓξ, ὧν οἱ μὲν πέντε Παμφίλῳ τῷ δεσμωτηρίου οἰκήτορι, συμπαρόντος καὶ Εὐσεβίου ἐξετυπώθησαν, ὁ δὲ ἕκτος, ἐπεὶ ὁ μάρτυς ἐλύθη δεσμῶν καὶ ζῶν ἀπαχθεὶς ἀνέλυσε πρὸς ὃν ἐπόθει θεὸν Εὐσεβίῳ λοιπὸν ἀπαρτίζεσθαι.* Et aliqvibus interjectis: *ἦν δὲ ὑπὲρ Ὠριγένους ἀπολογία, ὁ Παμφίλου σὺν Εὐσεβίῳ καθειργμένου τῶν δικημάτων συνεγράψατο.* Addit opus ab iisdem transmiſſum ad Confeſſores pro CHriſti nomine ad metalla damnatos horumqve præcipuum Paterinuthium. Ex illis ſex libris ſolus primus exſtat Latine è *Rufini* verſione, ** cæteri perierunt, ut dixi Volum. VI. p. 102. Meminit hujus operis Auctor Synodici adverſus tragœdiam Irenæi c. 198. (in Clariſſ. Baluzii Concil. [illegible]95.) *Euſebius in opere Apologetico pro Origene & dogmatibus ejus, id eſt pro præexiſtentia & reſtitutione compoſito, quod Martyris* (Pamphili) *& ipſius Euſebii*

* circa A. 308. vel 309. ut eſt credibile.

** De hac verſione Tillemont. T. XII. memor. p. 205. ſeq. ut de opere ipſo T. III.

nominibus prænotatur, multis valde præcedentium Patrum testimoniis usus est pro prædictis erroribus. Nec tamen idcirco ab Ecclesia DEI vel Origenes absolvitur, quasi non fuerit novitatis inventor, sed illi pariter addicuntur. Malim tamen Photio & pluribus aliis veteribus, argumentisque à Tillemontio T. 3. memor. productis habere fidem, quam cum Balthasare Germonio Hieronymi bilem citra examen admittente in libro de hæreticis Codicum Ecclesiasticorum corruptoribus p. 305. seq. statuere in hoc opere nullas Pamphili fuisse partes, sed meram illam Rufini fraudem, qui libros *Eusebii* pro Martyris lucubratione venditare voluerit. Certe græcos etiam Codices Pamphili nomen prætulisse ex græcorum scriptorum testimoniis liqvet. Testatur autem Photius plures etiam alios magnæ auctoritatis in Ecclesia viros illa ætate apologias pro Origene composuisse. Καὶ ἄλλοι δὲ πλείους παρ' ἐκείνου καιρὸν ἐξελογήσαντο ἀπολογίας ὑπὲρ αὐτοῦ συνθέσθαι. Idem narrat Pamphili præceptorem fuisse *Pierium* presb. & scholæ Alex. præfectum, postea una cum fratre Isidoro coronatum martyrio, quorum memoriæ templa & oratoria dedicata sunt, ut Pierii templum Alexandriæ memorat Epiphanius hæresi LXIX. 2. Pamphilum deniqve narrat Photius plures Origenis in sacras litteras commentarios πολλὰ τῶν ἐξηγήσεων εἰς τὴν θείαν γραφὴν sua manu descripsisse, quod confirmant Eusebius VI. 36. Hist. & Hieronymus c. 75. de S. E. ad quem notavi, in Bibl. Coisliniana etiamnum exstare apographum Codicis Epistolarum Pauli, qui manu S. Pamphili martyris exaratus fuit.

CXIX. *Pierii* presbyteri Alex. (de quo superiore Codice dictum) λόγοι δώδεκα, *Libri duodecim* de variis argumentis theologicis, ἐξηγήσεις καὶ ἀλληλίξεις vocat *Eusebius* VII. 32. Hist. ex qvibus duarum tantum inscriptiones affert *Photius*: εἰς τὸ κατ' Δεκάν, & εἰς τὸ πάσχα καὶ τὸν Ὡσηέ. De hoc postremo S. Hieronymus præf. in Oseam: *Pierii legi tractatum longissimum, quem in exordio hujus prophetæ, die vigiliarum Dominicæ passionis extemporali & diserto sermone profudit.* Et c. 76. de script. Eccles. ubi Origenem juniorem appellatum illum esse testatur: *Hujus est longissimus tractatus de propheta Osee, quem in vigilia Paschæ habitum ipse sermo demonstrat.* Non dubito etiam ex his duodecim λόγοις Pierii, Photio lectis, fuisse tractatum *in* 1. *ad Corinthios*, ex quo idem Hieronymus Epist. ad Pammachium: *Origenes, Dionysius, Pierius, Eusebius Cæsariensis, Didymus, Apollinaris latissime hanc Epistolam interpretati sunt, quorum Pierius, qvum sensum Apostoli ventilaret atque edisseret, & proposuisset illud exponere,* Volo autem omnes esse sicut meipsum 1. Cor. VII. 7. *adjecit:* ταῦτα λέγων Παῦλος ἀντιφὺς ἀγαμίαν ὑφίστησι. Hujus Pierii

scripta.

ſcripta, quem eruditiſſimis Eccleſiæ Doctoribus jungit Hieronymus Epiſtolâ ad Magnum Oratorem, nihil hodie exſtat. Palladius in Lauſiaca c. 12. narrat Ammonium plura potuiſſe citare memoriter ex ſcriptis Origenis, Didymi, Stephani ac Pierii.

CXX. IRENÆI Epiſcopi Lugdunenſis ἐλέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, *Redargutio atque everſio falſo jactatæ* (rerum Divinarum) *cognitionis*, ſive *contra hæreſes libri V.* adhuc ſuperſtites ex veteri Latina verſione cum Græcis qvibusdam fragmentis, qvæ poſt Franciſcum Fevardentium & induſtriam ſingularem Jo. Erneſti Grabe, conqviſita ſunt noviſſime à Renato Maſſveto monacho Benedictino, cui præclaram hujus ſcriptoris editionem debemus vulgatam Pariſ. 1710. fol. Ipſe Maſſvetus aliis pluribus egregiis lucubrationibus rem locupletaturus Eccleſiaſticam diſceſſit ex hac vita A. 1716. menſe Januario. De aliis Irenæi editionibus dixi lib. V. c. 1. p. 67. ſeq.

CXXI. *HIPPOLYTI*, qui Irenæum modo memoratum habuit Magiſtrum, βιβλιδάριον, σύνταγμα κατὰ αἱρέσεων λβ'. libellus complexus digeſtum adverſus hæreſes XXXII. à Doſitheanis usqve ad Noëtum ſive Noëtianos. Hoc opus intercidit ſolo capite poſtremo *contra Noëtum* excepto, qvod Græce & Latine vulgavi in tomo poſteriore operum Hippolyti, Hamburg. 1718. fol. Profeſſus fuit Hippolytus hoc opuſculo ſe in compendium miſiſſe quæ ex ore Irenæi adverſus hæreſes diſputantis acceperat. Ἀλλὰς δὲ φησιν (αἱρέσεις) ἐλέγχους ὑποβληθῆναι ὁμιλίᾳ. Ἑρμαίου, ὧν σύνοψιν ὁ ἱππόλυτος ποιήσας καὶ τὸ βιβλίον φησὶ συνῆλλαχέναι. De aliis Hippolyti ſcriptis dixi lib. V. cap. 1. p. 203. & in jam memorata editione illius operum. Apud Photium autem, niſi ipſe male intellexerit verba Euſebii VI. 23. Hiſt. ante verba: λέγεται δὲ καὶ ἕτερα πρεσβυτέρου τοῦ λαοῦ καὶ μίμησιν Ὠριγένους, neceſſe eſt quædam excidiſſe de *Ambroſio* Alexandrino cui conveniunt illa omnia quæ deinceps ſeqvuntur, & quod notarios ſeptem Origeni aluerit & ejus fuerit ἐγγοδιώκτης, & plura ipſe in literas miſerit, quæ tamen omnia pridem interciderunt. Vide ſi placet qvæ notavi ad Hieronymum de Script. Eccleſ. cap. 61.

CXXII. CXXIII. CXXIV. EPIPHANII Τὰ πανάρια, ἐν τόμοις μὲν τρισὶ, βίβλοις δὲ ἑπτὰ, *Panaria contra hæreſes LXXX. in tribus voluminibus, libris ſeptem.* Ejusdem Ἀγκυρωτὸς, *Ancoratus*, ſive *ancora Fidei*,* velut ſynopſis

* Epiphanius ipſe hæreſ. LXIX. 27. γεγράφαμεν περὶ πίστεως, ἣ λόγῳ ἐπεθέμεθα ὄνομα ἀγκυρωτὸν, καὶ ἔστι πάσης γραφῆς συναγωγὰς

operis ſuperioris, ſed prius ſcripta, & catholicæ Chriſtianorum doctrinæ epitomen è ſacris litteris collectam exhibens: & Opus tertium cujus titulus excidit, qui ſi non alius eſt à libro *de menſuris & ponderibus*, ut Hœſchelio videtur, nihil Epiphanii Photio lectum eſt quod hodie non habeamus. De illis ſcriptis eorumqve editionibus dixi Volum. VII. (lib. V. c. 11.)

CXXV. JUSTINI Martyris ſcripta varia, 1) *Apologia* ad Antoninum Pium ejusqve filios & Senatum Rom. 2) *Apologia altera* ad Antonini Pii Διαδόχους (M. Antoninum & L. Verum) 3) ſcriptum tertium adverſus Ethnicos in quo περὶ φύσεως δαιμόνων *de natura dæmonum* Juſtinus diſputaverat 4) ἔλεγχος πρὸς Ἕλληνας. 5) περὶ θεοῦ μοναρχίας, de uno ſummo DEO. 6) πρὸς Ἰουδαίων colloquium cum Tryphone) 7) contra dogmata quædam Ariſtotelis πρὸς τὰ πρώτα τῶν ἀνθρωπίνων ἀποφάσεων, ἅτοι πρὸς εἴδους καὶ ὕλης συνθέσεως ἐπιχειρήματα καὶ τῶν βίαιον καὶ χειρώδεις λόγοι, καὶ πρὸς τὰ πέμπτα σώματος, ὁμοίως καὶ πρὸς τὰ ἀΐδιον κινήσεως ἣν Ἀριστοτέλης ἀνωτάτῃ λογισμῶν ἀναπέπεικεν. 8) Solutiones ſuccinctæ Ethnicorum quorundam dubiorum ἀπορίων πρὸς τὰ ἀνθρωπίνας, κεφαλαιώδεις ἐπιλύσεις. Hæc ſcripta Juſtini omnia adhuc exſtant, ſæpiusqve lucem viderunt, niſi qvod tertium non pervenit ad nos integrum, utpote in quo illa de dæmonibus diſputatio deſideratur. Cætera deperdita Juſtini ſcripta, qvæ Photius memorat ſunt 9) ὁ Ψάλτης, 10) λόγοι πρὸς Μαρκίωνα, & 11) ἡ πρὸς πάσας αἱρέσεων πραγματεία. De ſingulis tam editis qvam illis qvæ interciderunt dixi lib. V. cap. 1. p. 53. ſeq. Hodie novam præſtantiſſimi Doctoris ſcriptorum ἔκδοσιν parant Pariſiis *Prudentius Maranus* Benedictinus, & Cantabrigiæ *Styanus Thirlby*. Vidi etiam paratos ad prælum eruditos commentarios qvibus Juſtinum illuſtravit egregie, cum Oxonii verſaretur *Joannes Adolfus Hofmannus*, Germanus Plœnenſis, qvibus inter alia ex Hebræorum ſcriptis oſtendit Juſtinum dialogo cum Tryphone κυρίας Judæorum δόξας illi opponendo, Judæum oppugnare.

CXXVI. CLEMENTIS Romani *Epiſtolæ duæ* ad Corinthios, & eodem Volumine, POLYCARPI Epiſtola ad Philippenſes, qvas univerſas hodie, licet alicubi mancas habemus, ut dixi lib. IV. c. V. §. 14. & lib. V. cap. 1. p. 48. ſeq. Clementis Epiſtolarum mentionem fecerat Photius etiam

Cod.

ἄγκυραν ὥσπερ τὴν ἀγίαν πατέρων πίστιν. Idem LXXIV. 1. Τὰ ἤδη μοι αἰνιγμάτα ἐν τῷ μεγάλῳ λόγῳ τῷ περὶ πίστεως γεγράφται εἰς τὰ μέρη τῶν Παμφυλίων.

Cod. CXIII. & posteriorem tanquam spuriam rejici monuerat. Novissime Polycarpi Epistola cum Ignatii septem Epistolis, quas collectas suæque subjectas ad Philippenses * olim misit, Græce & Latine emendate vulgata est Oxonii 1708. 8. à C. Aldrichio, Ignatianis novo accuratissimo studio *Eruditissimi viri Antonii Mariæ Salvini* in illustris H. Neutoni gratiam ad Codicem Mediceum recensitis. Photius tamen Ignatii Epistolas in eodem cum Polycarpiano volumine neutiqvam reperit.

CXXVII. EUSEBII Pamphili ἡ εἰς Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν βασιλέα ἐγκωμιαστικὴ τετράβιβλος *libri IV. de Constantini Magni laudibus*, editi sæpius ad calcem Historiæ Ecclesiasticæ, ut dixi Volum. VI. p. 100. Photius Eusebio vertit vitio qvod de hæresi Arii, ejusqve oppugnatoribus Eustathio Antiocheno & Athanasii Alex. & de decreto Synodi Nicænæ, atqve aliis Episcoporum super dogmate contentionibus rem omnem silentio involverit, vel leviter transierit, perinde ac si in Imperatoris vita atqve encomio necesse sit ista omnia legi.

CXXVIII. LUCIANI ὑπὲρ Φαλάριδος *pro Phalaride*, & νεκρικοὶ καὶ ἑταιρικοὶ Διάλογοι Διαφοροι, *dialogi mortuorum, meretriciique & alia varii argumenti scripta*, ἕτεροι Διαφόρων ὑποθέσεων λόγοι. Hæc omnia hodie manibus studiosorum teruntur, ut dixi lib. IV. cap. 16. Scepticum fuisse Lucianum Photio assentitur *Morhofius* ὁ μανιφίτης lib. 1. Polyhistoris cap. VI. p. 28. sed derisor licet, atqve Poëtæ Horatii exemplo nullius addictus jurare in verba Magistri ubique apparet, tamen Eclectici potius in ejus scriptis invenio vestigia, qvàm Pyrrhonii Philosophi. Neque scepticum fuisse probant hi versus, dubito an ipsius Luciani,

Ἄδικα νὴς ταῦτ' ἔγραψε, παλαιά τε μωρά τε εἰδώς
Μωρὰ γὰρ ἀνθρώποις τὰ δοκοῦντα σοφά·
Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι βέβαιόν † ἐστι νόημα.
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάσῃς, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

Hæc scripsit Syrus ille, antiquaque stultaque doctus,
Stulta etenim sunt huic, quæ sapere ille putat.
Commuxis stat nulla homini sententia certa:
Quod tu miraris, rideat alter idem.

Geminum

* Photius ἐ Polycarpo: λέγει δὲ καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ (τοῦ Φιλιππησίους) Ἰγνατίῳ καὶ Θεοδώρῳ ἀπεσταλκέναι, καὶ αἰτεῖται ἀναδιδαχθῆναι παρ' αὐτῶν, εἴ τι δεῖ ἐκεῖνα βέβαιόσασθαι.

† Menagius legit βέβαιόν.

Geminum illud Plinii IX. 17. Epist. *Quam multos putas esse, quos æque ea quibus ego & tu capimur & ducimur, partim ut inepta, partim ut molestissima offendant -- Demus igitur alienis oblectationibus veniam, ut nostris impetremus.*

CXXIX. *Lucii* Patrensis * μεταμορφώσεως λόγοι pridem deperditi, è quibus Lucianus Lucium suum, sive obscœnam in asinum metamorphosin expressit, ut ipse non diffitetur T. 2. edit. Amst. p. 115 ubi ita auctorem primum scripti illius, quem secutus ipse est, prodit: Πατὴρ μὲν ἐσί μοι Λούκιος, τῷ δὲ ἀδελφῷ τῷ ἐμῷ Γαΐος, ἄμφω δὲ τὰ λευκὰ δύο ὀνόματα κοινὰ ἔχομεν. Κἀγὼ μὲν ἱστορίων καὶ ἄλλων εἰμὶ συγγραφεύς ὁ δὲ, ποιητὴς ἐλεγείων ἐσὶ καὶ μαντις ἀγαθός. Πατρὶς δὲ ἡμῖν Πάτραι τῆς Ἀχαΐας. Vide & p. 86. Frequens quoque Lucii nomen in Milesiis Apuleji, quæ & ipsæ ex eo expressæ, & fortasse *Lucii* prænomen inde Apulejo inditum. Lucii illius jocos quosdam & salse ad Herodem Atticum atque Antoninum Imp. dicta refert Philostratus in Herodis *Attici* vita lib. 2. de Sophist. c. 1. n. 9. Idem fortasse Lucius Aristidæ Rhetoris amicus, cujus meminit in Orationibus sacris T. 1. p. 641. 642. Lucii hujus & Luciani iterum mentio inter scriptores eroticos apud Photium Cod. CLXVI.

CXXX. *Damascii* (Ethnici philosophi, quem patria Damascenum vocat Cod CLXXXI. & regnante in Italia Theodorico scripsisse docet Cod. CCXLII. p. 553.) *libri IV.* quorum 1) περὶ παραδόξων θεαμάτων, *de admirandis operibus capita CCCLIII.* 2) παραδόξων δαιμονίων διηγημάτων *admirandarum narrationum de dæmonibus capita LII.* 3) περὶ τῶν μετὰ θάνατον ἐπιφαινομένων ψυχῶν, παραδόξων διηγημάτων, *de animarum apparitionibus post obitum, admirandarum narrationum capita CV.* Libri quarti titulus in Photio non exstat, quemadmodum totum Damascii opus jam diu periit, quod si exstaret non leve fortasse credulitatis superstitionisque ethnicæ documentum haberemus. *Alios* παραδόξων scriptores vide si placet supra lib. 1. cap. 22. §. 4. lib. 3. cap. 6. §. 21. b. & cap. 27. §. 8. &. lib. 4. cap. 13. §. 2. & apud Jonsium lib. 2. de scriptoribus Hist. Philosoph. c. 12.

CXXXI. *Amyntiani* εἰς Ἀλέξανδρον, *de rebus Alexandri M.* ad Marcum Antoninum Imp. Ejusdem βίοι παράλληλοι, *vitæ parallelæ*, *Dionysii* tyranni & *Domitiani* Imp. libris duobus: *Philippi* Macedonis & *Augusti* Imp. itidem libris II. & liber de *Olympiade* Alexandri M. matre. Hæc scripta omnia Amyntiani, de quibus admodum sinistre Photius, interciderunt.

CXXXII. CXXXII. CXXXIV. CXXXV. *Palladii*, *Aphthonii*, *Eusebii* & *Maximi* Sophistarum μελέται διάφοροι, *variæ declamationes*, inter quos

* Vide supra Volum. IV. p. 499. & Volum. VI. p. 828.

qvos Palladio palmam eloqventiæ *Photius* tribuit. *Maximum* eundem esse non dubito Magistrum Imp. Juliani, Sophistam Byz. cujus * περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων *Suidæ* memoratum scriptum breve edidit Carolus Stephanus Græce ad calcem Dionysii Halicarnassei *Epistolæ* ad *Pampejum* Paris 1554. 8. quod donatum mihi ab eruditissimo Viro M. V. la Croze, non dubito infra cap. 39. cum mea versione tecum communicare. *Eusebium* suspicor Rhetorem illum Alexandrinum de quo *Eunapius*: *Palladium* vero Methonæum Sophistam Constantini Imp. clarum ætate, cujus Δημηγορίας & λόγους varios *Suidas* laudat. De *Aphthonio* Antiocheno cujus progymnasmata sunt in omnium manibus, dixi lib. IV. cap. 31.

CXXXVI. CYRILLI Alex. οἱ Θησαυροὶ, thesauri de SS. Trinitate contra Arium & Eunomium. Exstant tomo qvinto ejus operum, distributi in λόγους triginta qvinque, ut notavi Volum. VIII. p. 562. seq. Apud Photium nulla numeri aut distinctionis in λόγους mentio, qvi opus hoc ἐπίχειρηματικὸν βιβλίον appellat.

CXXXVII. EUNOMII Hæretici βιβλιδάριον, quo *Basilius* Magnus ægre tandem nactus, libris V. adversus Eunomium scriptis confutavit. Hoc Eunomii scriptum primus Græce & Latine edidi Volum. VIII. p. 262-305. quemadmodum minorem illius ἐκθεσιν (à Valesio jam & Baluzio publicatam) p. 253-260. Hæc posterior, qvam Eunomius libris tribus adversus Basilium (de qvibus mox) inseruerat, refellitur à *Greg. Nisseno* in libris, de qvibus dixi VIII. p. 151. & 160. quemadmodum de Basilii p. 78. seq.

CXXXVIII. *Eunomii* ejusdem *libri III. adversus Basilium*, qvi hodie non exstant: sicut qvæ Eunomio opposuere *Theodorus* (Mopsvestenus) & *Sophronius* (Hierosol.) Photio memorati tum hoc loco, tum supra Cod. IV. & V. Exstat vero *Gregorii* Nysseni opus adversus Eunomium (de qvo Cod. VI.)

CXXXIX. *Athanasii* Magni *in Ecclesiastem* & *Cantica canticorum* commentarii; qui hodie desiderantur, sed supersunt ejus *Epistolæ* & *apologia de fuga* (confer Cod. XXXII.) qvibus nihil elegantius inter Athanasii scripta se vidisse Photius testatur. εἰς μὲν τοὺς τῶν χάρεων καὶ τὸ καλλος τῶν ἐπιστολῶν αἷς τὴν ἀπολογίαν αὐτῷ ἡ Φυγῆς καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἐξεργάζηται, ἄλλο τι, ὅσα ἐμοὶ τῶν αὐτῶν εἰδέναι, οὐδὲν ἀναφέρεται.

* Antequam illud vidissem, Astrologici argumenti esse male suspicabar, quale est Poëma Maximi περὶ καταρχῶν eidem Suidæ memoratum, qvod edidi Volum. VIII. p. 415. Itaque emendandum qvod scripsi VIII. p. 769.

CXL. Ejusdem ATHANASII *libri quinque adversus Arium*, ἢ πρὸς Ἄρειον καὶ τῶν αὐτῷ δογμάτων πενταβιβλος, Exstant T. I. operum Athanasii edit. novæ eruditiss. Montfauconi p. 405. seq. adversus Arianos libri quatuor, nam qvinti loco Photius habuit Epistolam contra Arianos Encyclicam ad Episcopos Ægypti & Libyæ, quæ occurrit in eodem T. I. p. 270. Vide si placet qvæ à me notata sunt lib. V. cap. 2. Photius notat Basilium & Gregorium Nazianzenum ex Athanasio velut ex uberrimo fonte derivasse partem argumentorum qvibus illorum scripta adversus Arium exundant.

CXLI. CXLII. CXLIII. & CXLIV. BASILII Magni *in Hexaëmeron*, 2) ἠθικοὶ λόγοι sive *Homiliæ de moribus*, 3) *Epistolæ* tum canonicæ, tum aliæ plurimæ ad diversos, τὸ ἄλλο πλῆθος αὐτοῦ διαφόρους ἐπιστολὰς & 4) *Ascetica*. Hæc omnia Basilii scripta ætatem tulere, sæpius edita ut dixi Volum. VIII. (lib. V. cap. 19.)

CXLV. *Helladii* (ejusdem de quo infra, Cod. CLVIII. & CCLXXIX.) *Lexicon* vocabulorum phrasiumque Græcarum (non poëticarum ut *Diogeniani*, sed qvarum in prosâ maxime usus) copiosissimum & πολυστιχώτατον, septem τόμοις sive voluminibus.

CXLVI. *Anonymi Lexicon* καθαρᾶς ἰδέας, *purè ac tersi sermonis*, itidem copiosum ac prolixum.

CXLVII. *Anonymi Lexicon* σεμνῆς ἰδέας, styli gravis ac ponderosi.

CXLVIII. *Anonymi Lexicon* ἰδίους λόγους πολιτικοὺς *orationis propriè civilis*.

CXLIX. *Pollionis Lexicon*, in quo multæ fuere voces poëticæ, non tanta copia tamen quam in Lexico *Diogeniani* de qvo Cod. CXLV. Pollio ille videtur idem cum *Valerio Pollione* Alexandrino qvem Svidas in Πωλίων ait tempore Adriani Imp. vixisse, ac scripsisse *Lexicon* vocum *Atticarum*, quod & ipsum periit, συναγωγὴν Ἀττικῶν λέξεων καὶ τοιχεῖον.

CL. *Juliani* (Cappadocis Sophistæ, de quo Svid. & Eunapius) *Philostrati* Tyrii (cujus opus de vita Apollonii Tyanensis memorat Photius Cod. XLIV. & CCXLI.) & *Diodori* (cui Valerius Pollio pater, Svida teste) *Lexica in Decem* Atticos *Rhetores*. Ex hisce novem Lexicicis Photio hactenus memoratis, ne unum quidem ad nos pervenit.

CLI. TIMÆI Sophistæ) πρὸς Γεντιανὸν, *ad Gentianum* MS. Γαϊατιανὸν *Gajatianum*) *libellus de vocibus apud Platonem*, περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων. Hunc ex Codice Bibl. Coislinianæ Græce primus magnam partem in lucem protulit eruditiss. Montfauconus, p. 477. seq. Catalogi MStorum illius Bibl. Paris. 1715. fol. a qvo præfationem Timæi mutuatus hic in Lectorum gratiam apponam:

Τίμαιος

Τίμαιος Βαϊτιανῷ τῷ πρεσβυτέρῳ. Ἐπισταμένως ἀκριβῶς σε τὴν γνώμην κὴ τὴν περὶ Πλάτωνα σπουδὴν, κὴ φιλοκαλίαν, εἰωθώς τε τῇ τῶν Κρονίων ἑορτῇ τῶν ἐμαυτῦ τοῖς φίλοις ἀπέχεσθαι, παιδεία τε ἅμα κὴ τῇ τῆς παιδείας ἀδελφῇ σπουδῇ χρησάμενος, ἐξείλεξα τὰ ἁρμόζοντα τῷ φιλοσόφῳ γλωσσηματικῶς, ἢ κατὰ συνήθειαν ἀττικὴν εἰρημένα, κὴ μόνοις τοῖς Ῥωμαίοις οὐκ ἄσαφῆ, ἀλλὰ κὴ τῶν Ἑλλήνων τοῖς πλείστοις. Τάξας τε ταῦτα κῆ στοιχεῖον, κὴ μεταφράσας ἀπίστειλά σοι, νομίσας κὴ αὐτὸν ἕξειν σε παιδείαν οὐκ ἄμουσον. ἔρρωσο.

Timæus Gaiatiano ſalutem. Cum plane compertum habeam quo ſis animo, quove ſtudio & diligentia utaris erga Platonem, cumque ſoleam in feſto Saturnalium amicis aliquid de meo offerre, inſtitutione & inſtitutionis ſorore diligentia uſus ſelegi ea quæ à Philoſopho velgloſſematis more, vel ſecundum conſvetudinem Atticam dicta ſunt, quæ non Romanis tantum ſed etiam Græcorum plurimis obſcura ſunt. Hæc porro alphabetico ordine digeſta & explicata ad te miſi, ratus te hinc inſtitutionem non ineruditam conſecuturum eſſe. Vale.

CLII. *Ælii Dionyſii* Halicarnaſſei (qui temporbus Hadriani vixit) *de vocibus Atticis* ad Scymnum, *libri quinque.* Duas hujus operis editiones Photius evolvit, quarum neutra hodie exſtat. De Dionyſio hoc dixi Volum VII. p. 57. ſeq.

CLIII. *Pauſaniæ* Lexicon Atticum, Dionyſio in quibusdam etiam copioſius. Hunc Pauſaniam, cujus Lexicon ῥητορικὸν citatur ab Eúſtathio, & ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγὴ à Scholiaſte Thucydidis, Clariſſimus Kuſterus * diverſum putat à Pauſania Cæſarienſi, de cujus deſcriptione Græciæ dixi lib. IV. cap. 15. ſed rationem non addit, neque ego fateor me videre.

CLIV. & CLV. *Boëthi* (illius ni fallor ad quem de anima ſcripſit Porphyrius,) λέξεων πλατωνικῶν συναγωγὴ ad Melantam, *Lexicon Platonicum*, Timæi illo de quo ſupra Cod. CLI. longe præſtantius, & Ejusdem *Boëthi* alius liber περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων, *de obſcuris apud Platonem vocibus* ad Athenagoram.

CLVI. *Dorotheï* περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων, *Lexicon vocum novarum & peregrinarum.* Ex quinque ſcriptis hactenus commemoratis nullum hodie exſtat: neque habeo jam quæ de Lexicis Græcis deperditis addam ad ea quæ diſſerui lib. IV. cap. 34. ſeq. Cæterum Dorotheum hunc nihil vetat eſſe Aſcalonitam illum Grammaticum, cujus meminit Stephanus Byz. in Ἀσκάλων & Etymologicum magnum in ἀμφιγυοῦν.

* ad Svidam in γύνδαξ.

CLVII. MOERIDIS Ἀτθικισὴς, *libellus de vocibus Atticis*, qui non ita pridem ex Jo. Pricæi apographo editus est Græce, notisque illustratus ab eruditissimo viro *Joanne Hudsono*, Oxoniæ 1712. 8. subjuncta Gregorii Martini dissertatione pro vera ac veteri Græcæ lingvæ pronunciatione contra Adolphum Mekerckum. In illo apographo, quod ex Codice Bibl. Cæsareæ Vindobonensis est expressum, scriptor vocatur *Evmeris*, unde Evmœridem appellant Ez. Spanhemius ad Aristophanis *Plutum* v. 12. & Colomesium p. 120. Observationum sacrarum. Rectius alii Codices cum Photio conspirantes *Mœridem* vocant, ut Segvierianus sive Coislinianus, è quo excerpta dedit Clariss. Montfauconus in Catalogo MSS. Bibl. Coislinianæ p. 485-488. nec non Codices quos evolverunt Steph. le Moyne notis ad Varia sacra p. 479. Salmasius de Hellenistica p. 46. seq. Usserius, Il. Vossius, Valesius, Cangius, & Labbeus qui Mœridem *Sophistam* vocat p. 105. Bibl. novæ MSS. In Codice Antonii Eparchi apud Stephanum le Moyne T. 1. Var. sacr. p. 529. & Anselmum Banduriùm p. 886. ad antiqvitates CPol. Mœris *Atticista*, Μοίριδος Ἀττικιστὴς Ἀττικῶν πρὸς Ἑλλήνων κατὰ στοιχεῖον. Sed apud Photium titulus libri est, non cognomen scriptoris, Ἀττικιστής. De ætate nihil liqvido constat nisi post Phrynichum scripsisse, quem citat in ἰσόπλευρος. Institutum autem ejus est annotare & inter se conferre voces quibus Attici, & quibus Græci in aliis dialectis, maxime illa κοινῇ utebantur: interdum notat & κοινὸν vulgi, illudqve diversum facit non modo ab Attico sed etiam ἑλληνικῷ, ut in ἐξίλεω, ἐυφήμει, καθηστο, λέμμα, ἐιδέτεν, εἶσε, σχίστον. Interdum quod commune est pluribus dialectis, ut vocem διακάθου communem esse Doribus & Jonibus. Est etiam ubi ἀτθίδα πρώτην καὶ δευτέραν distingvit, ut in πλυνεῖς. πλυνῆς, κατὰ τὴν πρώτην Ἀτθίδα, κακῶς κατὰ τὴν δευτέραν Ἀτθίδα.

Index Scriptorum à Mœride allegatorum.

Antiphon in λιθαργυς.

Aristophanes in ἐμπολαί, ἰξοὶ, λάυρας, σισύρα, ψίλαξ. Comicus in χαίρειν.

Βαβυλωνίους in θωμός.

Βατραχοὶς in εἰκοστολόγον.

Θεσμοφοριαζούσας in πομφόλυγας.

Δυσιστράτῃ. in ἀλυκώ.

Θέσει, in ἄρρικτος, γνωσιμαχῆσαι, κυβεύσια, λαμβάνειν.

Πελαργοὶς in βαλανέυς.

Πολυείδῃ, in ἐκ ἀπήρκει.

Aristo-

Aristotelis ἐν τῇ πολιτείᾳ, (Λακεδαιμονίων) in Φοινικίδι.
Demosthenes in βιβλίᾳ, γεγραμματοφόρῳ, μετὰ τιμωρίαν.
κατ' Ἀριστογείτονος in ὀρφανῷ
καὶ Μειδίᾳ in ἰσηγορίᾳ
Φιλιππικοῖς in ἀρχαιρεσίαις.
Eubulus in θηριπλέοντι.
Eupolis πόλεσιν, in λείμωσι.
Hermippus in σωδάρῳ.
Herodotus in λογίοις.
Homerus in ἐνιπλαλάμῳ, ἥρᾳ.
Hyperides in Ἀθηναίοις.
Isæus in Ἀφόβου.
Phrynichus. Φρυνίχου Ἀραβίου σοφιστικὴ παρασκευὴ, in ἰσοπλεῖ.
Plato in ἀναβαίνοντι, βαλανεῖ, βιβλίᾳ, ναύκῃ, χαλεπαῖς.
Convivio in ψυκτῆρσι.
Hippia in Ἀλκιβιάδῃ. Hippia secundo in ἱστάντες.
de Legibus in δυσὶν ἀρχαῖς, ἐξενάθησαν, ἐνιπλαῖον, ἐνιαυσίφορον, Ζεύσιππος, χρεωμαχίαις,
Phædone in δυσωφιδίαις, ἐπιπηδῶσι.
Protagora in χαίρειν σε ἔχω.
de Rep. in Ἀδραγενίδαις, ἔκτασι, κορυφῇ.
Theæteto in Ἀθηνοδότῃ.
Plato Comicus in ἀνακῶς.
Rhetores in ἀμοιβαίῳ.
Thucydides in ἀμφιδήριτον, ἀναπεπωκέναι, ἀνθρωπεία, αὐτοβοεί· γεγωνεῖν, δελφὶς, δένδρεσι, ἐκπλήγνυσθαι, ἐξαπλιμμένου, ἐνθῆς, λιθυργῶν, μετάπεμψιν, πῆς, παραμείμματα, περιάσαντες, πομπεῖα.
Xenophon in ἀκμὴν, γναπτῆρας, δένδρεσι, ἐυμοίφορον, μειμιαῖον. Ejus ἀπομνημονεύματα in ἐθελοκάκους.

CLVIII. *Phrynichi Arrhabii* σοφιστικῆς παρασκευῆς λόγοι ιε', *apparatus Sophisticus* sive Rhetoricus vocum formularumque elegantium ac selectarum libris XXXV. quod totum opus ordine literarum digestum Commodo Imp. at singulos libros amicis singulis inscripserat, ut primores tres & decimum & post undecimum aliquot *Aristocli* cuidam, quartum & octavum *Juliano* Senatori Rom. suo populari, quintum & undecimum *Menodoro*, cui etiam librum περὶ κλήσεως ὀνομάτων *de nominum inflexione* missu-

missurum se pollicetur: sextum *Tiberino*, septimum & plures è posterioribus *Menophilo*, nonum Rufino, cæteros *Rhegino* (Grammatico fortassis illi cujus πολυμνήμονα Socrates III. 23. & Svidas commemorat) & *Basilidi* Milesio Sophistæ. In undecimo libro magnis extulit laudibus æqualem suum *Aristidem* Rhetorem, in cujus Orationes tunc incidit, & quem eloquentissimis præferri ab aliquibus non miratur, cum *Marcianus* τῶν Κρητικῶν (Schottus Κρητικῶν) συγγραφέως, etiam præ Platone ac Demosthene genuinæ eloqventiæ normam (κανόνα τῆς ἐν λόγῳ ἀρετῆς) voluerit *Bruti* Itali Epistolas. Ipse autem εἰλικρινῆς καὶ καθαρᾶ καὶ ἀττικῆ λόγω κανόνας καὶ σταθμὰς καὶ παράδειγμα sermonis tersi & puri atque attici regulam amussim & exemplum non dubitat esse præferendos omnibus, in quibus nec ipse Momus nec corycæus aliquis dæmon habeat quod possit reprehendere, *Platonem* & *Demosthenem*, *Æschinemque* Lysaniæ F. Socraticum dialogorum septem scriptorem, quos *Socrati* aliqvi velut auctori tribuerunt. His præterea subjungit cum cæterorum *novem Rhetorum* choro *Thucydidem*, *Xenophontem*, *Critiam* Calæschri Fil. & *Antisthenis* duas Orationes genuinas de Cyro & Ulysse, Ἀντισθένην μετὰ τῶν γνησίων αὐτοῦ δύο λόγων, ἕν περὶ Κύρου καὶ ἕν περὶ Ὀδυσσέως, *Aristophanem* cum reliqvo Comicorum quatenus Attici sunt choro, & Tragicos Αἰσχύλον τὸν μεγαλοφωνότατον, καὶ Σοφοκλέα τὸ γλυκὺ, καὶ τὸν πάνσοφον Εὐριπίδην. Hoc Phrynichi opus pridem intercidit præter pauca quædam ex illo excerpta, quæ Græce vulgavit celeberrimus Montfauconus in Catalogo *MSS.* Bibl Coislinianæ p. 465-469. De Phynichi Ἀτticistῇ sive scripto de vocibus Atticis, qvod editum habemus, dicere me memini lib. IV. cap. 34.

CLIX. ISOCRATIS *Orationes XXI.* & *Epistola IX.* quæ hodie omnes exstant, nam & ἡ πρὸς Εὐθύνων ὑπὲρ Νικέως est oratio quæ inter editas ἀμφέρτυρος inscribitur. De orationibus Isocratis dixi lib. 2. c. 26. §. V. & de Epistolis Lib. 2. cap. 10. §. 7.

CLX. CHORICII Sophistæ *Gazæi* Christiani μελέται καὶ συντάξεις λόγων διάφοροι è quibus Volum. VIII. p. 841. seq. vulgavi memoratum nominatim Photio Ἐπιτάφιον in Procopium Gazæum Choricii Magistrum, nec non Orationem in Σέμνιον σοφιστὴν, cætera illius vel interciderunt, vel adhuc latent in Bibliothecis manu exarata: fuere autem varii generis multaqve, πλασματικοὶ λόγοι sive declamationes, tum panegyrici, μονῳδίαι sive orationes funebres & epithalamii

Iamii & ἀντιῤῥητικοί sive controversiæ, aliaque. Testatur Photius Choricium floruisse Justiniani ætate, discipulum Procopii Gazæi, ac postea Sophistæ alterius in eadem urbe, cui etiam seni defuncto in officio publici doctoris successit. De hoc altero potius Choricii Magistro quam de Procopio * videntur accipienda qvæ apud Photium sequuntur. Τούτου λόγοι πολλοὶ καὶ παντοδαποὶ φέρονται ἄξιον ζήλου καὶ μιμήσεως χρῆμα. & quod ait oratoriam ipsius facultatem potissimum eluxisse ex opere qvod hodie nusquam exstat, & in quo Sophista ille versus quos voluit Homericos in prosam resolutos varia elocutus est metaphrasi, & multiplici orationis colore ac charactere expressit. Procopium Choricii Magistrum à Procopio Cæsarienſi Historico (de quo Cod. LXIII.) distingvens Photius merita mactat laude, & commentarios illius in sacras litteras notos sibi fuisse haud obscure innuit his verbis: γέγονε δὲ μαθητὴς Προκοπίου ῥήτορος ἑνὸς τῶν ἀρίστων (εἰ δὲ Καισαρίου δὲ) ὃς εἰς μέγα κτῆμα καὶ ὄφελος κατ' ἐκεῖνο καιρὸν τοῖς γραφαῖς συντάξας ἑαυτὸν μνήμονα αὐτοῦ κλέος τοῖς σπουδαιοτέροις καταλέλοιπεν. Sed de ἐξηγητικαῖς ejus σχολαῖς speciatim infra Cod. CCVI.

CLXI *Sopatri* Sophistæ ἐκλογαὶ διάφοροι, *varia electa*, *libris XII.* qvibus res quamplurimas memorabiles, veras, fabulosas, ex selectis scriptoribus jucunda varietate & copia explicaverat: opus qvod cum non levi eruditæ antiqvitatis jactura desideramus. Meminit illius etiam Svidas: Σώπατρος Ἀπαμεὺς σοφιστὴς ὁ μᾶλλον Ἀλεξανδρεύς, ἐπισημοτέρας πλείστων· τινὲς δὲ οὐ τὴν ἐκλογὴν τῶν ἰδιωτῶν τούτου εἶναί φασι. Hic Sopater Alexandrinus alius a *Sopatro* Paphio Comico eodemqve Parodo (qvem lib. 2. c. 22. *Svidam* secutus male à Comico distinxi) & à Sopatro cujus Epistolam ad Hemeterium fratrem de magistratu bene gerendo servavit magnam partem Stobæus sermon. 44. & à Sopatro Apameenſi, scriptore libri de providentia, Jamblichi discipulo, quem Constantinus magnus interemit, de qvo ad Eunapium. Nec non à Sopatro ad qvem Libanii *Epistolæ*. Sed fortasse non diversus ab autore commentariorum Græcorum qvos habemus in στάσεις Hermogenis, & ad qvem Æneæ Gazæi Epistola nona, qvi sub sæculi sexti initia scripsit.

Index

* Emendandum igitur qvod scripsi Volum. VI. p. 259.

Index Scriptorum è quibus Sopater eclogas ſuas collegit.

Ælii (Dionyſii) de Alexandria & rebus Ægyptiacis.
Anonymi θαυμάτων συναγωγή.
Anonymi ἐκλογαὶ de illuſtribus fœminis, περὶ ζῶν εἰς μέγα δόξης καὶ ὄνομα λαμπρὸν ἀρθεισῶν γυναικῶν.
Antimachus Poëta.
Apollodori Grammatici Athenienſis περὶ θεῶν λόγος α', γ', δ', ε', θ', ἰβ', ιέ', ις', μέχρι κ'δ'.
Apollonii Stoici ὅσαι γυναῖκες ἐφιλοσόφησαν.
Ariſtophanis Grammatici περὶ ζώων βιβλίον α', β'.
Ariſtotelis πολιτεῖαι Ἀχαιῶν, Θετταλῶν, Κίων, υνίων, Παρίων.
Ejusdem πολιτικά.
Ariſtoxeni σύμμικτα ὑπομνήματα.
Artemonis Magnetis ſive Magneſii ζῶν κατ' ἀρετὴν γυναιξὶ πεπραγματευμένων διηγήματα.
Athenæi Naucratitæ δειπνοσοφιστά.
Callixeni ζῶν ζωγράφων τε καὶ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφή.
Cephalionis Ἕρκτα, Ἀλφαμβάνουσα κατ' Ἀλέξανδρον.
Damoſtrati ἁλιευτικά.
Diogenis Cynici ἀποφθέγματα.
Diogenis Laërtii φιλοσόφων βίων βιβλίον α', ε', θ' καὶ ι'.
Favorini παντοδαπῆς ὕλης ἐκ τε ξ' ν' καὶ ξ' καθιξῆς πλὴν ξ' ζῶν μέχρι ξ' α'.
Hellanicus Hiſtoricus. Herodotus.
Heſiodus. Homerus.
Jubæ (Ἰοβᾶ) περὶ γραφικῆς λόγος β'. Ἰόβα ξ' βασιλέως θεωτερικῆς ἱστορίας ις' λόγος.
Plutarchi vitæ Demetrii & Bruti Romani, Cratetis, Daiphanti, Pindari, Niciæ, Alcibiadis, Themiſtoclis, Theſei, Lycurgi, Solonis, Alexandri Philippi F. Cimonis, Lyſandri, Demoſthenis, Periclis, Pelopidæ, Phocionis, Ariſtidæ, Epaminondæ, Dionis, Ageſilai, Agidis, Cleomenis, Eumenis Cardiani, Philopœmenis, Timoleontis, Arati, Pyrrhi Epirotæ.
Plutarchi πῶς δεῖ τὸν νέον ἀκούειν ποιημάτων Περὶ Φύσεως καὶ πόνων, (ὅπως τε πολλοὶ πολλάκις πόνῳ τὴν Φύσιν οὐκ εὖ φερομένην ὤρθωσαν, ἕτεροι δὲ καλῶς ἔχουσαν εἰς ἀμέλειαν διέφθειραν, ὅπως τε ἔνιοι ἐν μὲν νέοις ἐφαίδρυνθο πᾶσι καὶ ἀστένεσοι, ἀκμασάντων δὲ εἰς τὸ ταχὺ καὶ συνετὸν αὐτοῖς ἡ Φύσις ἐξέλιπεν.)

ἐξέλαμπεν. Περὶ δυσωπίας καὶ λόγου. Περὶ ἀδολεσχίας. Περὶ ὀργῆς. Πῶς ἄν τις ὑπὸ ἐχθρῶν ὠφελοῖτο. Περὶ εὐθυμίας. Πολλὰ ῥᾳθυμήματα. Περὶ πλούτου. Ὅπως ἄν τις συναισθοῖτο ἑαυτῷ περὶ ἀρετὴν ἐπιδιδόντι. Γυμνικὰ παραγγέλματα. Γαμικὰ παραγγέλματα. Ὅτι βραδέως θεοὶ τιμωροῦνται. Ἀνδρῶν ἐνδόξων ἀποφθέγματα. Πῶς ἄν τις ἀφαιρεῖται τὸν κόλακα ἢ φίλον. Βασιλέων καὶ στρατηγῶν ἀποφθέγματα. συμποσιακῶν βιβλία ἑ.

Plutarchi περὶ πολιτειῶν.

Rufi ῥωμαϊκῆς ἱστορίας βιβλία δ'. Ejusdem ἀραμαϊκῆς ἱστορίας λόγοι β'. & μυστικῆς ἱστορίας βιβλίον α', β', χ', δ', ε'.

Sapphonis (Poëtriæ) liber VIII.

Pamphilæ quæ filia Soteridæ fuit, Σωτηρίδα Παμφίλης ἐπιτομῶν λόγοι ἀμέχρι ι'.

Theagenis Μακεδονικὰ πάθεια.

CLXII. *Eusebii Episcopi* παραίνεσις sive *adhortatio adversus Andreæ* Monachi *inclusi* Epistolam cui titulum fecit παραγγελτικόν, quasi dicas falsam ac perversam notionem. Et ejusdem Eusebii λόγοι δέκα, *libri decem* adversus Andreæ illius ἀποδείξεως paræneſi oppositam. Utraque utriusque scripta interciderunt. Andreas cum adversus Severum (Antioch.) & Julianum (Halicarnass.) scribere se profiteretur, revera *Aphthartodocetarum* hæresin volebat stabilire, dictaque Patrum in suam sententiam detorqvebat, atqve propiam proferens fidei formulam, ἰδίαν τινὰ τολμήρως συνταξάμενος ἔνθεσιν πίστεως, Catholicos *Phthartolatrarum* nomine infamabat, quem cum Aëtio, Eunomio, Apolinario & Nestorio rejiciendum Eusebius convincit ex sacris litteris, testimoniisque τῶν λογάδων πατέρων, illustrium doctorum *Ecclesiæ*, Athanasii, trium Gregoriorum, Thavmaturgi, Theologi & Nyssæni, Basilii Cæsareensis, Joannis Chrysostomi, Cyrilli Alex. Procli CPol. Methodii martyris & Quadrati. Eusebium istum fuisse Episcopum Thessalonicensem patet ex Epistola Gregorii M. ad eum scripta Indict. IV. *A.* C. 601. quæ est lib. 11. Epist. 74. (in prioribus editionibus lib. 9. Epist. 69.) ubi etiam de eodem Andrea, qvem monachum inclusum ad S. Paulum, Romæ fuisse testatus. Pro Thessalonicensi Episcopum Thessaliæ habent quidam Codices, sed illud alterum præplacet novæ editionis Operum Gregorii auctoribus, quibusalii viri docti assentiuntur ut Gvil. Caveus in historia literaria scriptorum Eccles. ad A. 601. Petrus Halloix de vitis Orientalium scriptorum Sæculi I. & II. Tomo I. p.

701. & Balthasar Germon de hæreticis Codicum Ecclesiasticorum corruptoribus p. 341. seq.

CLXIII. *Vindanii Anatolii*, Berytii συναγωγὴ γεωργικῶν ἐπιτηδευμάτων, *de operibus rusticis collectanea* libris XII. ex Democrito Africano, Tarantino, Apulejo, Florentino, Valente, Leone cujus autoritas aliis præfertur & Pamphilo, ac Diophanis paradoxis sive admirabilibus. Hoc Vindanii Anatolii opus ipsum qvidem intercidit, magna tamen ejus pars inserta legitur viginti libris Geoponicorum, quæ habemus, centum amplius post Photium annis collecta jussu Constantini Porphyrogeniti, in quibus sæpe jam Anatolii, jam Vindanii jam Berytii nomine citatur, qvibus tribus unum eumdemque scriptorem denotari ex Photio jam constat. Vide si placet quæ de hoc Geoponicon opere notavi Volum. VI. p. 500. seqq.

CLXIV. GALENI περὶ αἱρέσεων *de sectis* Medicorum, *liber* sæpius excusus, ut dixi lib. IV. c. 17. p. 528.

CLXV. HIMERII Sophistæ μελέται, καὶ ἄλλοι λόγοι διάφοροι, *declamationes & orationes variæ*, ex quarum plerisque excerpta dat Photius infra Cod. CCXLIII. edita separatim ab Henr. Stephano Græce A. 1567. 4. De illis vide ubi lubebit dicta à me lib. IV. cap. 30. Viginti declamationes Himerii ante non vulgatas editurum se promisit Allatius p. 177. Apum urbanarum. Λαλιαὶ septem MSS. in Codice Barocciano 131. *Bodlejanæ* Bibliothecæ, quas descripsit, cum Oxoniæ versaretur, Rev. noster atque eruditissimus Jo. Christophorus Wolfius Pastor Ecclesiæ ad S. Catharinæ Hamb. meritiss. Ex illis, communicatis mecum benevole, apponam hoc loco unam, quam ex Augustano Codice expressam ad Usserium pridem misit Elias Ehingerus.

Ἱμερίου εἰς Βασιλέα (Ἰουλιανὸν) Παναθηναίοις, ἀρχομένου ἔαρος.

Χαῖρε φίλον φάος, χαρίεν μὲ μειδιόων προσώπῳ. Μέλος γάρ τι λαβὼν ἐκ τῆς λύρας εἰς τὴν σὴν ἐπιδημίαν προσάσομαι. Ἡδέως μὲν οὖν πείσας καὶ αὐτὰς τὰς λύρας μοι γενέσθαι καὶ ποίησιν, ἵνα τι καλὰ σοὶ ταυτὶ συνίστωμεν ἐπῴδὸν Σιμωνίδης ὁ πάλαι καλὰ Διονύσῳ καὶ Ἀπόλλωνι. Ἐπεὶ καὶ ἀχέρωχόν τε ὄντες καὶ ὑψαύχενες ἀφεταί τε καὶ ἔξω μέτρων ἀθύρουσιν, ὀλίγα παρακαλέσας τὴν ποίησιν δύναί μοι τι μέλος τοῦτο, τάχιστα γάρ. Φιλῶ τὴν Μοῦσαν ἐκ τῶν ἀποθέτων καὶ ἀνακρέοντος, ἕτοιμον σοὶ φέρων τὸν ὕμνον ἔρχομαι. καὶ τί γ' αὐτὸς προσθεὶς τῷ ἄσματι, ὦ φάος ἐλλήνων γ' ἐ ἔων Παλλάδος ἥρως, δαίμονα Μοῦσάν τε ἀμφινέμομαι. Πειθοῦς γὰρ ἥδη τὰς λύγκας γ' μέλη

μάλη φθέγγεσθαι ἐφάμης ἡμῖν, ἐφάμης ὅτον ὅμηρος μὲν τοῖς ἀπειρηκόσι ναυτίλον φησὶ τὸν ἄριον, καὶ τοῖς Ἀφροδίτῃ χορεύειν μέλλουσι τὸν ἑσπερον ἀπίσω ἰέναι φαῖνεσθαι. Τινὲς μὲν δὴ ἄστρα καλοῦντες ἱερήνης ἐπόθησαν ἀγγελον, τινὲς δὲ χειμῶνας καὶ νεφέλας φέρουσας λαμπρὸν ἡρεάσθησαν ἰδεῖν ἥλιον. Νῦν ἴσως, ὦ παῖδες, οἷς ἀληθῶς, νῦν ἐγὼ τῆς ὥρας αἰσθάνομαι. Νῦν φύση μὲν ὁ Φοῖνιξ ἐμοὶ τὰ τῶν ἀηδόνων ἄσματα, καὶ συγχωρῶ τοῖς λέγουσιν ὡς ἐπὶ τῷ παιδὶ μέλος τὸν ὄρνιθας, ἀλλ' ἐφ' ὑμῖν θεῶν ἀναβάλλεσθαι. Ἀφίημι δὲ καὶ ταῖς χελιδόσι ταῖς Ἀτθικαῖς τὸν μῦθον ἐκεῖνον ἐν Θράκιον, καὶ μὴ τῶν ἀηδόνων καὶ ταύτας πείθομαι ὁ γεωργὸν φθὴν ἄλλο μέλος ὑμνοῦν ἀναβάλλεσθαι. Νῦν πλέσια μὲν Ἰλίου καὶ Διμφαῖα τὰ νάματα· καὶ τάχα δή σε μαντεύεται πάλιν ὁ ποταμὸς μυτήρια. Κύκνοι δὲ οἱ μὲν ἀμφὶ τὰς ὄχθας Ἰλίου μετὰ Ζεφύρου πολὺ μέλος ἐργάσαντο ὥστε ἐπὶ Καϋστρῳ τε καὶ Εὐρῳ νῦν πλέον ἢ πρότερον μουσικῆς ἐν ὄχθας ἐμπλήσουσιν. Εἰ δὲ μὴ εἶδέ τις ἄλλοτε τέττιγας ἐπὶ τῷ πόλεμῳ τὰς ὄρνιθας καὶ ἵππους ἥζειν τὴν μαντείαν ἐπὶ λειμῶνας Ἀτθικὰς μαθήσεται· Ἆρα τις ὑμῶν τεθέαται, καὶ αὐτὸν ἰὴν γὴν ὅσον εὐθαλῆ τε καὶ τεθηλυῖαν καὶ νέμεσθον ἐπί σοι καὶ πρὸ ὥρας αὐτοῖς τὰ λήϊακὴν δείκνυσι σαφὲς ὥριον. Ὃ καὶ ἄνθος ἠρινὸν θαῦμα τοῖς ἰδοῦσιν ἐφαίνετο. Στεφανῶται δὲ ἡ γῆ καὶ ἀγκάλιται ὑπ' ἀνεμώνας καὶ ἴους, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄνθεσιν, ἀλλὰ ταῖς Διονύσου τε δώροις καὶ τῷ γλαυκῷ τ' ἰδέας σέμνατι. Ὅσπερ ὅμως τῶν θεῶν Δηοί σε ταῦτα χαριζομένων τοῖς Ἕλλησι. Λυδοὶ μὲν δὴ οἱ ἐπὶ χρυσῷ ποταμῷ τῷ Διονύσῳ βακχεύοντες (χρυσὸν δὲ ὁ Λύδιος λόγος ἐπονομάζει τὸν Πακτωλὸν) μαίνονται μὲν τῷ Θεῷ καὶ χορεύουσιν, ἐπειδὰν αὐτοῖς ἔαρ ἐπανήκῃ ὥρας ἀμείβων ἥλιος καὶ ὀρνίθων ᾠδαῖς οἱ πολλοί τέ εἰσι καὶ εὐτρεμῶς ἐν ἄλσεσι, ὅτε λειμῶνα ᾠδή τε καὶ ἀταλὸν χλοάζουσιν. Ἀλλ' ἐπειδὰν αὐλοῖς ὁ Διόνυσος πύσαν καταλιπὼν καὶ Διθύραμβον ἐπὶ τμῶλον κομάζων καὶ Πακτωλὸν καὶ τὰς βάκχας ἐπὶ τὸ σκίρτημα σεισθείσας ἄισθησθαι, τότε καὶ ἔαρ ἥκειν τομίζουσι καὶ μετὰ Ζεὺς καὶ Ἥρη ὥραν ἀσπάζονται. Λύδιος μὲν δὴ ἔαρ Διόνυσος ἄγει, καὶ τὰ Διονύσου βακχεύματα, σὺ δὲ ἡμῖν τε καὶ λόγοις. Ἐκμαίνεις δὲ αὐτὶ μὲν βάκχων τε καὶ Σατύρων τὰς Μούσας τε καὶ Ἑρμῆ προφήτας. αὐτὶ δὲ βοᾶς τὸν Εὐῖον, σαυτὸν ἡμῖν δίδως ἀταλὸν τε καὶ ἀναφθέγγεσθαι μεμοιγὰς καὶ χορείας σύνθημα, καὶ μηδεὶς ὑμῶν θαυμάσῃ, εἰ θεοῖς τὸν ἄνδρα εἰκάζειν οἱ λόγοι βέλονται. Εἰ γὰρ δὴ Ὁμήρῳ μὲν ἔξεστι καὶ τρισὶν εἰκάζειν θεοῖς τὸν Βασιλέα τῶν Ἀχαιῶν τὸν Ἀγαμέμνονα, ἡμῖν δ' ὑβριστὴς; μᾶλλον μὲν εἰκότως ἡμᾶς τις ἐμεμψαίτο, ὅτι μὴ ποιητικὰ κομπάζομεν, μηδὲ πέρα τ' ἀληθείας βαίνομεν, καὶ ταῦτα πλέον ἢ τοῦδε τοῦτα ἔχοντες φθέγγεσθαι ἢ τὸν Ἀγαμέμνονα Ὅμηρος εἰρηκεν· ᾧ θεοὶ μὲν φίλον, θεοῖς δὲ καὶ πρέπον εἰκάζεσθαι. Διὶ μὲν αἶμα τάχα μὲν καὶ αὐτῷ τῷ προσώπῳ καθ' Ὅμηρον. ὄμματα γὰρ

εἰπεῖν τερπικεραύνου καλά σε μᾶλλον ἂν Ὁμηρίδαι φθέγξαιντο. πολλῷ δὲ πλέον εἶμαι ἢ ὅτι ταῖς τῆ ψυχῆς καλλεσι Διΐ σε πρέπον εἰκάζεσθαι. ὁ γὰρ τε τῶν σῶν ἀτελεύτητον ὅτι καὶ κεφαλῆ κατανεύσεις. Τοῦτο δὲ τὸ ἔργον Διὸς ἐγκώμιον ἤδη τις ἀνθρώπῳ τοσοῦτον αὐχήσει πόλιν, ὡς ἁπάτη κατά σε χρησάμενον, ἤδη εἰ τὸν κοῦφον ἔχων ἔργον Ὁμήρου, φθέγξαιτο, ὦ ἢ αὐτὸν ἕξαι τὸν Δία φήσῃ ἡ ποίησις. Σὲ γὰρ ἢ ἀπ' ἄλλων φίλον ἢ Διὰ ἦτο εἶμαι ἢ ὅμοιος μυστηγὰ ἢ ἐστὶν ἐκεῖνος, ἢ χορὸς Μυσῶν καθ' Ελικῶνα τὸν Βοιώτιον ἵζασιν, ἔνθα δὲ ἢ ἦτο αὐτῷ σε τῷ Θεῷ συνάπτει. Μυσικῆς μὲν γὰρ ἢ αὐλὸς ἦν Αττικὴν παιδόπρεπες εἰσιέναι, ὥσπερ τὸν Ελικῶνα ὁ Απόλλων. Μυσικὴν δὲ ἢ ἡμᾶς κελεύεις ἐργάζεσθαι, αὐλὸς ἐνδιδοὺς τὸ σύνθημα, ὥσπερ ὁ Θεὸς ταῖς Διὸς παρθένοις ταῖς Μούσαις. Ἱππίου Ποσειδῶνα τιμῶσιν Ελληνες ἢ θύουσιν ἐπὶ ἰσθμῷ τῷ Θεῷ, δεικνύοντες αὐτὸν ἵππιον ἢ ἐν αὐταῖς τοῖς ἀγάλμασιν. Ἐφ' ᾧ δὲ ἂν τις πρὸ σε τῷδε δικαίως ἢ τῷ Θεῷ ἐφαβάλλοιτο ἢ μαθητὴν προσαγορεύων τὸ τέχνης, ἁμαρτάνει τὸ κλήσεως; Πῶς γὰρ ἐ σοὶ μᾶλλον προσήκει Ποσειδῶν ἱππικῆς διδάσκαλον, ἢ τῷ παλαιῷ τῷ νεανίσκῳ; ὁ μὲν γὰρ βραδὺς τοῖς ἵπποις ὀχήματον ἔργῳ θεᾶ τὴν τέχνην ἤλεγκε. σὺ δὲ μοι δοκεῖς καὶ αὐλῶν βυκέφαλον ἢ Πέγασον ἢ τὸν ἀθάνατον συναορίδα τὸν Αχιλλέως. Ὁμήρου μὲν ἂν τὸν Διὸς παῖδα τὸν Κάστορα εἰς ἀγαθὸν ἱππεύειν ὑμᾶς τοῖς ἔπεσι ἢ τοῦτο αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ χαρίζεσθαι, ὡς ἀρκοῦν εἶμαι ἢ μόνον ἢ Διὸς ὄντα παῖδα ποσιῶσαι τὸν Κάστορα. Βελλεροφόντην τοι Ἔφυραῖον φῶς τε ἢ μάλιστ' ἄξιον ἵππου ἐποίησε, ἢ Βασιλέα μὲν Δαρεῖον ἐν Πέρσαις, μίγαν δὲ ἐν Μακεδόσιν Αλέξανδρον. Σὺ δὲ εἶμαι ἀθυρόμενα τὰ τῶν μεγάλων βασιλέων ἐγκώμια. Βούλομαί σοι ἢ δηγῆμα ἓν τε πόλεως ἐπιχώριον ἢ τὴν πανηγύρεως, ἐφ' ὧν ἥκεις, δηγήσασθαι σώφρονος ἡδὺ ἢ ἀξιάγαστον ἅμα θεᾶσαι μέσον σαυμαθεῖαι ἀλλὰ ἢ λίγεν τι καὶ αὐλῶν ἐν Ελλησιν, ὅταν ἐν ἥδε ἡ πανηγύρει ἦν ἱερὰν Αθηναίων ἡείρῃ ἢ θεῷ πέμπωσιν. Ἀρχῆται μὲν ἐνθὺς ἐκ πυλῶν, οἷον ἐκ ταὼς ἐνδὺς λιμένος τὸ ἀναγωγῆς ἡ ναῦς. Κινηθεῖσα δὲ ἐκεῖθεν ἤδη καθάπερ κατά τινος ἀκυμάντου θαλάσσης Διὰ μέσου ἔργου δρόμου κομίζεται, ἐς εὐθυνές τε ἢ λεῖος καταβαίνων ἄνωθεν χίζει ἰὰς ἐκαλέρωθεν αὐτῷ σταδιαμίους τοὺς, ἐφ' ὧν ἀγοράζουσιν Αθηναίοι τε ἢ οἱ λοιποί. Τὸ μὲν ἓν πλήρωμα τὸ νεὼς ἱερεῖς τε ἢ ἱερεαι ἐυπατρίδαι πάντες, χρυσοῖς τε αὐθίνοις ἐσφανωμένοι τοῖς στέμμασιν. Αὐτὴ δὲ ὑψηλὴ ἢ μεταίρσιος οἷον ὑπό τινων κομάτων ἐπομενομένων κύκλῳ φέρεται, οἱ πυλοῖς τε ἢ ἐπικαρσίοις ἀνηρτοσμένοι τοῖς ἄξοσιν ἀπωλύτως ἄγυσιν ἐπὶ τὸν πολιοῦν τὸ Πάλλαδος τὸ σπάφος. ὅθεν ἡ θεὰς ἐποπτεύει τὴν Πανήγυριν εἶμαι ἢ τὴν παρῆσαν ἱερομηνίαν. λύσει δὲ αὐτὴ τὸ νεὼς τὰ πείσματα, ἃ ἱερὸν προσαύδασι Αθηναῖοι χόρας λαλῦσις ἐπὶ τὸ σπάφος τῷ ἀνέμῳ παρεῖναι τε αὐλὸν ἢ ἢ θεωρίδι συμπέτεσθαι. ὁ δὲ

ἐπιγνὺς οἷμαι τὴν Κίαν ᾠδὴν ἣν Σιμωνίδης αὐτῷ προσῆσε μετὰ τὴν θάλασσαν ἀπολυθεὶς μὴν ἐυθὺς τοῖς μέλεσι, πολὺς δὲ πνεύσας κ᾽ πρόσωπος ἔρως ἐλαύνει τὴν ἐλκαίδα τῷ πνεύματι. Νεῖλον μὲν δὴ λόγῳ τὸν ποταμὸν τὸν Αἰγύπτιον, ἐπειδὰν ἀρανὲς τὸ μέσον ἱππεύων ἥλιος ᾖ ἄρειν τὴν θερινὴν ἐργάζηται, ὑπὲρ γῆν Αἰγυπτίαν χώμενον κ᾽ κρύπτουσα τὴν ἄρουραν ᾗ ῥεύματι, πέλαγός τε ναυσιπόρον κ᾽ πλωτὸν ὁλκάσιν ἀποφαίνει τὴν Αἰγύπτον, ἱερεῖ τριήρης ἡ τὰ παρθένια ὑ νιλῶδ τινὸς ὑποδοχῆς δεηθεῖσα ῥεύματος λέγε τὰ ἠπείρια συγκλύσαι. Ἀλλὰ αὔραι ταάτην λιγυρὸν ἐπιχέσαι πέμπουσιν ἐξ ἀυλῶν Αἰολίων πνέυσαι, τὸ δὲ μάλιστα θαῦμα, αὔλος ἡλίῳ συνελάμπων Ἑσπερος κὴ μόνος ἀστέρων τότε ἄλλων συμφωνήσας μεθ᾽ ἡμέραν κὴ συναίρων ὑπὲρ τὸ νεὼς τῷ πάλαι τὴν λαμπάδα. ἠφάνης τοίνυν ἔτος ἐκεῖνος· σὲ γὰρ Ἀθηναῖοι καλοῦσι Ἕσπερον, κὴ δεξιὰν ἤγαγες τὴν ἡμερίαν Ἕλλησι. Χρησὰ δὴ ἐπαγγελῆ σύμβολα, ἀσιος τὰ μέλοντα, ὡς ὁ δῆμός τε ὧδε εἶρηκε, κἀγὼ τοῖς ῥηθεῖσι πείθομαι.

CLXVI. *Antonii Diogenis* τῶν ὑπὲρ Θούλην ἀπίστων, de Diniæ ac Dercyllidis Tyriæ amoribus & quæ ipsis *ultra* ultimam *Thulem* oberrantibus se obtulerunt mirarum & *incredibilium narrationum* ad Isidoram sororem eruditam & φιλομαθῶς ἐχουσαν *libri XXIV.* ex quibus Photius putat hausisse Lucium metamorphoses suas, Lucianum narrationes fabulosas * quas sub veræ historiæ titulo edidit, Jamblichum, Achillem Tatium, Heliodorum ac Damascium eroticas suas fabulas. *Meminit* & *Epistolæ ad Faustinam*, in qua Antonius ille Diogenes, quem ὁ λίαν πόρρω τῶν χρόνων ἡ βασιλίσσης Ἀλεξάνδρου, non diu post Alexandri Magni tempora ** vixisse Photius existimat, ait se esse ποιητὴν κωμῳδίας παλαιᾶς, quod interpretor non veteris Comœdiæ poëtam qualis fuit Aristopha-

* Ex his est illa de profectione in Lunam, ὅτι πορευόμενοι πρὸς βόρραν ἐπὶ στιλπνὴν, ὡς ἐπὶ τινα γῆν καθαρωτάτην πλησίον ἐγένοντο. Phot. ex Antonio Diogene p. 188.

** Non tam vetustum esse disputat Franciscus Vavassor p. 148. libri de Indicra dictione, cujus objectis nonnulla reponit Bullius in Lexico T. 1. p. 163. Sane quod gravissimum est Vavassor, gentem Antoniam tum nondum natam aut factam vocem vel auditam, saris refellunt T. Antonius Merenda Decemvir anno U C 303. ejusque filius Q. Antonius Merenda qui ambo fuere ante Alexandrum Magnum. De Antonia gente diligentissimo Joannes Glandorpius in Onomastico Romano p. 65-103. Extant & Antonii Sanderi libri tres de claris Antoniis, editi Lovanii 1629. 4. quorum primus vitæ sanctimonia notus, alter præsules & maximanos, tertius literis & eruditione præstantes Antonios complectitur: sed Antonii nostri Diogenis nec apud Glandorpium nec apud Sanderum mentionem reperi.

ſtophanes, ſed enarratorem dramatis ſive fabulæ geſtæ ante multa tempora, quoniam ſubjungit, ὅτι εἰ καὶ ἄπιστα καὶ ψευδῆ πλάττοι, ἀλλ' ἔχει τινὰ καὶ τῶν πλείστων μυθολογηθέντων αὐτῷ, ἀρχαιοτέρων μαρτυρίας ἐξ ὧν συναθροίσειε: quod licet incredibilia & falſa videatur fingere, tamen habeat de plerisque teſtimonia vetuſtiorum ſcriptorum ex qvibus cum labore iſta collegerit, & quorum nomina etiam ſingulis præfixit libris. Προτάττει δὲ καὶ ἑκάστῃ βιβλίῳ τοὺς ἄνδρας οὓς τὰ τοιαῦτα προσαπεφήναντο, ὡς μὴ δοκεῖν μαρτυρίας χρῄζειν τὰ ἄπιστα. Hic Antonius Diogenes mentionem facit Sibyllæ quam ait artem vaticinandi à Carmano accepiſſe: Aſtræi item qui varia de Pythagora narraverit & Mneſarcho, nec non de Zamolxide quem Getæ pro Deo coluerint. Affert & Balagri Epiſtolam ad Philam uxorem filiam Antipatri. Hujus ni fallor Balagri Macedonicæ hiſtoriæ librum ſecundum laudat Stephanus Byz. in Ἄμαλβος & Ὄλβηλος.

CLXVII. JOANNIS STOBÆI ἐκλογῶν, ἀποφθεγμάτων, ὑποθηκῶν, *electorum, apophthegmatum & ſententiarum libri quatuor* in duobus τεύχεσι ſive voluminibus. De hoc opere eximio quod maximam partem adhuc exſtat, accuratius dixi Volum. VIII. p. 666. ſeq. atque indicem etiam ſcriptorum, è quibus Stobæus collectanea ſua congeſſit, adjunxi. De Stobis Macedoniæ ſecundæ civitate, à quo Stobæum ſive Stobenſem viri docti appellatum notant, conſulendus Harduinus ad Plinii Hiſt. IV. 10. T. 1. p. 432. & in numis urbium illuſtratis p. 474. nec non Ezech. Spanhemius de uſu numiſmatum edit. novæ T. 2. p. 601.

CLXVIII. BASILII Seleucienſis Epiſcopi λόγοι ſive *ſermones XV.* quos omnes hodie habemus, ut notavi Volum. VIII. p. 131. Sed intercidit quod verſibus compoſitum ab eodem Baſilio Photius narrat de *Theclæ* protomartyris geſtis & martyrio, licet aliud proſa à Baſilio ſcriptum ejusdem argumenti tenemus, de quo ibid. p. 135. Incertum etiam & parum veriſimile, hunc eſſe Baſilium Seleucienſem, ut Photio viſum eſt, quocum Jo. Chryſoſtomus in libris de ſacerdotii colloquitur, licet in Baſilii ſermonibus veſtigia ſententiarum Chryſoſtomi inveniſſe ſe idem Photius eſt teſtatus. At cui libri illi de ſacerdotio inſcripti ſunt, is fuerit potius Baſilius Raphaneæ in Syria Epiſcopus qui A. C. 381. Synodo Conſtantinopolitanæ interfuit. Vide Montfauconi prolegomena T. 1. Chryſoſt. p. 361. & Sam. Basnagium ad A. C. 382. num. 6.

CLXIX. CYRILLI Alex. κατὰ τῶν Νεστορίου βλασφημιῶν, *contra Neſtorii blaſphemias libri V.* qui exſtant, & quorum jam meminit Cod. XLIX.

Exſtant

Exſtant etiam de quibus porro Photius, *Epiſtolæ* Cyrilli ad Neſtorium, Valerium, Acacium Meliteniſem Epiſc. aliosque, & de hirco emiſſario ad Acacium Epiſcopum Scythopolitanum: nec non Neſtorii ad Cyrillum reſponſio. Præterea Cyrilli *σχόλιον περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς*, *Scholion de unigeniti incarnatione.* Vide quæ de Cyrilli ſcriptis dicta ſunt Volum. VIII. (lib. V. cap. 27.)

CLXX. *Anonymi* opus quod intercidiſſe dolendum eſt, *libris XV.* quinque *τύχεσι* ſive voluminibus complexum *teſtimonia Ethnicorum* non Græcorum modo ſed *Perſarum*, Thracum, Ægyptiorum, Babyloniorum, Chaldæorum & Italorum eruditorum, *quibus Chriſtianæ doctrinæ ſuffragari videntur.* Inter alia auctor qui CPoli poſt Heraclii tempora ſcripſit, etiam attulit nonnulla *ἀπὸ τῶν χημευτικῶν Ζωσίμου λόγων*, *ex Chemicis Zoſimi* Thebani Panopolitæ (de qvo dixi Volum. VIII. p. 612. ſeq.) *ſcriptis*, (ita enim legendum, non *χημευτικῶν*, *frigidis libris*, ut Schottus.) Quæ autem apud Photium ſequuntur, non de Zoſimo accipi debent, ſed de auctore horum collectaneorum, qui nominum Hebraicorum ſignificationes etiam expoſuit, & de Apoſtolis tradidit ubi terrarum quisque Evangelium docuiſſet, & quomodo mortem oppetiiſſet.

CLXXI EUSTARTII *Presbyteri* magnæ *Eccleſiæ* CPol. (Eutychio Patriarchæ CPol. quem A. C. 582. pro funere laudavit, * ſuperſtitis) *liber de vita functorum ſtatu*, in quo tria ſibi propoſuit probanda, 1) contra Pſychopannychitarum ſententiam, animas ſanctorum ſtatim atqve corpore ſolutæ ſunt, operari. 2) ſpectra mortuorum eſſe animas ipſas, non divinam virtutem in formam eorum traductam. 3) animabus prodeſſe preces, ſacrificia, oblationes & eleemoſynas pro iis tributas. Hunc librum primus Græce addita verſione Latina vulgavit *Leo Allatius* ad calcem libri ſui de purgatorio, Rom. 1655. 8. p. 319-380. qui doctum plane auctorem vocat p. 297. Latine ex verſione Allatii recuſus eſt in Bibliotheca Patrum Lugd. T. XXVII. p. 364. Nonnulla etiam Latine exhibet Combefiſius in Bibl. Concionatoria, ad diem commemorationis defunctorum. Hujus libri capite 23. legitur quod Photius affert de Gamaliele Pauli Apoſtoli magiſtro, Gamalielisque filio Abibo, baptizatis per Joannem ac Petrum, nec non de baptiſmo & martyrio Nicodemi qvem Gamalielis *κρυπτὸν* vocat. Non autem hæc petiit Euſtratius

* Euſtratii laudatio *in Eutychium* edita Latine apud Surium ad 6. April. Græce vero e MS. Vaticano in Actis Sanctorum ad calcem Tomi I. April. p. LIX. & Latine ex Papebrochii verſione p. 590.

ſtratius ex Chryſippi † Hieroſol. presb. laudatione in martyrem Theodorum, licet & ex illa quædam producit c. 22. ſed ex *Luciani* presb. Hieroſol. narratione fabuloſa de ἀνακαλύψει reliquiarum S. Stephani, ** qvæ ex verſione antiqva Aviti, Gennadio c. 47. de *Script. Eccleſ.* memorata exſtat in tomo ſeptimo operum *S.* Auguſtini edit. Benedictin. De aliis Euſtratiis dixi lib. 3. cap. 6. §. 29. Certe fallitur Caſimirus Oudinus qvi huic noſtro Euſtratio CPol. tribuit commentarios in Ariſtotelem, cum ſint Euſtratii Metropolitæ Nicæni clari circa A. C. 1117.

Index ſcriptorum & virorum illuſtrium in Euſtratii libro de vita functorum ſtatu memoratorum.

Abibus. cap. 23.
Amus Nitriæ Monachus. c. 14.
Andreas Apoſtolus Sinopem pevenit. c. 20.
Athanaſius
Orat. IV. contra Arianos. c. 14.
vita magni Antonii. c. 14. 27.
Orat. adverſus Idola c. 14.
Baſilei Amaſeæ *Epiſcopi Martyrium.* c. 20.
Baſilius Magnus c. 4. 14. Cæſarienſis Orat. in XL. Martyres. c. 15. de Julitta Martyre id. in Pſal. CXIV. c. 6. & 15.
Orat. in baptiſmum. c. 27. ἐν τῷ περὶ συλλαβῶν λόγῳ περὶ ᾧ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι c. 19. reſpicit lib. de *Spiritu S.* ad Amphilochium c. XXIX.
Chryſippus Hieroſol. de martyrio Theodori. c. 22.
Cyrillus Alex. Epiſcopus Orat. adverſus eos qui audent dicere non eſſe offerendum pro iis qui in fide obdormierunt. c. 28.
Cyrillus *Hieroſol.* in quinta myſtagogica catecheſi. c. 28.
Dionyſius Areopagita de cœleſti Hierarchia. c. 24. Athenarum Epiſcopus & Martyr in Myſterio ſynaxeos c. 28. capite de iis qui ſancte obdormierunt. c. 28.

Elpidi-

† De hoc *Chryſippo* qui medio ſæculo V. vixit, plura Allatius p. 330. ſeq. præfat. ad Euſtratium, ex vita S. Euthymii ſcripta à Cyrillo Scythopol. & Græce ac Lat. edita in Analectis Græcis Monachor. Benedictinor. *Laudatio Theodori* à Chryſippo compoſita intercidit. Sed exſtat Latine ejus *encomium in Joannem Baptiſtam* in Bibl. Combefiſii Concionatoria: & *Homilia in Deiparam*, Græce & Lat. in auctario Bibl. Patrum Ducæano Pariſ. 1624. T. 2. p. 424. & in Bibl. Patrum Monellinea A. 1644. 1654. Tomo XII.

** De illa ſupra p. 144. & ad Gennadium cap. 46. de ſcript. Eccleſ.

Elpidiphorus c. 20.
Ephræmus inter Syros magnus eximiusqve doctor, in Teſtamento ſuo c. 28.
Euſebius Palæſtinus c. 19.
Euſtathius Antiochiæ Syriæ Epiſcopus & Confeſſor ἐν τῷ περὶ ψυχῆς & contra Arianos. c. 19.
Eutychius Epiſcopus CPol. ἡ τὰ πάντα ἐμοὶ τιμία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐπιγεγραμμένῳ περὶ τῶν ἐν τούτῳ κατὰ δεύτερον λόγον διαιωδὰς γινομένων λογικῶν καὶ νοερῶν, venerandum mihi in omnibus ſacrumqve caput, Oratione de iis qvi ſecundo modo natura ſua fiunt in loco, ratione videlicet & mente præditis. c. 14.
Eutychius filius Calliſtrati, Baſileo in Epiſcopatu Amaſeæ ſucceſſit. c. 20.
Gamaliel Pauli Apoſtoli nutritius. c. 23.
Gregorius Nyſſenus c. 25. 27.
vita Gregorii Thavmaturgi c. 13.
ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν μακαρισμῶν c. 17. ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐπιγεγραμμένῳ πρὸς τοὺς βραδύνοντας εἰς τὸ βάπτισμα, ὃ ἡ ἀρχή. οἱ τῆς ἐκκλησίας ταύτης βασιλῆς. id. Dialogo cum ſorore Macrina c. 17.
Gregorius Theologus Orat. funebri in Baſilium. c. 16. in Patrem. id. in Cæſarium fratrem. id. magnus Gregorius. c. 17. in Heronem Philohum c. 24.
Viſio Gregorio Thavmaturgo facta. c. 13. & 14.
Hippolytus in Danielem Prophetam Oratione ſecunda. c. 19.
Johannes Theologus Apocalyſin in Patmo ſcripſit. c. 11.
Johannes Hieroſol. Epiſcopus. c. 23.
Johannes Epiſc. CPol. (Chryſoſtomus) ὁ θεοφόρος in Matthæum. c. 10. in Matthæum homilia XVIII. c. 6. in cap. XXVIII. c. 28. in Pſalmum CXIII. c. 17. in 1. ad Corinthios Homil. 1. c. 28. Orat. in Maccabæos. c. 17. ad viduam juniorem, cum ipſe exularet. c. 17. in memoriam Apoſtolorum Petri, Jacobi & Johannis. c. 17. ejus os ſuper aurum prælucidum, & cujus ſermones velut carbones coruſcantes expurgant & illuminant. c. 17. ὁ πάνσοφος διδάσκαλος--τὸ στόμα ὑπὲρ τὸ χρυσίον ἐκλάμπων, ὃ καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ ἄνθρακες ἀπαστράπτουσιν, πᾶν μὲν καθαίροντες, πᾶν δὲ φωτίζοντες τοὺς ὑποδεχομένους αὐτούς.
Lucianus presbyter. c. 23.
Maccabæorum liber tertius & quartus. c. 19
Methodius Epiſcopus & Martyr, ad Aglaophontem. c. 19. Origenem redarguit. id
Nepotianus c. 16.

Nicolai *Lyciæ* Episcopi Acta. c. 15.
Origenes. c. 19.
ἐ παροιμιαστής. (Salomonis proverbia) c. 1.
Parthenius Archidiaconus c. 20.
Stephani protomartyris reliquiæ *Luciano* Presbytero revelatæ. c. 23.
Thecla. c. 16.
Theodorus Martyr. c. 22.

CLXXII. CLXXIII. CLXXIV. JO. CHRYSOSTOMI λόγοι sive potius *Homiliæ LXI. in Genesin*, tribus digestæ voluminibus, *In Acta Homiliæ L.* Ἑρμηνεῖαι εἰς τὸν Ἀπόστολον, *in Epistolas Pauli*, & εἰς τὸν ψαλτῆρα ὑπομνήματα *in Psalmos*. Exstant universa ista hodie, nisi quod major pars in *Psalmos* desideratur, ex quibus tamen XXXI. adhuc ineditas homilias ex *MSS.* Codicibus proxime in lucem prolatum iri speramus ab eruditissimo Montfaucono. De cæteris vide si placet dicta Volum VII. p. 644. seq.

CLXXV. *Pamphilæ* Ægyptiæ, quæ Neronis temporibus floruit, συμμίκτων ἱστορικῶν ὑπομνημάτων, *miscellaneorum commentariorum historicorum libri VIII.* Hoc opus quod exstare eruditorum intererat, longe pluribus constitit libris, nam undecimum laudat Gellius XV. 23. & undetrigesimum XV. 17. immo libros XXXIII. ὑπομνημάτων ejus ἱστορικῶν Svidas commemorat, a qvo prætera discimus Epiduariam fuisse, *Soteridis* Grammatici filiam, conjugem vero *Socratidis* itidem eruditi viri, ac scripsisse etiam Epitomen Ctesiæ libris III. Ἐπιτομὴ ἱστοριῶν (qvarum librum primum laudat Sopater supra apud Photium Cod. 161.) aliorumqve scriptorum qvam plurimas. περὶ ἀμφισβητήσεων sive de controversiis, περὶ ἀφροδισίων, aliaque plurima qvæ ad unum omnia interciderunt. Citatur Pamphila à *Laërtio* pluribus locis. In historicis Græcis locum ei dedit Vossius, in mulieribus *Philosophis* Menagius.

CLXXVI. *Theopompi* (qvi Philippi * Macedonis, Alexandri & successorum ætate vixit, Chius patria, Isocratis Rhetoris inter discipulos celebratissimus) ἱστορικοὶ λόγοι *historiarum* de rebus Græcorum Barbarorumqve *libri* ex LVIII, *tres & qvinqvaginta*, cum jam Photii ætate non extaret liber sextus, septimus, nonus, vigesimus & trigesimus. Hodie universos desideramus quos Theopompus ipse qvindecim στίχων myriadibus computavit. *Menophanes* (Μηνοφάνης δέ τις ὁ τὰ θεοπόμπου διορθώσας, ἀρχαῖος δὲ καὶ οὗτος ἀναφέρεται ἀνήρ) duodecimum Theopompi librum pridem scripsit excidisse sive

* Philippi munificentiam erga Theopompum memorat Sozomenus præfat. Historiæ.

ſive periiſſe, quem tamen lectum à ſe Photius teſtatur, atque argumenta ejus exponit. De hoc Theopompo multa erudite Voſſius lib. 1. de Hiſtoricis Græcis capite 7. cui tantum addo quod *δεινὸς μυθολόγος* appellatur ab Ælian o lll. 18. Var. & Clemens Alex. in limine Stromatum Theopompum ac Timæum ait *μύθοις καὶ βλασφημίαις συντάξαι*. Elatione atque altitudine orationis ſuæ officere Theopompum ſcripſit Cicero in Bruto c. 17. Res Græciæ inde ubi deſinit Thucydides cœpiſſe perſequi, præter alios docet Polybius lib. VI. in excerptis Peireſc. p. 26. qui in eo reprehendit, quod ubi ad Leuctricæ pugnæ tempus pervenit, rebus Græciæ valere juſſis ſola Philippi regis geſta porro pertexuit. Idem Libri XLIX. initium apponit p. 21. ex quo ſcriptoris *ἀτοπίαν*, *ἀθυρογλωσσίαν* atque in Philippum acerbitatem perſpicue cognoſcere liceat, quam maledicentâ Timæi ſolis inimicis aſperioris longe majorem, & ratione omni deſtitutam arguit p. 25. ſq. qvod de Rege, cui in principio operis fuit adulatus, deinde in ipſius decurſu & de ipſo atque de ejus amicis propudioſiſſima quæque tradere non erubuit. De Theopompi plagiis Porphyrius apud Euſebium X. 3. præparat. Ipſe Theopompus cum Iſocratem Athenienſem, & Theodectem Phaſelitem quos anguſtiâ rei familiaris orationes pretio vendidiſſe ait, Naucratemque Erythræum & ſe, principatum eloquentiæ in Græcia non modo longe ſupra priorum temporum, ſed ſuæ quoque ætatis homines tenuiſſe affirmaſſet, etiam tribus illis haud obſcure ſe prætulit, magnamque laudem ubique per Græciam publice verba faciendo partam à ſe fuit gloriatus. Photius tamen longe aliter judicat, ſtatuitque eloqventia ipſum licet nullo diſcipulorum Iſocratis cedere, tamen non modo antiquioribus Herodoto & Thucydide, quin & Hellanico ac Philiſto, maxime vero Iſocrate, cui plurima ipſe & ſodalis ejus Ephorus debent, longe eſſe inferiorem. *Duris* quoque *Samius* licet nec ipſe cum ſuperioribus comparandus, Ephorum & Theopompum venuſtate carere præ antiquis illis ſcripſit. *Cleophanis Myrleani* (ita enim ex Strabone & aliis videtur legendum pro Cleochare Smyrleano) in *συγκρίσει* Iſocratis cum Demoſthene hoc fuit judicium: *ἴσος μὲν Δημοσθενικὸς λόγος ἴοις ἴων τραγικῶν ἰαμβείαις μάλιστα σώμασι, ἴσος δὲ ἰσοκρατικὸς ἴοις ἴων ἀθλητῶν*, hoc eſt Demoſthenis eloquentiam nativa virtute, Iſocraticam arte & ſtudio præſtare. Theopompi hiſtorias reſciſſis quibus abundabant digreſſionibus in libros ſedecim *φιλιππικῶν* contraxit *Philippus* junior Rex Macedoniæ cui bellum illatum a Romanis Anno U. C. 552. (ante CHriſtum 200) de quo multa Livius XXXI. 6. ſqq. *De Theocrito* Chio Sophiſta, Theopompi adverſario Valeſius ad excerpta Peireſciana p. 4.

CLXXVII. *Theodori* Antiocheni, *Mopſveſtiæ* Epiſcopi, (ὁ Μοψυεστίας δὲ ἐστιν, ὡς ἀπὸ τινων ἐπιστολῶν ἐμαθομεν) πρὸς τὸυς λέγοντας Φύσει ἢ γνώμῃ πταίειν τὸυς ἀνθρώπους, *adverſus eos qui ajunt natura non voluntate homines peccare*, *libri V.* De hoc opere quod favit Pelagianis, Neſtorianisque & Origenis ſententiæ de finem habituris damnatorum ſuppliciis, hodie autem non exſtat, quemadmodum & de *Aramo* ſive Hieronymo, cujus verſionem novam Bibliorum Theodorus perſtringit, vide quæ ſupra, p. 165. De libris XXVIII. quibus pro Baſilio adverſus Eunomium egregie depugnaſſe Theodorum hic Photius ſcribit, dixerat jam Codice IV.

CLXXVIII. DIOSCORIDIS *Pedanii* Anazarbenſis περὶ ὕλης, *de materia Medica* βιβλίον ἑπτὰ λόγοις διηρημένον opus *ſeptem libris* digeſtum, qui etiamnum exſtant, & de quibus ſupra lib. IV. cap. 3. Ait autem Photius eos qui poſt Dioſcoridem de ſimplicibus medicamentis ſcripſere, ut *Alexandrum* (Trallianum) *Paulum* (Æginetam) *Aëtium*, & *Galenum* aliosque, ſtrenue ejus obſervatis eſſe uſos & magnam illorum partem ſcriptis ſuis inſeruiſſe.

CLXXIX. *Agapii* Manichæi liber, λογίδεια ſive breves ſermones XXIII. & alia capita CII. complexus, ad Uraniam ejusdem ſectæ fœminam & συμφιλόσοφον. Ex hoc deperdito hæretici hominis ſcripto mirum eſt quæ monſtra opinionum Photius recitat. Cæterum in verbis: θεολογεῖ δὲ ὁ δύστηνος καὶ τὸν αἰῶνα, νέον αὐτὸν καὶ ἀνθρωπον ἐξυμνῶν, pro ἀνθρωπον legendum ἀγαθόν. nam in compendio ſcripturæ, quod frequens eſt in libris manu exaratis, hæc duo facile poſſunt inter ſe permutari ut ἀνον pro ὐνὸν legatur. Mox: καὶ ταῖς λογιδίοις δὲ πράξεσι τῶν δώδεκα ἀποστόλων καὶ μάλιστα Ἀνδρέᾳ ἐμοὶ δοκεῖ συντίθεται (ita legendum pro ἐ συντίθεται) ἀλλὰ πεπείθεν ἔχει τὸ Φρόνημα ἡμῖν. Ethnicorum etiam, Platonis maxime teſtimoniis uſum hunc Agapium & divinos illos ac ſanctos celebraſſe teſtatur Photius, Eunomium vero oppugnare videri, licet longe ipſe indigniora de CHriſto protulit. μάχεσθαι δὲ δοκεῖ πρὸς τὴν εὐνομίου κακοδοξίαν, αὐτὸς, ἐδ' ἔστιν εἰπεῖν, ὅσον εἰκὸς ἀθεώτερον βλασφημῶν. Non dubito Agapium hunc eſſe Manetis diſcipulum memoratum in formula receptionis Manichæorum apud Jac. Tollium p. 144. inſignium itineris Italici, & cujus Heptalogum nominat Petrus Siculus in Hiſtoria Manichæorum p. 30. De ſuppoſititiis Actis XII. Apoſtolorum & maxime Andreæ, ſupra Cod. CXIV.

CLXXX. JOANNIS LAURENTII *Philadelphienſis Lydi*, incertum an Chriſtiani, qui ſub Anaſtaſii, Juſtini & Juſtiniani temporibus vixit, jam miles, jam juridici functus munere & matricularii libri tres, 1) περὶ διαγ-

διοσημείων *de prognoſticis è tempeſtatibus* cujus pars edita à Jano Rutgerſio Græce eſt in Variis Lect. p. 247-260.) 2) περὶ μηνῶν *de menſibus*, & 3) περὶ ἀρχῶν πολιτικῶν *de magiſtratibus civilibus*. Ex his libris fragmenta apud Suidam & Codinum. Et maxima pars adhuc manu exarata in variis Bibliothecis. Vide Lambecii notas ad Codinum p. 152. 153. 154. 155. 172. 208. Cangii gloſſarium Latin. in *ſilentium*. Salmaſium ad Simplicium p. 255. Lud. Kuſterum ad Suidam in Ἰωάννης Φιλαδέλφεὺς & Joannem Boivinum ad Nicephorum Gregoram p. 786. Mentio hujus λυδοῦ Juſtiniano imperante clari apud Theophylactum Simocattam VII. 16. Hiſtor. ubi ad ejus διοσημεῖα reſpicit.

CLXXXI. *Damaſcii* Damaſceni, (de quo Cod. CXXX.) εἰς τὸν ἰσιδώρου τοῦ φιλοσόφου βίον *de vita Iſidori Philoſophi*, liber prolixus in capita LX. diviſus, variaque refertus jucunda de aliis etiam illius ætatis Philoſophis notitia ſed jam pridem deperditus, ex quo uberiora excerpta dabit Photius infra Cod. CCXLII. Hoc ſcriptum Damaſcius ſuperſtitione Ethnica imbutus ſcriptor & Chriſtiana ſacra ſubinde laceſſens dicavit *Theodoræ* eruditæ fœminæ, quam ipſe & Iſidorus inſtituerant, filiam Cyrinæ & Diogenis qui patre Euſebio, avo Flaviano natus (iisdem quos celebrat Macrobius) genus referebat ad Sampſigeramum, Monimumque à quibus & ſuam Jambliehus duxerat originem. Damaſcium in oratoria facultate per triennium inſtituerat *Theon*, in Mathematicis diſciplinis *Marinus*, in Philoſophia Athenis alter cum Marino Procli ſucceſſor *Zenodotus*, & Alexandriæ *Ammonius* Hermeæ, Platonem & Ptolemæi aſtronomica ipſi interpretatus: In dialecticis denique is ipſe cujus vitam deſcribendam ſuſcepit, *Iſidorus*.

CLXXXII. *Eulogii* Alexandrini Epiſcopi (defuncti A. C. 608.) κατὰ Ναυάτου καὶ περὶ διοικονομίας, *contra Novatum & de diſpenſatione* * *Eccleſiaſtica* (*in recipiendis lapſis*) *libri VI.* de quibus brevius Cod. CCVIII. & excerpta ex iisdem ampliora, Codice CCLXXX. Libro quinto Eulogius diſſeruit de honorandis reliquiis martyrum, & ſexto oppugnavit τὰ περὶ τῶν Ναυατιανῶν λεγόμενα ὑπομνήματα καὶ τὴν ψευδεπίγραφον μάρτυρα Ναυάτου ἔκθεσιν. *Novatianorum commentarios de falſo Novati martyrio*. Et commentarii illi, & libri Eulogii jampridem interciderunt.

CLXXXIII. *Eudociæ* Auguſtæ, Leontii Philoſophi filiæ quæ Imp. Theodoſio juniori nubſit, μελίφρασις ὀκτατεύχου, *Octateuchi* ſive librorum

* Vide B. D. Eliæ Veilii diſſ. de variis œconomiæ generibus p. 23. ſeq.

quinque Moſis, Joſuæ, Judicum & Ruth, *metaphraſis carmine Græco Heroico.* In Metaphraſi Deuteronomii nomen ſuum ipſa profeſſa fuit hunc in modum:

Δευτερίην καὶ τήνδε θεῦ θέμιδος κάμε βίβλου
Εὐδοκίη βασίλισσα λεοντιὰς ὑπατείρεια.

CLXXXIV. Ejusdem *metaphraſis* ſimilis Heroica *Prophetarum Zachariæ & Danielis*: nec non *martyrii SS. Juſtinæ, & Cypriani* * à magicis artibus & idololatria ad Chriſtianam pietatem revocati, *libris III.* Hæc Eudociæ ſcripta omnia hodie deſideramus. De aliis illius itidem deperditis, & de Homerocentonibus quos habemus, Eudociæ huic à nonnullis tributos cum potius ſint *Patricii*, vel Eudociæ junioris (Sæculo XI.) ſive Eudociæ quæ Zoes ſoror & Conſtantini (Imp. Baſilii Bulgaroctoni fratris) filia fuit, dixi lib. 2. cap. 7. §. 5.

CLXXXV. *Dionyſii* Ægei ** ſive Ægienſis *Dictyaca*, βιβλιδάριον δικτυακῶν *capita centum*, de rebus ad Phyſicam & artem Medicam ſpectantibus, ita tractata ut binorum uno ſemper affirmetur aliquid, qvod altero negatur & oppugnatur: v. g. capite *primo* diſputavit Dionyſius quod ex utroque parente ſemen ad vitalem generationem confertur, *ſecundo* quod non ex utroque: *tertio* quod à toto corpore ſemen ſecernitur, *quarto* quod non ex toto, atque ita in cæteris. Ejusdem operis, (pridem deperditi) verbis propemodum iisdem argumenta capitum traduntur infra, Codice CCXI. Auctor quis fuerit, aut quando vixerit, quæro qui me doceat: nec titulum libri ſatis capio, niſi voluit auctor contrariis ubique rationibus ſuis lectorem veluti irretire, atque inde à retibus nomen libro ſuo indere, licet & judicium ſuum ſubinde interpoſuit, δοκῶ δὲ καὶ δικάζειν ταῖς δόξαις, πλὴν ὡς ἐν ἀπάσαις ἐνφίεσται πρὸς τὸ παναγνον (ita legendum pro παναίγιον) καὶ ἀνίνθητον.

CLXXXVI. *Cononis* διηγήσεις, de rebus mythicis *narrationes quinquaginta* ad Archelaum Philopatorem Regem (Cappadociæ conſtitutum à M. Antonio, *** cui contra Auguſtum Archelaus favebat.) Harum narrationum argumenta ſatis perſpicue exponit Photius, quæ ſola exſtant, Græce & Latine etiam vulgata cum Hœſchelii & Schotti notis, inter Hiſtoriæ *Poëticæ* ſcriptores antiquos una cum Apollodori Bibliotheca, Ptole-

* Antiocheni ſub Diocletiano paſſi, cum Theoctiſto. Vide citatos ſupra p. 69.

** In numis reperias Αἰγιέων, Αἰγέων, Αἰγαίων, Αἰγεαίων, & Αἰγεατῶν. vide Holſtenium ad Stephanum Byz. & Harduinum in numis urbium illuſtratis.

*** Vide Uſſerii Annales ad A. 3968. T. 2. p. 440. ex Strabone ac Dione. De aliis Cononibus dixi lib. 3. cap. 5. §. 18.

Ptolemæo Hephæstionis F. Parthenio & Antonino Liberali, curante eruditiss. Viro Thoma Gale, Paris. 1675. 8. Etiam Photius testatur ἐν αὐτῇ τέχνῃ, in eodem volumine cum Cononis narrationibus evolvisse se APOLLODORI Grammatici *Bibliothecam*, qvæ etiamnum exstat, & de qva dixi lib. 3. cap. 27. Epigramma in Apollodori librum qvod legitur apud Photium, ita vertit Benedictus Ægius Spoletinus:

Saclorum spiram licet hic cognoscere paucis,
Si veterem hanc nostram perlegis historiam.
Mæonida ne volve volumina, neve elegiam,
Ne tragicam Musam, ne melicos numeros.
Multisonos cyclicum † versus ne qvære, quod in me
Invenies quicquid maximus orbis habet.

CLXXXVII. *Nicomachi* Geraseni, (Pythagorici Philosophi) ἀριθμητικῶν θεολογουμένων, sive *theologicarum* & metaphysicarum *speculationum de numeris libri II.* qvi interciderunt, perinde ut ejus τέχνη ἀριθμητική: licet exstat ejusdem Nicomachi ἀριθμητικὴ εἰσαγωγὴ Photio itidem memorata. De singulis hisce dixi lib IV. cap. 22. Excerptis autem insignibus Photii, qvæ ex Theologumenis Arithmeticis Nicomachi nobis exhibet, illustrandis conferendus præter Anonymi veteris (Jamblichi fortasse) Theologumena Arithmeticæ, Græce edita Paris. 1545. 4. viri doctissimi Joannis Meursii Denarius Pythagoricus, recusus Tomo IX. thesauri Gronoviani.

CLXXXVIII. *Alexandri* (Cornelium Alexandrum Polyhistorem intelligunt viri docti, qvi temporibus Syllæ claruit) θαυμασίων συναγωγή, *collectanea de mirabilibus* & incredibilibus, qvæ celebrium scriptorum testimoniis firmata digessit. Et in eodem volumine lecti à Photio *Protagoræ γεωμετρίας τῆς οἰκουμένης* libri VI. qvorum qvinqve priores *Geographicam descriptionem orbis terrarum* tunc cogniti continebant, Asiæ, Africæ & Europæ: sextus τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην δοξολογουμένων (videtur leg. κατὰ δοξολογουμένων) ἱστορίαν, *narrationem de rebus per orbem terrarum mirabilibus*, apud veteres partim, partim à se ipso observatis. Huic operi præfixisse stadiorum ἀναμέτρησιν Protagoram, cognoscimus ex Marciano Heracleota. Postremum autem librum respicit Tzetzes Protagoram cum Alexandro & aliis mirabilium scriptoribus laudans Chillad. VII. v. 648. Protagoram illum Stoicum fuisse suspicor Philosophum, cujus mentionem facit Laërtius IX. 56. Utriusque, Alexandri & Protagoræ scripta hodie desideramus, qvorum iterum meminit Photius Cod. CLXXXIX.

CLXXXIX.

† Cyclicorum poëtarum sive illorum qvibus constabat Cyclus epicus, de qvibus dixi lib. 2. c. 2. §. XXIV. n. 25.

CLXXXIX. *SOTIONIS* (qvi Tiberii Imp. *ætate vixit,) βιβλιδάριον τῶν σταφάδων περὶ πηγαίων ἢ κρηνῶν ἢ λιμνῶν παραδοξολογημένων, *liber de fluviis fontibus & lacubus mirabilibus*, ex quo excerpta de fontibus & lacubus exstant Græce edita ab Henrico Stephano A. 1557. 8. ad calcem nonnullorum opusculorum Aristotelis & Theophrasti, p. 138. 143. & à Frid. Sylburgio in præclara sua Aristotelis editione Græca, Francof. apud Andreæ Wecheli heredes 1587. 4. post Aristotelem de Xenophanis, Zenonis & Gorgiæ dogmatibus &c. Citat Sotion *Amometum* (Ἀμώμητον) *Aristotelem*, *Aristonem* peripateticum Philosophum, *Ctesiam*, *Epigrammata* vetera fontibus inscripta, *Hellanicum*, *Heraclidem Ponticum*, *Herodotum*, *Hieronymum* (Rhodium,) *Isigoni* secundum ἀπίστων sive *incredibilium* librum, *Phaëthontem* (Φαέθων φησὶ τὸν ἐν Βοσπόρῳ ποταμὸν ἅτως εἶναι ψυχρόν &c.) *Pythermum* & *Theopompum*. In eodem volumine, in qvo Sotionis lucubratio continebatur, Photius legit etiam NICOLAI *Damasceni*, qui Augusti vixit ætate, librum Herodi Judæorum Regi dicatum, in qvo παραδόξων ἐθνῶν συναγωγὴ, *de mirabilibus gentium moribus*, ex qvo itidem excerpta ampla habemus servata à Stobæo in florilegio, & Græce ac Latine edita etiam aliqvoties ad calcem Politicorum Aristotelis, cum simili lucubratione Heraclide Pontici, & cum *Nic. Cragii* versione ad calcem ejus libri de Rep. Lacedæmon. 1593. 4. & Tomo VI. thesauri Gronoviani p. 3847. & 2821. Quam idem Photius Λουκιανὴν ἱστορίαν obiter commemorat prolixum opus πολύστιχον βιβλίον, non diversa videtur ab Nicolai Damasceni historia catholica sive universali, digesta in libros CXLIV. & pridem deperdita, de qva Athenæus VI. p. 249. & scriptores laudati à me libro 3. cap. 11. p. 306. Narrat autem Photius in eodem volumine post Sotionis & Nicolai ᾠδήν, evolvisse se *Aceſtoridæ* librum τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν. (ita enim legendum, non συνθικῶν) *de fabulosis quæ per singulas civitates feruntur narrationibus*, in quo ait varia legi qvæ ante ipsum jam memorati scriptores, Alexander ac Protagoras, Nic. Damascenus, Apollodorus in Bibliotheca & Conon tradiderunt. Aceſtoridæ hujus, cujus liber periit, mentionem facit etiam Tzetzes Chiliad. VII. v. 649.

CXC. *Ptolemæi*, (Chenni) *Hephæstionis*. F. περὶ τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας, *novæ ad variam eruditionem historiæ* libri VII. ad Tertullam. Ex hoc opere, qvod hodie desideramus, bene est quod ampla excerpta Photius nobis servavit, quæ Græce & Latine inter scriptores Historiæ Poëticæ cum Hœschelii & Schotti notis edidit qvoq; (supra ad Cod. CLXXXVI. laudatus mihi) Thomas Galeus Paris. 1675. 8. Cæterum Svidas, à qvo opus Photio

* Vide Vossium de Hist. Græc. ll. 7. ubi etiam de Sotione altero antiqviore, scripto Διοδοχῶν.

Phatio lectum, inscribitur περὶ ἀνηκδότου ἱστορίας, etiam alia duo Ptolemæi hujus scripta commemorat, similiter deperdita utraque: drama historicum, qvod inscripserat Springem, atqve ἀνθόμηρον * sive Poëma Homero æmulum, rhapsodiarum XXIV. Ab eodem Svida cognoscimus Trajani & Hadriani temporibus vixisse.

Index scriptorum à Ptolemæo Hephæstione laudatorum.

Numeri libros Ptolemæi denotant.

Abas. 5.
Æsopus Delphis interfectus vitam recepisse traditur. 6. ab Idmone hero suo θῆτα appellatus. 5. Sic ἄλφα dictus Moyses & Hercules: Galerius Crassus (& Eratosthenes) βῆτα. Antenor, Orpylis fœmina & Pythagoras δέλτα, Apollonius Astronomus ἰψιλόν, Satyrus Aristarchi Grammatici discipulus ζῆτα Cypseli mater clauda, λάμδα. Vide qvæ notavi lib. 3. cap. 18. §. 12.
Alcmanis πολυμαθῶσαι sub capite Titonychi Chalcidensis post obitum repertæ. 5.
Alexander Myndius. 2.
Alexander Magnus auctor epicedii. 2. versus ab eo prolatus περσικὰ, τῇ, πίε οἶνον &c. ibid.
Antenor ὁ τὰς Κρητικὰς γράψας ἱστορίας, dictus δέλτα. 5.
Antiochus ἐν δευτέρῳ τῶν κατὰ πόλιν μυθικῶν. 5.
Antipater Acanthius. 1.
Apollonius Astronomus dictus ἰψιλόν. 5.
Archelaus Cyprius. 4.
Aristarchi (Grammatici) discipulus Satyrus, ζῆτα dictus. 5.
Aristonicus Tarentinus. 1. 2.
Aristoteles. 1.
Athenodorus Eretriensis ἐν ἐγδέκῳ ἀναμνημάτων. 5.
Bacchylides. 7.
Botrys Myndius. 1.
Calchas vates. 5.
Callinachus. 5.
Cercidas Arcadum legislator tumulo suo inferri jussit lib. I. & II. Iliados. 5.
Charinus ὁ Ἰαμβογραφος. 7. ubi qvatuor ejus versus.
Chironis Medici præceptor Achilles. 6. discipulus Cocytus. 1.

* Sic anticlaudianum scripsit Alanus Insulensis, velut æmulum Claudiano Poëtæ.

Cicero capite truncatus eſt in lectica Medeam evolvens Euripidis. 5.

Cocytus Chironis Medici diſcipulus. 1.

Cratini Ἐυνάδαι repertæ ſub Alexandri Magni Pulvino. 5.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, Medeæ dictum. 5.

Crinagoræ epigramma. 5.

Dares πρὸ Ὁμήρου γράψας τὴν Ἰλιάδα. 1.

Demetrius Scepſius. infra, in Tellide.

Demodoci Poëma Ἰλίου ἄλωσις, decantatum ab Ulyſſe. 7.

Diognetus vates, tempore Philippi Macedonis. 3.

Diognetus alius Cretenſis. 5.

Epicharmus poëta genus ducens ab Achille, Pelei F. 1.

Eubuli Comici εἰς Διόνυσον Κωμῳδία 5.

Euphorion ἐν Ἀναθῷ. 1.

Eupolidis ὑβρισταὶ repertæ ſub capite defuncti Ephialtæ. 5.

Eupompus Samius, vates. 3.

Euripides. ſupra, in Cicerone.

Helena, Muſæi Athenienſis filia, ἡ πρὸ Ὁμήρου τὸν Ἰλιακὸν συγγραψαμένη πόλεμον. 4.

In Herculem Hymnus Thebanorum. 3.

Herodotus 5. ἐν πρώτῃ ἱστοριῶν. 1. & 4. exordium libri primi compoſuiſſe amicum ejus Pleſirrhum Theſſalum. 3.

Heſiodi ἔργα & ἡμέραι ſemper ſub pluvino Seleuci Nicanoris. 5.

Homerus 1. 4. 7. ab Helena Muſæi filia argumentum Iliadis petüt. 4. & à Phantaſia Memphitide. 5.

ὁ ποιητής. 1. 2. 3. 6. 7. Pompejus prælium iturus primum Iliados librum legit. 5. Vide & ſupra, in Cercida. Homeri famulus Scindapſus. 6.

Περὶ τῶν κατὰ πόλεις διὰ ὕμνους ποιησάντων differuit Ptolemæus Hephæſt. lib. 3.

Hypermenes ἐν τῷ περὶ χύτ. 6.

Ibyci poëtæ ſervus Hercules, vivus combuſtus qvod in Domini necem conſpiraſſet. 3.

Lycophron in Alexandra. 6.

Matris, Thebanus ὑμνογράφος. 3.

Nicoſtratus Comicus. 7.

Oraculum ad Artemiſiam. 7.

Palame-

Palamedes δολοφονίαν. 1. *Græcorum pro Agammenone imperator.* 5.
Παρῳδήσις, parodia verſus Crinagoræ. 5. Oraculi parodia in Homeri verſum. 5.
Pelius filius Vulcani, Medicus. 6.
Phantaſia Memphitis, Nicarchi F. ante Homerum ſcripſit Ἰλιακὸν πόλεμον καὶ τὴν Ὀδυσσείας διήγησιν. 5. hæc ſcripta à *Phanita* hierogrammateo Memphitico accepta ſecutus Homerus. id.
Phemonoës χρησμός. 4.
Philoſtephanus vates & poëta, veſte nunquam uſus. 3.
Pleſirrhus. 5. Theſſalus ὑμνογράφος, Herodoti amicus & heres. 3.
Scindapſus Eretrius, inſtrumenti Muſici repertor. 6. alius, Homeri famulus. id.
Sophoclis Poëtæ obitus. 1.
Steſichorus. 3. 4. carmen de Helena. id. falſam eſſe de Steſichori occœcatione narrationem. id.
Tellidis liber inventus ſub capite defuncti Demetrii Scepſii. 5.
Theodorus Samothrax citatur. 7.
Theophraſti Epiſtolæ. 3.

CXCI. BASILII Magni Ἀσκητικὸν, *Aſceticorum libri duo* una cum ὅροις ſive regulis LV. & aliis brevioribus CCCXIII. qvæ omnia exſtant in S. Baſilii operibus ſæpius edita ut dixi ſupra, Volum. VIII. p. 80. ſeq. Aſceticorum jam fecit mentionem Photius Cod. CXLIV.

CXCII. a. MAXIMI Monachi & Confeſſoris *ad Thalaſſium* presbyterum & Abbatem γραφικῶν ἀπορημάτων ξδ (male excuſum ξξδ) *dubiorum è S. Scriptura ſolutiones LXIV.* editæ Græce & Latine in Tomo priore operum S. *Maximi*. p. 1-300. Vide quæ notavi Volum. VIII. hujus Bibl. p. 730. Meminit iterum Photius Cod. CXCIV.

CXCIII. b. EJUSDEM *Epiſtolæ XXVII.* quæ itidem exſtant Tomo poſteriore operum S. Maximi à Combefiſio vulgatorum. Epiſtola illa πολυστιχος πρὸς Ἰωαν φιλόσοφον Ἰωάννην obvia eſt T. 2. p. 259. atqve ad Joannem Cubicularum inſcribitur. Vide qvæ Volum. VIII. hujus Bibl. p. 737.

CXCIV. EJUSDEM λόγος ἀσκητικὸς, *liber Aſceticus*, qvi exſtat T. 1. Operum S. Maximi p. 367-393. & Τετρακόσια κεφάλαια πρὸς Ἐλπίδιον, *ad Elpidium capita CCCC*, qvæ ſimiliter occurrunt T. 1. p. 394-460. & qvorum infra etiam mentio Cod. CXCIV.

CXCIV. EJUSDEM MAXIMI *Epistola ad Georgium Eparchum*, qvam habemus T. 2. p. 201. & κεφάλαια *Capita* CC. qvæ exstant T. 1. p. 461-511. *Epistola ad Petrum illustrem*, quæ legitur T. 2. p. 291. altera *ad Cosmam* Diaconum Alex. quæ occurrit T. 2. p. 313. tertia *ad Pyrrhum* presbyterum, qvæ exstat. T. 2. p. 343. qvarta *ad Thomam* de locis quibusdam difficilibus *Gregorii Nazianzeni*, qvæ inter opera S. Maximi qvidem non legitur, sed Græce ac Latine edita est à Viro doctissimo Thoma Galeo ad calcem librorum Joannis Scoti Erigenæ de divisione Naturæ, p. 46-70. Oxon. 1681. fol. Vide qvæ dixi Volum. VIII. p. 764. Qvinta (*ad* eundem *Thomam* altera) cujus Photius facit mentionem, nondum lucem vidit, extat tamen manu exarata in Codice Gudiano, qvi jam servatur in Bibl. Gvelpherbytana. Vide ibid. p. 765.

CXCV. EJUSDEM *ad Marianum* (al. *Marinum*) presbyterum (Cypri) Epistola exstat T. 2. Opp. p. 1-17. Et *Dialogus cum Pyrrho*, obvius T. 2. p. 159-195. & de qvo dixi Volum. VIII. hujus Bibl. p. 736.

CXCVI. S. EPHRAIM Siri λόγοι, *sermones XLIX.* qvos ex Syriaco Græce versos legit Photius. Ex his plerique exstant Latine ex versione Gerhardi Vossii Tungrensis, pars etiam Græce in editione luculenta Operum Ephraimi Græca quæ prodiit curâ V. C. Eduardi Thwaites, Oxon. 1709. fol. in qua postremo loco apud Photium memoratus sermo ad Monachos Metebinos, ducit familiam, & cæteris omnibus præmittitur: hunc deinde excipit qui apud Photium omnium primus est. Addit ille, longe plura hujus Ephraimi συντάγματα ex Syro idiomate in Græcam lingvam conversa ferri πλήρη χάριτος καὶ δυνάμεως, *plena suavitate & vi.* Σύροι δὲ φασὶν ὑπὲρ τοὺς χιλιάδας λόγων αὐτὸν ἀναγεγράφθαι, *Syri ajunt ultra mille sermones eum scripsisse*, οἷς καὶ ὁ περὶ τὴν ἱστορίαν οὐκ ἀνεξέλεγκτος, εἰ καὶ μὴ τὰ δόγματα Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου ἐπαινέσειε φέρων, ἐπιμαρτύρεται, *quibus etiam suffragatur Eusebius Pamphili, vir in historia non indignus fide, licet in doctrina minus probatus.* Eusebius de Ephraimo, utpote longe juniore, meminisse non potuit, itaqve Photius memoriæ lapsu illi tribuit qvod de multitudine scriptorum Ephraimi legerat in Sozomeni III. 16. Vide supra lib. V. hujus Bibl. cap. 2.

CXCVII. CASSIANI Monachi *libri duo ad Castorem*, & *tertius ad Leontium* sive Epitome ex Cassian: libris qvatuor de institutis Cœnobiorum ad Castorem & ex libris octo ad eundem Castorem de totidem capitalibus vitiis: nec non ex Cassiani Collationibus Patrum ad Leontium, *Epitome* Græce versa. Ex his * exstat liber primus Græce & Latine editus inter scripta

* Vide Volum. VII. hujus Bibl. p. 552.

ſcripta S. Athanaſio ſuppoſita T. 3. edit. Montfauconianæ p. 366. Tertius MS. in Bibl. Cæſarea. Lambec. IV. p. 166. Epitomes illius auctorem *Eucherium* Lugdunenſem viri docti ſuſpicantur ex Gennadii c. 63. de Script. Eccleſ. Græcus interpres quis fuerit non conſtat. Ut vero Photius Caſſianum ſcriberet Romanum patria fuiſſe, Ῥώμην λαχόντα πατρίδα, exinde accidit, quod in Codice ſuo reperit ἀββᾶ Κασιανοῦ τοῦ Ῥωμαίου, quemadmodum & in Cæſareis MSS. invenit Lambecius, qui Caſſianum hinc Romanum fuiſſe diſputat lib. IV. p. 166. ſeq. Sed Ῥωμαῖον dixerunt pro Latino, qvoniam Caſſianus Latine ſcripſit, alioqui patria Caſſiani non magis Roma fuit quam Scythia, quod ab aliis viris doctis ſolum ei natale falſo tribuitur: nam ex Galliæ provincia originem duxiſſe rectius obſervant Holſtenius cap. 3. præfat. ad Codicem regularum, Noriſius lib. 2. Hiſt. Pelag. cap. 1. & Antonius Pagi ad A. C. 404. n. 23. ſeq.

CXCVIII. ANONYMI ἀνδρῶν ἁγίων βίβλος, *Vitæ ſanctorum Virorum*, anachoretarum & monachorum ab Antonio Monacho usque, ad Heraclii Imp. tempora & paullo ulterius. De hoc libro qui totus fere adhuc, non Græce quidem ſed Latine ex veteri Latina verſione exſtat, & de ſubjectis eidem olim in Photii Codice HESYCHII *Hieroſol.* presbyteri ſententiis, Græce & Latine plus ſimplici vice editis, dixi ſupra hoc ipſo Volumine p. 24. ſeq.

CXCIX. JOANNIS MOSCHI λειμών ſive νέος παράδεισος *pratum* ſive (cujus tituli etiam ſuperiore Codice mentionem fecerat Photius) *novus paradiſus*, ad Sophronium ſive Sophronam diſcipulum ſuum, capitibus CCCIV. exſtat Græce & Latine, de quo ſupra, p. 22. ſeq. & de Sophronio p. 24.

CC. MARCI Monachi *Aſceticorum libelli IX.* Ex his octo exſtant una cum *Nicolai* Monachi ad Marcum Epiſtola Græce editi nitide à Gvilelmo Morello Pariſ. 1563. 8. una cum Heſychii Hieroſol. capitibus (Cod. CXCVIII. à Photio memoratis) ἀντιῤῥητικοῖς καὶ ἐπιστικοῖς. Et ſeparatim Latine ibid. eodem anno in 8. Joanne Pico interprete. Librorum in editis alius eſt ordo quam apud Photium, ut notavi Volum. VIII. hujus Bibl. p. 350. ubi etiam de aliis editionibus. De libro nono, qui nondum lucem vidit, & MS. fuit apud C. V. Thomam Galeum, ita Photius: ὁ δὲ θ', πρὸς Μελχισεδεκιτῶν ἀγωνιζόμενος, μόνον ἔλαττον τὸν γενναίμενον αὐτὸν (ſcriptorem ipſum libri Marcum, ut pulchre obſervavit Vir eruditiſſ. M. V. la Croſe) αἱρέσεως ἴσχυε δὲ μικρῷτερας τηλίκον. *Liber nonus decertans adverſus Melchiſedecitas, non minus ipſum libri parentem haud levioris hæreſeos reum peragit.*

CCI. DIADOCHI Photices in veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopi *Aſceticon capita centum*, quæ exſtant Latine ex *Franciſci Turriani* S. I. verſione, poſt editionem Florent. cum S. Nilo de precatione A. 1570. 8. plus ſimplici vice deinde recuſatum ſeparatim, tum in Patrum Bibliothecis ut in noviſſima Lugdunenſi T. V. p. 884. Græce MSta in variis Bibliothecis, ut Cæſarea aliquoties, & eodem Turriano curante etiam edita Venet. 1578. 8. una cum duabus centuriis ſententiarum S. NILI, cujus *capita CLIII. de precatione*, Diadocho ſubjecta legit Photius, teſtatus præterea longe plures illius Nili ferri lectu dignas diatribas, & Epiſtolas, πολλὰ δὲ ἄλλα αὐτῷ λόγια πεπλάνηται ὑποβαλλόμενα ὡς τι τῶν ἐπιστολιμαίων τρόπον τινὰ εἰς τὸν συγγραφικὸν ἀνηγμένα συντάγματα φέρεται. De illis dictum Volumine V. ad Allatii diatribam de Nilis, quemadmodum de Diadocho Volum. VIII. p. 349. Hunc non certa ſatis conjectura eundem cum Diadocho volunt viri docti, à quo Victor Vitenſis in præfat. Hiſtor. de perſecutione Vandalica ait eruditum fuiſſe amicum ſuum, *à tanto pontifice, totoque laudis genere prædicando beato Diadocho, cujus ut aſtra lucentia exſtant quam plurima catholici dogmatis monimenta dictorum.* Cum Marco, Nilo, & Diadocho Photius confert illisque poſtponit JOANNIS CARPATHII πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας πρεσβεύσαντας μοναχοὺς παραμυθητικὸν, *Conſolationem ad monachos in India* qui hoc ab eo flagitaverant, *capitibus centum*, qvam ex Codice Auguſtano Latine vertit ediditque *Jacobus Pontanus* S. I. ad calcem dioptræ Philippi ſolitarii, Ingolſtad. 1654. 4. Græca adhuc in Bibliothecis MSta deliteſcunt capita CCXVII. Ex his alia LXXXII. idem Pontanus adjunxit, quæ Latine jam vulgaverat cum Simeonis presbyteri Orationibus XXIII. aliisque aliorum veterum lucubrationibus, ibid. 1603. 4. utraque recuſa in Bibliothecis Patrum, ut noviſſima Lugd. T. XII. p. 535. 542. Hunc Joannem Carpathium, Carpathiorum (in Cycladibus) Epiſcopum facit Pontanus, neſcio quo auctore, nam nec in *MSS.* Epiſcopus vocatur, nec Photius Epiſcopatum ejus commemorat: & Meletius Calligraphus in jambis Codici Coisliniano præfixis, & ab eruditiſſ. Montfaucono p. 305. editis eum vocat Καρπάθιον ἡγούμενον καὶ θεωρόν, non Epiſcopum.

CCII. HIPPOLYTI Epiſcopi & Martyris ὑπομνήματα εἰς τὸν Δανιήλ, *Commentarius in Danielem*, ex quo fragmenta dedi T. I. Opp. S. Hippolyti p. 272. ſeq. & T. 2. p. 32. Theodoretum ſua ad Danielem enarratione Hippolyto ſubinde ſuffragari notat. Cod. CCIII. Alter vero λόγος περὶ Χριστοῦ καὶ ἀντιχρίστου, *liber de CHriſto & antichriſto*, quem deinde lectum a ſe Photius commemorat, pervenit ad nos integer atque

inter

inter ſcripta S. Martyris familiam ducit tomo I. De illius opere adverſus hæreſes, ſupra, Cod. CXXI.

CCIII. Beati THEODORETI Commentarius in Danielem, in qvo Hippolytum ſubinde ſequitur, cæterum longe illi eſt, Photio judice præferendus. Exſtat Græce & Latine tomo ſecundo operum Theodoreti, ut dixi ſupra, Volum. VII. p. 434.

CCIV. EJUSDEM ἐξήγησις εἰς τὴν ὀκτάτευχον, *expoſitio in Octateuchum*, opus potius inſcribendum εἰς τὰ ἄτοπα τῆς θείας γραφῆς κατ' ἐκλογήν, *in loca difficilia* non modo Octateuchi, hoc eſt librorum Moſis Joſuæ, Judicum & Ruth, ſed etiam librorum Samuelis, Regum & Paralipomenon. Itaqve apud Photium legendum: ἐπιγραφὴν δ' ἔλαχε σύμβολον τῷ ἔργῳ, *inſcriptionem habet operi ipſi parum congruentem*, per ἔλαχε συμβαίνουσαν. Exſtat & hoc præclarum Theodoreti opus Græce & Latine, tomo ejus operum primo, ut dixi Volum. VII. p. 432. Lepidus eſt Gvilelmus Eyſengreinius qvi in Catalogo teſtium veritatis p. 198. fingit. B. Theodoretum monachum ſacræ paginæ doctorem qvi A. 1543. ſcripſerit volumen de qvæſtionibus Scripturæ divinæ ambiguis.

CCV. EJUSDEM Commentarius *in duodecim Prophetas*, itidem Græce & Latine editus Tomo Operum ſecundo, cum verſione *Petri Gyllii*, Albienſis.

CCVI. PROCOPII Sophiſtæ ἐξηγητικαὶ σχολαὶ, Commentarii expoſitionum εἰς τὴν ὀκτάτευχον τῶν παλαιῶν γραμμάτων, *in octateuchum ſcriptorum Veteris Teſt.* nec non *in qvatuor Regum & in duos Paralipomenon libros.* In his tum alios complures, tum Theodoretum maxime conſuluit & in compendium miſit Procopius, de cujus præclaris lucubrationibus non repetam qvæ dixi Volum. VI. p. 259. tantum rogabo Lipſienſes meos, ut Commentarios in Pentateuchum ante multos annos accurate deſcriptos è Græco Codice Auguſtano, & accuratiore verſione qvam eſtedita Conradi Clauſeri donatos, notisqve illuſtratos à deſideratiſſimo noſtro D. Godfrido Olearío, diutius nobis ne invideant, illisqve addant commentarios in libros Regum & Paralipomenon, editos pridem lingva utraqve à Joanne Meurſio, nec non ineditas adhuc in Canticum Canticorum ſcholas, ex eodem Auguſtano codice ad editionem ab laudato Olearío τῷ μακαρίτῃ paratas.

CCVII. EJUSDEM commentarius inſignis *in Eſaiam*, editus Græce & Latine à Joanne Curterio, Pariſ. 1580. fol.

CCVIII.

CCVIII. *Eulogii* ArchiEp. Alexandrini *contra Novatianos libri VI.* pridem deperditi, de qvibus jam dictum Cod. CLXXXII.

CCIX. DIONIS CHRYSOSTOMI *dissertationes selectæ*, qvæ omnes exstant, licet alio qvo Photius eas legit ordine, de qvibus dictum lib. IV. cap. 10. Federicus Morellus Græcolatinæ Dionis editioni Paris. 1604. fol. hoc Photii caput cum versione sua præfixit. Interpretationem Dionis Latinam odornavit Thomas Naogeorgus.

CCX. CÆSARII *κεφάλαια ἐκλεκτικὰ, capita ecclesiastici & theologici argumenti CCXX.* ex qvibus editæ sunt Græce & Latine ab Elia Ehingero qvæstiones sive capita LXXVIII. sed à Frontone Ducæo cum Jo. Leunclavii versione, capita CXCV. qvas duas editiones si qvis velit inter se conferre, en tibi hanc tabellam:

E. 1. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53.
L. 1-34. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115.
E. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71.
L. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133.
E. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78.
L. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140.

Desiderantur itaqve in Ehingeriana editione capita Leunclavianæ à 35. ad 96. & ab 141. ad 195. Dialogus primus definit in capite centesimo, secundus in centesimo decimo qvarto, tertius in centesimo duodeoctogesimo, & quartus in centesimo nonagesimo qvinto. In Codice Cæsareo inscribuntur *Πύσεις προσχθεῖσαι ὑπὸ Κωνσταντίνου, Θεοχαρίστου, Ἀνδρέου, Γρηγορίου, Δόμνου, Ἰσιδώρου, Λεοντίου, ἐπὶ σοφίστου Καισαρίου τῷ ἀδελφῷ & ἁγίῳ Γρηγορίῳ, ἐπιστάντος Ναζιανζοῦ, ὅπερ ἐκρατήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει διδάσκων ἐπὶ ἔτη εἴκοσι.* * *Quæstiones à Constantino, Theocharisto, Andrea, Gregorio, Domno, Isidoro & Leontio privatim ac familiariter propositæ Cæsario fratri S. Gregorii Episcopi Nazianzi, cum per viginti annos docens CPoli commoraretur.* At verba Photii postrema de hoc opere, *οἷς ἐρωτήσεις δὲ καὶ ἀποκρίσεις μεθ' ὑποβολῆς* (ita videtur legendum pro *ὑποῤῥολῆς*) *προσώπων τὸ & λόγου σχῆμα ποιοῦνται, εἶναι δέ φασι Γρηγορίου, ὃ τὸ θεολόγου ἐπώνυμον τὸν συγγραφέα ἀδελφὸν ὀλεσκεῖ.* Hæc post Ehingerum Rivetus, Labbeus & alii ita intellexere, ac si Gregorius Naz. verus auctor sit hujus libri, fratremqve suum inclarescere cupiens, sub illius nomine eum emiserit. Sed rectius Schottus, cui Lambecius IV. p. 36. assentitur, sensus enim illorum verborum non alius est, qvam compositum esse per interrogationes & respon-

* pro ς' Lambecius IV. p. 47. legit ϛ', hoc est sex, pro viginti.

responsiones, more dialogorum, suppositis personis colloquentibus, Gregorii ut ajunt, cujus cognomen Theologus scriptorem ipsius fratrem prodit. Plura de hoc Cæsario Nazianzeni fratre Tillemontius Tomo IX. memor. Superesse adhuc quæstiones CCXX. (quot in suo Codice Photius reperit) in nonnullis Bibliothecis MStas, notavi Volum. VII. hujus Bibl. p. 542.

CCXI. *Dionysii* Ægei *Dictyaca*, de quibus pridem deperditis jam dictum ad Cod. CLXXXV.

CCXII. *Æneside mi* (Photio ὁ Κνωσίθημος ὁ ἐξ Ἀγρῶν quod de Dionysio verum, qui apud Photium præcesserat, non de Æneside mo qui Laërtio Κνώσιος ex Cnosso Cretæ, IX. 116.) Πυῤῥωνίων λόγων ἡ, *Pyrrhoniarum* sive scepticarum *dissertationum* ad Lucium Neronem (al. Tuberonem) libri VIII. laudati etiam Laërtio IX. 116. quos hodie desideramus. Ex his liber primus videtur fuisse qui ab Aristocle apud Eusebium XIV. 18. præparat. Evangel. & apud Laërtium IX. 78. vocatur ὑποτύπωσις εἰς τὰ Πυῤῥώνεια, sane in libro illo primo Photius diserte testatur Æneside mum universam Scepticorum doctrinam tradidisse ὡς ἦπερ ἡ κεφαλαιώδης. Docuit hic Alexandriæ Augusti tempore: itaque Aristocles ait eum χθὲς ἢ πρώην *nuper* Pyrrhoniam Philosophiam ἀναζωπυρῆσαι & instaurare conatum esse. De illo dixi lib. 3. cap. 33. p. 818. & ad Sextum Empiricum, qui plura ex Æneside mo in sua scripta transtulit.

CCXII. *Agatharchidis* sive *Agatharchi* Cnidii, Grammatici & Rhetoris, qui Heraclidæ Lembi anagnostes & amanuensis atque Cinnæi alumnus fuit, (atqueadeo Ptolemæi Philometoris tempore & longe deinceps * vixit) ἱστορικόν, *opus Historicum* pridem deperditum, in cujus libro quinto memorari vidit Photius quæ hodie itidem omnia desideramus scripta illius alia 1) Τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἱστορούμενα, *de rebus Asiæ, libros IX.* 2) Τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην, *de rebus Europæ, libros XLIX.* 3) Τὰ περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, *de mari rubro libros V.* Præter hæc ait Photius laudata ab aliis Agatharchidæ

 scripta,

* Vide H. Dodwelli diss. de ætate scripti de mari rubro, quæ præfixa est Tomo primo Geographorum minorum celeberrimi Hudsoni. Peripateticus dicitur Straboni lib. XIV. Ἀγαθαρχίδης ὁ ἐκ περιπάτου, συγγραφεύς. Attice scripsisse notat Photius infra Cod. 250. ὅτι κέχρηται ὁ συγγραφεὺς, ἀττικίζων καίτοι ἐν τῇ τῶν καμάρας λέξει, *scriptor, licet attica dictionis observans, tamen* καμάρας *vocabulo* (minus attico) *utitur*, ita enim vertendus ille locus, non, ut Schottus, *Camara tamen* (urbis in Creta) *dialecto utitur*. Confer Ez. Spanhemium diss. IV. de usu numism. p. 309. edit. Amst.

ſcripta, ſed quæ ipſe nunquam viderit, 4) *Librorum de mari rubro epitomen libro* I. 5) περὶ τρωγλοδυτῶν, *de Troglodytis, libros V.* 6) Ἐπιτομὴ Ἀντιμάχου λυδῆς, epitomen Poëmatis *Antimachi*, cui titulus. *Lyde.* ** 7) Ἐπιτομὴ τῶν συγγεγραφότων περὶ συναγωγῆς θαυμασίων, *Epitomen eorum qui de mirabilibus ſcripſerunt.* Confer Jonſium lib. 2. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. cap. 12. ubi refellit eos qui apud Photium legunt περὶ συναγωγῆς θαυμασίων ἀνίρων, vel θαυμασίων ἀνίρων. 8) περὶ ἀνέμων, *de ventis.* 9) ἐκλογὰς ἱστοριῶν, *electa hiſtorica.* & 10) περὶ προσφιλοῦς ὁμιλίας, *de amicæ conſuetudine.* Ex libro II. & V. de mari rubro, nec non ex mirabilium epitome excerpta dat Photius infra Cod. CCL. De Agatharchide ipſo non repetam quæ dixi lib. 3. cap. 8.

CCXIV. *Hieroclis* (Alexandrini Philoſophi) περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν πρὸς τὴν θείαν ἡγεμονίαν συντάξεως, *de providentia & fato arbitriique noſtri cum divina gubernatione congruentia*, ad Olympiodorum, libri VII. in quibus ſententias Platonis, Ariſtotelis, Alexandri Aphrodiſei, Plotini, Origenis, Porphyrii, Jamblichi, & magiſtrorum ſuorum Plutarchi Athenienſis & Ammonii (Hermeæ) Alexandrini expoſuit & Platonis dogma cum Ariſtotelis placitis conatus eſt conciliare. Ex hoc opere deperdito excerpta leguntur infra, Cod. CCLI. De Hierocle præter ea quæ de illius egregiis in aurea carmina commentariis dixi lib. 2. c. 12. §. 7. conſuli poſſunt D. Godfridi Olearii Ἐ προλεγόμενα prolegomena ad Euſebii librum quem alteri ac vetuſtiori Hierocli oppoſuit. Olympiodorum ad quem Hierocles junior ſcripſit, illum intelligo cujus commentaria in varios Platonis libros ſuperſunt adhuc inedita, de quibus ſupra p. 354. ſeq.

CCXV. *Joannis Philoponi* liber κατὰ τῆς ἁγιωτάτης ἰαμβλίχου, ὃν ἐπέγραψε περὶ ἀγαλμάτων, contra *Jamblichi* Philoſophi ſcriptum, quo *idola* ſive *imagines* Deorum, numine *plenas* voluit evincere. Idem ante Jamblichum in libro περὶ ἀγαλμάτων probandum in ſe ſuſceperat Porphyrius cujus veſtigiis illum inſtitiſſe non dubitat Holſtenius in vita Porphyrii cap. 9. Hodie univerſa iſta & Porphyrii & Jamblichi & Philoponi ſcripta deſideramus.

CCXVI.

** *Antimachi* poëtæ Colophonii antiquiſſimi qui ante Platonem fuit, poëma elegiacum conſolationem de obitu *Lydes* uxoris ſuæ complexum memorat Plutarchus conſolat. ad Apollon. p. 106. Athenæus XIII. cap. VII. & Svidas in Ὀργάνης. De aliis Antimachi ſcriptis Lud. Kuſterus ad Svidam in Ἀντίμαχος.

CCXVI. CCXVII. CCXVIII. CCXIX. ORIBASII Medici 1) *libri quatuor πραγματείας ἰατρικῆς, commentariorum Medicorum* ex *Galeni* scriptis contracti jussu *Juliani* Imp. *ἐξ τῆς εὐσεβείας αὐτοκράτ.*, eiqve dedicati. Horum mentionem facit Oribasius in præfat. ad *ἑβδομηκοντάβιβλον*, sed ipsi qvidem interciderunt, certe editi non sunt. 2) *ἑβδομηκοντάβιβλος, Συνόψεως* (non ex Galeno modo sed ex aliis etiam Medicis) *libri LXX.* eiusdem Juliani jussu, cum priorem lucubrationem probassset, compositi. Ex hoc opere qvod libris LXXII. constitisse traditus apud Svidam in Ὀρειβάσιος* exstant *libri primores XV.* nec non *XXIV. & XXV.* Latine tantum editi hactenus, ex versione *Jo. Baptistæ Rasarii* Medici, Novariensis, una cum præfatione Oribasii ad Julianum Imp. 3) *Synopsis* prioris operis *ἑβδομηκοντάβιβλος*, ad filium *Eustathium* scripta post Juliani Imp. mortem & *libris IX.* contracta. Hæc qvoqve edita exstat sed itidem Latine tantum ex jam laudati *Rasarii* versione. Memorat etiam Svidas in Ὀρειβάς. In Græco codice MS. apud Lambecium Vl. p. 102. titulus est: *σύνοψις καὶ ἐκλογαὶ ὑγιειναὶ προφυλακτικαί τε καὶ σύνθετοι, ἔτι δὲ σημειωτικὴ καὶ θεραπευτικὴ καὶ ἀνατομικὴ ἀπὸ διαφόρων ἀρχαίων.* Incipit: *Κελεύσαντός ἐξ Ἰουλιανοῦ ποτε ἐξ θειοτάτου αὐτοκράτορος συναγαγεῖν ἅπα τῶν ἀρίστων ἰατρῶν τὰ ὅσα χρήσιμα καὶ ἀναγκαῖα πρὸς τὴν κτῆσιν τῆς ὑγείας, προθύμως συνήγαγον ἐν ἑβδομήκοντα βίβλοις.* 4) *εὐπορίστων, de medicamentis facile parabilibus* & facili atqve expedita morbos vel vulnera curandi ratione ad *Eunapium*, qvem *λογιώτατον* sive eruditissimum celebrat, *libri IV.* Pro Eunapio qvosdam codices habuisse *Eugenium* Photius testatur, sed Eunapii nomen prætulere etiam codices qvibus usus interpres uterqve Latinus. Nam hi qvoqve qvatuor libri exstant Latine ex *Anonymi* versione vulgata à Jo. Sichardo cum Cœlii Aureliani tardarum passionum libris, Basil. 1529. fol. (non in 8. ut in Merklini Lindenio renovato excusum:) & ex interpretatione nova laudati *Rasarii*, edita una cum cæteris Oribasii

* Svidas videtur LXXII. libros numerare pro LXX. qvoniam una cum illis computavit libellos duos Oribasii chirurgicos *de laqueis* ex Heracla, & *de machinamentis* ex Heliodoro, qvos habemus Latine versos à Vido Vidio Florentino, atqve cum hujus Chirurgia, editos Paris. 1544. fol. & deinde una cum aliis Oribasii scriptis recusos. Idem Svidas ait Oribasium scripsisse libros qvatuor *πρὸς τοὺς ἀπορουντας τῶν ἰατρῶν, ad medicos dubitantes*, nec non *περὶ βασιλείας de regno*, & *περὶ παθῶν de Affectibus*. Sed hi omnes interciderunt. Qvod autem Sardianum vocat Svidas, qvem Eunapius Pergamenum, in eo qvis non malit Eunapio assentiri? Denique *Scholia in Aphorismos Hippocratis* qvæ exstant Latine sub Oribasii nomine vulgata à Jo. Gvinterio Andernaco Basil. 1535. 8. & recusa Paris. ac Venet. 1553. & Patav. 1558. 8. alium habere auctorem viris doctis videntur.

basii scriptis Basil. 1557. 8. & inter Medicos principes Henrici Stephani, Paris. 1567. fol. Oribasii operum vetus interpretatio Latina multum diversa ab edita tum ratione ordinis librorum, tum rerum tractatarum MSta fuit in Bibl. Renati Moreau, monente Labbeo Bibl. novæ MSS. p. 214. Testatur Oribasius se in his libris succincte complexum qvæ apud Galenum Dioscoridem, Apollonium, Rufumqve Ephesium & alios reperisset, & qvorum ipse periculum fecisset. In Oribasii amici sui laudem multa *Eunapius* in *Sophistarum* vitis, qvi inter alia p. 140. testatur illum non parum contuliſſe ut Julianus, à qvo *Medicus* adscitus fuerat, in Imperatoris dignitatem eveheretur, idqve fusius innuit *Eunapius* se exposuisse in suis Annalibus, qvos hodie desideramus. Libro I. Anthologiæ hoc in Oribasii imaginem legitur Epigramma:

Δίν Οριβάσιν τὸν, ἀθάνατον διὰ τέχνην
Πολλάκις δειμαίνουσα μίτους ἀνεβάλλετο μοίρη.
Divi Oribasii, qvem divinam propter artem.
Sæpius reverita vitas hominum remisit Parca.

Ex Oribasii scriptis iterum Epitome Imp. Constantini *Porphyrogeniti* jussu composita est a qvodam *Theophane*, qvæ Græce *MS.* exstat aliqvoties in Bibl. Cæsarea. Vide Lambecium VI. p. 114. 116. 157.

Index scriptorum ex qvibus Oribasius libros ex ἰατρομνημονείῳ superstites composuit.

Agathinus lib. X. cap. 7.
Antylli primus liber de præsidiis extrinsecus incidentibus. IX. 3. 4. 9. 11. 13. 22. 23. 24. X. 2. 3. 12. 13. 19-36. Secundus de præsidiis evacuantibus. VII. 9. 10. 11. 12. 14. 16. 18. 21. VIII. 5. 10. 13-17. tertius de auxiliis liber IV. 11. V. 28. 29. qvartus liber VI. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 21. 22. 23. 24. 26-36.
Apollonius Medicus. VII. 19.
Archigenes VIII. 1. 2. 23. 46.
Athenæus Medicus l. 2. 9. 11. V. 5. liber nonus & vigesimus IX. 5. liber primus IX. 12.
Chius. XXIV. 31.
Ctesius de elleboro. VIII. 8.
Dievchidas. IV. 5. 6. 7. VIII. 42.
Diocles. IV. 3. V. 4. 26. VIII. 22. 41. XXIV. 31.

Dioſco-

Dioſcorides V. 13. 25. libri XI. XII. XIII. integri ex Dioſcoride excerpti.
Epicurus VI. 37.
Galenus I. 1. 12. 41. II. 59. 62. 64. III. 1. IV. 1. V. 1. 6. 8. 10. 14. 15. 16. 18. VI. 4. 11. 37. VII. 1. 13. 15. 22. VIII. 18. 11. 19. 20. 44. IX. 1. 6. 10. 21. X. 1. 6. 41. XIV. 1. ſeq. 46. 51. 53. 57. 59. 63. 66. XV. totus ex Galeno de medicamentor. facultat. XXIV. 1. XXIV. 8. ex libro Galeni περὶ φωνῆς qvi intercidit. XXV. 2. ſeq. ex libro de oſſibus. Galeni ad Potamonianum de vomitibus. VIII. 21.
Goras I. 40.
Herodotus Medicus. V. 27. 30. liber de auxiliis VI. 20. 25. de præſidiis evacuantibus VII. 8. 17. VIII. 3. 4. 7. de præſidiis extrinſecus occurrentibus. X. 4. 5. 8. 9. 10. 11. 17. 18. 37. 38. 39. 40.
Hippocrates VI. 38. VII. 23.
Hiſtoriæ rerum admirabilium in aqvis. V. 3.
Juſtus. VIII. 47. bis.
Lyci commentarii. VIII. 25. 43. IX. 25.
Marinus XXV. 58.
Menemachus. VII. 21. X. 14.
Mneſitheus VIII. 8. 38. Athenienſis, de facultatibus alimentorum II. 67.
Mneſitheus Cyzicenus IV. 4.
Philagrius libro de potionibus ſvavibus V. 17. 19. 20. 21. 22. 23.
Philotimi de facultatibus alimentorum. II. 69. IV. 10. V. 32.
Philumenus VIII. 45.
Rufus I. 40. II. 61. IV. 2. V. 9. 11. 12. VI. 38. VII. 26. VIII. 24. 39. 47. ſecundus liber de diæta V. 3. liber duodecimus V. 7. de nominibus partium humani corporis XXV. 1.
Sabinus. IX. 15.
Soranus de pudendo muliebri. XXIV. 31.
Xenocrates de alimento qvod ex aqvatilibus II. 58.
Zopyrus. XIV. 45. 50. 52. 56. 58. 61. 64.

Inter hos ſcriptores Oribaſio lectos penultimo loco apparet *Xenocrates*, inſignis & præclarus ſcriptor* Galeno ſæpius laudatus nec non Aëtio, Clementi Alex. Artemidoro, aliisqve, patria Aphrodiſienſis, clarus tempore Tiberii Imp. cujus lucubrationem de alimento ex aqvatilibus Græce vix tertiam partem olim editam à Geſnero, cum ante aliqvot annos ab illuſtri Paulo Vindingio τῷ μακαρίτῃ nactus ſim integram, juvat illam hoc loco tecum, Lector benevole, communicare.

* de eo dictum ſupra lib. 3. c. 3. p. 68. ſeq.

XENOCRATIS de alimento, quod ex aquatilibus existit, judicium,

JO. BAPTISTA RASARIO interprete.

I.

NAturium natura cibus existit, qui in conviviis splendidis in deliciis est habitus, & magnum quoque ad salubrem victus rationem usum præstitit. Differunt vero pisces ex ipsa compage: siquidem alii duræ, alii mollis carnis sunt. Ac duræ quidem sunt carnis phagri, synodontes, buglossi, & lati, quales sunt phesæ, * & rhombi: mollem vero carnem habent turdi, merulæ, fucæ, & ejusmodi qui facilè digeruntur. Inter hos medii sunt asselli, bacchi, umbellæ.

II. Præterea quidam saxatiles, quidam pelagii sunt. Ac magis alunt, qui prope littora, quam qui aquæ ductuum meatibus mali succi, & ori ingrati feruntur. Jam maria quoque in hac re differunt: sunt namque mediocres pisces qui in Adriatico, sed qui in Tyrrheno degunt, svavissimi.

III. Quinetiam verno tempore quam plurimi, quod ova pariant, sunt præstantiores, ut mulli: æstate vero phagri, & synodontes. autumno vero hepatus, qui cum annum excedit, † mali succi est, mugiles & lupi, delicatiores sunt.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΟΥΣ περὶ τῆς ἀπὸ ἐνύδρων τροφῆς

I.

Πετρίται μὲν ἡ τηχαλαίων φύσις σιτίων ἄθυρμα ταῖς ἐντραπέζοις ἀπολαύσεσι, μέγα δ' ὠφελῶ· κἂν ταῖς καθ' ὑγείαν διαίταις. Ἐξαλλάσσονται δὲ καὶ συγκρίσεις ἰχθύες, ἐπεὶ οἱ μέν εἰσι σκληρόσαρκοι, οἱ δὲ ἀπαλόσαρκοι. Σκληρόσαρκοι μὲν φάγροι, συνόδοντες, βύγλωσσοι, καὶ οἱ πλατεῖς οἷς φῆσαι ῥόμβοι. Ἀπαλόσαρκοι δὲ, κίχλαι, κόσσυφοι, φοινικίδες καὶ ὅμοιοι εὐδιαφόρητοι καθεψῶντες. μέσοι δὲ ἐνίσχοι, βάκχοι σκιαίδες.

II. Ἔτι οἱ μὲν πετραῖοι, οἱ δὲ πελαγῖοι, τροφιμώτεροι δὲ οἱ παρ' αἰγιαλῶν ὄχθας, ἢ ὑδραγώγων ἐκροαῖς κακόχυλοι καὶ ἀτερπεῖς. Καὶ τὰ πελαγῖα δὲ διαφέρει. Μίτριοι μὲν γὰρ οἱ κατὰ τὸν Ἀδρίαν. οἱ δὲ κατὰ τὸ τυρρηνικὸν ἡδύτατοι.

III. Καὶ ἔτι ἔαρ· μὲν οἱ πλεῖστοι διὰ τὸ ὠοτοκεῖν ἀμείνους, οἷς τρίγλαι, θέρος δὲ φάγροι τε καὶ συνόδοντες, φθινοπώρου ἥπατος παραπλησίου κακόχυμου ὄν. Κεστρεῖδαι ** καὶ λάβρακες τρυφερώτεροι.

IV.

* Gesner. *pesetta*, passeres. Sed ὡς φῆσαι, velut ista dicam.

† παχυχύτης, *improbandus*. ** κεστρεῖς δὲ Ed. Wotconus libro VIII. de differentiis animal. Paris. 1552. fol.

IV. Ex ætate vero parvi & novi facile corrumpuntur. Cetacei vero difficulter in ſuccum commutantur, duri ſunt, ac ſtomacho noxii. Qui vero medium locum tenent, ii medio quoque modo ad diſtributionem ſunt affecti.

V. In partibus quoque differunt: nam in partibus quæ ad caudam ſunt, cum motu exercerentur, bonum alimentum efferunt, ac delicati ſunt: In iis vero quæ ad ventrem pertinent, cum pingves ſunt tum fluitant, tum vero ad excretiones rite ſunt affecti, in dorſo vero dura caro eſt. at capita omnino propter ſalſum humorem, & pingvedinem non nutriunt, & difficulter diſtribuntur. At facile admodum excernuntur maraugiæ & paguri, ſed maxime omnium mulli.

VI. Ex apparatu, aſſi magis nutriunt. ſed difficilius tranſeunt: elixi vero, parum nutriunt, ſed facillime dejiciuntur: itemque marini ori ſvaves, apti ſtomacho, facillimi ad diſtribuendum, flaccidas ac molles carnes faciunt. nam & coloratos faciunt & ſangvinem creant, alvumque ſubducunt. At fluviatiles & qui in ſtagnis degunt, ſtomacho noxii ſunt, craſſam materiam faciunt, difficulter excernuntur. & nonnulli non ſunt marinæ materiæ experies, ut coracinus qui in Nilo naſcitur, & perca in Rheno: & in Tyberi lupus, qui eſt ſubſi-

VI. Παρὰ δὲ ἡλικίας οἱ μὲν βραχεῖς καὶ νέοι ἐυφθαρτοι, οἱ δὲ κητώδεις δύσχυμοι καὶ σκληροὶ καὶ κακοστόμαχοι. οἱ δὲ μέσοι πῶς ἐυδιάπεπτοι.

V. Παρὰ δὲ τὰ μέρη διαλλάττουσιν ἐπὶ τοῖς ἐραίοις κινούμενα γεγυμνασμένοι ἔυτροφοι τρυφεροὶ, κατά τε τὴν νηδὺν ἄτε λιπώδεις ἐπιπολαστικοὶ καὶ πρὸς ἀπόρρισιν ἔυθετοι, τῇ δὲ τὰ νῶτα σκληρόσαρκοι. κεφαλαὶ δὲ πάντως διὰ τὸ ἁλμυρὸν καὶ λιπώδες ἄπεπτοι καὶ δυσδιάπεπτοι. πάνυ δὲ ἐυέκκριτοι μαυραυγίαι * τε καὶ παγροὶ καὶ μάλιστα τριγλῶν.

VI. Παρὰ δὲ σκευασίας ὀπτοὶ μὲν τροφιμώτεροι, δυσδιαχώρητοι δὲ, ἑφθοὶ ὀλιγότροφοι ῥᾶστα διαχωρεῖντες. καὶ θαλάσσιοι μὲν ἔυστομοι, ἐυκαρδιοι, πρὸς ἀναδόσεις ῥᾶστοι, πλαδαρᾶς καὶ μαλθακῆς σαρκὸς ποιητικοί. ποιοῦσι γὰρ ἐυχρόους, αἱματῶδη γαλαν, ** λαπαχτικοὶ γαστρός. ποτάμιοι δὲ καὶ λιμναῖοι, κακοστόμαχοι. παχυμερῆ ὕλης δραστικοὶ, δυσδιάκριτοι, ὡς τινες ἐκ ἀποδίδυσι τὸ θαλαττίας ὕλης καθάπερ ὁ νειλῶος κορακῖνος καὶ ὁ ἐν ῥήνῳ πέρκη καὶ ὁ ἐν τίβεριδι λάβραξ

* in margine MS. σμυρίδες. ** Gelner. γάνιμοι, scil. ἰσχὰ.

gnatus. Itemque Annienis, palusque in Phalernis, ejusdem naturæ pisces gignunt. nam pabulum quod illic eis suppetit, & boni succi est, & valde accommodatum. Ex omnibus vero piscibus anteponendi sunt ii, qui virus non habent, & præpingues sunt, ac boni succi & moderati.

ὁ͂ς ἐστιν ἐποικιγμέν͂ον †, καὶ ὁ ἀννίων λίμνη ἐστὶ κατὰ Φαλερνοὺς ὁμοφυὴς ἰχθύ͂ς. εὐχυλον γὰρ καὶ εὐπρόσφορον ἡ ἐκεῖ δίαιτα. πάντων δὲ προκριτέον ἰχθύων τοὺς τε ἀβρόμυς καὶ περιπιμέλεις. εὐχύλους τε καὶ συμμέτρους.

VII. Cæterum ex piscibus alii cartilaginei, alii molles, alii testa operti: quorum exponendæ sunt qualitates. Apua minimus est, gregarius, & in olla paratur. Alopeces, Hippuri, Thrissæ, Lerusque ex mari in flumen confugientia difficulter in succum mutantur, stomacho non conveniunt, difficulter concoquuntur, & exiguum alimentum præbent. Acharnes vero duræ est naturæ, ægre corrumpitur, nec est stomacho accommodatus, nec probum succum gignit. Velonæ, quæ roſtri cornei sunt, ineptæ stomacho, malique succi sunt, non nutriunt, facile corrumpuntur. Boeæ, Julides, Trachuri, qui Sauri ab aliquibus nominantur, & channi, & cæteri omnes qui sartagini conveniunt, ori quidem comedendo apti sunt, sed tamen stomacho non sunt idonei, & facile corrumpuntur, fluitant, ventremque non alunt.

VII. Τῶν δὲ ἰχθύων, ἃ μὲν ἐστι τηγαλαία. ἃ δὲ σελάχη. τὰ δὲ μαλάκια. τὰ δὲ ὀστράκια, ὧν αἱ φυσιότητες. ἄφυαβραχύτατόν ἐστι, συναγελαστικὸν, λοπάσι σκευαζόμενον. ἀλώπεκες, ἵππουροι, θρίσσαι, λίρος * ἐκ θαλάσσης φεύγουσαι εἰς ποταμόν. δύσχυλα καὶ δυσέμακα, δύσπεπτα, ὀλιγότροφα. ἀχάρνης σκληροφυὴς δύσφθαρτος δι' δυσέμαχον, δι' δυχυλον. βελῶναι, ῥάμφος κερατῶδες, οὐκ εὐσέμαχοι, κακόχυλοι ἀτροφοι. βόαες, ἰουλίδες. τραχοῦροι πρὸς †† ἐνίων σαυροὶ καλούμενοι. χάπαι ** καὶ πᾶν τὸ τηγάνῳ ἁρμόζον δυσέμαχον, εὔφθαρτον, ἀπεπλαστικὸν, κοιλίας ἄτροφον.

VIII. Erythrinus ori gratus alvum sistit, duræ compagis est, ad nutriendum valet: & ad res

VIII. Ἐρυθρῖνος, εὔστομος, στατικὸς κοιλίας, σκληροπαγὴς, ἰσχόμενος. ἐντελὴς πρὸς συνουσίας. οἱ τὴς αὐλοῦ ἐν

† varius, pictus. * in MS. margine σύλλυρος. †† id. παρ' ** id. χάπαν.

venereas excitandas, si qvis eum vino suffocatum bibat, aptus est. Thranis, aut Xiphias cetaceus est piscis, & in frusta secatur: ori autem ingratus est, scaber, difficilis ad conficiendum, valenter nutriens, grave olens: quamobrem & cum sinapi commeditur, & in olla paratur: ejusqve præstantior pars est imus venter. Thynnus, & Thynnis, colias, horcynus, pelamis, scombrusqve non apti stomacho sunt, mali succi sunt, flatum gignunt, scabri, difficiles ad excernendum, nutriunt: qvorum valentissime nutrit pelamis: colias vero & ori ingratus est, & nullius succi: at thynnis ei subjicitur. Thynnus vero difficulter concoquitur.

IX. Siones, brachycephali, pectines, chelidones, uranoscopi, galei, canes, & qvæ sunt generis ejusdem, mali succi, & gravis odoris sunt, segnem materiam trahunt & gignunt. Apti autem mensæ sunt sargi, melanuri, canthari, suntqve stomacho idonei, boni succi, ac facile distribuntur. Præterea vero alunt, & apti sunt ad excernendum. Salpæ aunt pelagiæ acris sunt saporis: ori gratæ, difficulter corrumpuntur, difficulter separantur, alunt, facile excernuntur: at qvæ in littoribus capiuntur, dufæ sunt carnis & mali succi, & ori insvaves. Bugloſſi vero, & passeres duram carnem habent,

ἐν ὄινῳ πιέζας πίοι. θρανὴς ἢ ξιφίας κητώδης ἐστὶ ἰσμαχίζεσθαι, ἄτομος δ' ἐστὶ, ψαφαρὸς, δυσκατέργαστος, πολύτροφος, ἐμμιδής. διὸ μετὰ σινήπεως ἐσθίεται καὶ λοπᾶσι, κρεῖττον δὲ τὸ ὑπογάστριον. θύννος καὶ θύννις, κολίας. ὀρκύνος, πηλαμὶς, σκόμβρος. οὐκ εὐστόμαχοι, κακόχυλοι. φυσώδεις, ψαφαροὶ. δυσεπίκριτοι, τρόφιμοι, ὧν τρυφερωτέρα * ἡ πηλαμίς. ἄτομος δὲ καὶ ἄχυλος ὁ κολίας. ἡ δὲ θύννις ὑποτέτακται, δύσπεπτος δὲ ὁ θύννος.

* Rasarius legit τροφιμωτέρα.

IX. Σιωνες βραχυκέφαλοι, κτένες, χελιδῶνες, οὐρανοσκόποι, γαλεοὶ, κύνες, καὶ οἱ ὁμοιοι κακόχυλοι. βρομώδεις ἀργῆς ὄλκιμοι ὅλης γόνιμοι. εὐτρέπιζοι δὲ, σαργοὶ, μελάνουροι. κάνθαροι. εὐστόμαχοι, εὐχυλοι, εὐδιάπεπτοι, τροφώδεις δὲ καὶ πρὸς ἓξ ἐκκρίσεις εὖ ἔχουσι. σάλπαι αἱ πελαγίαι, δριμεῖαι, ἔυστομοι, δύσφθαρτοι. εὐχυλοι. δυσδιαχώρητοι, τροφώδεις, εὐέκκριτοι. αἱ δ' ἀπὸ αἰγιαλῶν, σκληρόσαρκοι καὶ κακόχυλοι, ἄστομοι, βύγλωσσοι. * ψῆτται, σκληρόσαρκοι. δύσφθαρτοι. εὐχυλοι. εὐέκκριτοι. γλαυκὶς μιξαλαβρα-

* Gesner. ψῆτται.

ac difficiliter corrumpuntur: boni tamen ſucci ſunt, & facile excernuntur. Glaucus, cum lupo (eſt enim in omnibus ei ſimilis) minus.

X. Præſtat autem ſparo ellops, ſtomachoqve eſt idoneus, ſuccum dulcem gignit, alit, facileqve excernitur. Hepatus: hemaxias mediocriter alit, delicatus, ſolutus ori gratus, difficulter vero concoqvitur, & alit, & facilis excretionis eſt. Mugil vero pelagius optimus, ori gratus, acer, lupo non cedens. Præterea hic quoque præterqvam qvod tener eſt, facile ſubducitur: in limpidis qvidem ac puris fluminibus natans marinam duritiem dulcis temperiei beneficio remittit: qvi vero in turbidis, & ſtagnis, in qvibus aqva ſtat, gravioris odoris eſt, difficillime diſtribuitur, cumque ex ſimo pingvis fit redditur, admodum inertem carnem habet: Cum vero in magnitudinem excrevit, indureſcit. nonnulli vero mugilem, plotem vocant.

XI. Citharus & rhombus lati ſunt: rhombusqve ſolidus eſt difficiliter corrumpitur, qvi qvidem ſi magnus ſit, qvoniam difficiliter conficitur, ſatis alit: & per unum diem aſſervatus coqvi debet. at citharus mali ſucci eſt, & ſtomacho non idoneus: ægre corrumpitur, facile excernitur. Cichelæ, Cottyphi, phycides, teneræ ſunt carnis, boni ſucci, facile digeruntur:

λαίβραξ, (ἐστι δὲ πάντα αὐτῷ) ἧττον.

X. Προσφέρει * δὲ σπάρος ἔλλωψ, εὐστόμαχος, γλυκύχυλος, ἡδύφθορος. εὐέκκριτος, ἥκιστος ἢ μαζίας ἡδυφθορὸς μίσων. ἔυθρεπτος, λειλυμβῶδης. ἔυστομος, δύσπεπτος δὲ καὶ ἡδύφθορος, καὶ εὐέκκριτος. κεφαλὺς πελάγιος ἄριστος, ἔυστομος, ὀξιμυῖς οὐκ ἀπολείπων λάβραξ, εὐλιχώρητος καὶ ἧττον πρὸς τὸ ἡδυφθορὸν ποταμοῖς διαυγέσι καὶ καθαροῖς πηξάμενος, ἀναχαλᾷ τὴν θαλαττίων σκληρότητα, ἀπὸ τῆς ἐν γλυκεῖ ἐπικράσεως. ὁ δ' ἐν θολεραῖς καὶ στάσιμον ἐχούσαις ὕδωρ λίμναις, βορμωδέστερος, δυσδιάπεπτος, πρὸς δ' ἕλκος πιαινόμενος, παχὺν ἀεργὸν ἔχων τὸν σάρκα. μεγεθύμενος δὲ σκληρύνεται. καλοῦσι δὲ τινες καὶ πλοῦτα τοὺς κεφαλούς.

XI. κίθαρος, καὶ ῥόμβος, πλατεῖς εἰσιν. ὁ ῥόμβος στερεός, δύσφθαρτος, χρὴ δὲ τὸν μὲν μέγαν προσωλίσαντας ἡμέραν ἑψεῖν δυσκατέργαστον ὄντα καὶ ἐνεφρον. ὁ δὲ κίθαρος, κακόχυλος, καὶ οὐκ εὐστόμαχος, δύσφθαρτος, εὐέκκριτος. κίχλαι, κόττυφοι, φωκίδες, ἁπαλόσαρκοι εὐχυλαι,

* προσφέρει, ut infra c. 38.

non nutriunt, ad alui dejectionem accommodari.

XII. Coraxus duræ carnis est: & cum major est, atqve auctior, gravis odoris, difficilis distributionis, ori aptus: alienus tamen à malæ materiei sobole: estqve ceteris similibus svavior. Lupus vero variatur: nam qvanto major est, tanto durior efficitur. bimestris est optimus, stomacho idoneus, boni succi, tener.

XIII. Ursa dulcem succum facit, nutrit, facile distribuitur, & facile excernitur, atqve ita qvidem de pelagia censendum est. At qvæ in piscinis degit, omnia habet contraria, qvemadmodum in aliis qvoqve piscibus usu venit. Ori nanqve insvaves sunt ii qvi concluſi vivunt. Qvæ vero in fluminibus degit, eo qvod ex mari frigidam aqvam subit, ori grata, teneraqve est: qvæ vero in portus † transit, limosa, & coanguſtata, & pingvis reddita ori ingrata est.

XIV. Asellus non acris saporis est, boni succi, difficilis distributionis, facile subducitur, alit. Scorpenæ duræ carnis propter succos sunt, & ob eam causam apparatu indigent: & cum ad excretiones aptæ sint, ori qvoqve sunt gratæ. Umbellæ ori svaves, boni succi, facilis distributionis; non admodum nutriunt, facile excernuntur. Scarus ori gratus, difficulter digeritur: facχυλαι, ευλαφόεντες, ἄτροφοι, πρὸς λεπτύνεσθαι ἐπιτήδειοι.

XII. Κόραξ σκληρόσαρκος καὶ μᾶλλον αὐξόμενος, βαρυώδης, δυσδιάπεπτος, ἰσχνὸς ἀποδίδωσι. φύλλῳ γενόμενος ὕλης, ὡς ὀρείων ἐστὶ κάλλιστος. λαίβραξ ἐξαλλάσσεται ὅσον αὔξεται, σκληρότερος γενόμενος ἄριστος, ὁ μηνῶν δ' ὢν εὐστόμαχος, εὔχυλος, τροφερός.

XIII. Ἄρκτος, * γλυκύχυλος, λεπτόφυτος, εὐδιάπεπτος, εὐδιάκριτος. ἐπὶ δὲ τῶν τοιούτων ἐστὶ πελαγία. ὁ δ' ἐν δεξαμεναῖς ἐναντίος ἰχθύσι, οἷς καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἰχθύων συμβαίνει, ἄτροποι γὰρ οἱ σύγκλειστοι. ὁ δὲ πολίμιος καὶ ἐν ψυχροῖς ὕδασιν ὑποδύνων ἐκ θαλάττης, ἰσχνός, λεπτόφυτος. ὁ δ' εἰς λίμνην μεθιστάμενος ἰλιώδης καὶ στυγνάζων, πιαίνεται, ἄτροπος.

* Wottonus urſæ non meminit, & omnia iſta refert ad lupum, non male, cum cruſtaceis infra peculiaris fit locus.

XIV. Σίνισκος δὲ ὁ δρομεύς; ἰσχνός, δυσδιάπεπτος, εὐλαφόεντος, λεπτόφυτος. σκόρπαινα σκληρόσαρκα λεπτύνεται, διὰ χαίρειν σπυρούς, ἰσχνὰ πρὸς ἐκκρίσεις. σκιαδεῖς ἰσχνοί, εὔχυλοι, εὐδιάπεπτοι, οὐ λίαν λεπτόφυτοι, εὐέκκριτοι. (σκάρος ἰσχνός, δυσδιάπεπτος, ἰσχνόφυτος, εὐέκκριτος. *) ὁ δὲ ἀγκύλωτος καὶ μὴ ζωτρόπους

† *lacus.* * parentheſi inclusa deſunt in MS.

cile corrumpitur, & dejicitur, qvi vero nuper captus est, neqve vivariis fuit inclusus, multa habet interiora, & ori gratus est, & fluitans, facile corrumpitur.

XV. Synodon: habet ille qvidem carnem duram, sed tamen non est alimenti expers †: boni vero est succi, ac facile distribuitur, & mediocriter nutrit, & facile excernitur. Mullus obsoniorum præstantissimus est, & stomacho idoneus, & boni succi, & ori gratus, caro plana, difficilis ad corrumpendum, & mediocris ad excernendum. Differt autem pelagius à saxatili, qvod rufus sit, cinnabariqve atqve auro similem aspectum habeat: itemqve barbam fert: his autem inferiores sunt ii, qvi in littoribus vivunt. Phagrus duræ carnis est, difficulter corrumpitur, non facile secernitur. Aurata candidæ carnis est, solida, condensa, boni succi, facilis distributionis, alitqve & non difficulter excernitur. Congrus nec ori gratus, nec mali succi est, modice aptus ad concoqvendum, & alendum, & ad excernendum vitio vacans.

XVI. Urticæ, qvæ etiam acalephæ dicuntur, gratæ ori, & stomacho non mediocriter ineptæ: sed assatæ elixis sunt accommodatiores. Aluum cient, urinamqve magis movent, qvæ post purgationem exortæ juxta calculos, lotæ, & per-

ζωτρίοις ἐγκεπλεισμένος, πολλοῖς ἐγκάτοις, ἔυστομος, ἐπιπολαστικὸς, ἔυφθαρτος.

XV. Συνόδους, σκληρόσαρκος μὲν ὐκ ἀτρύφερος δὲ, ἔυχυλος, ἐυδιάκριτος, ἰροφώδης μέσως, καὶ ἐυέγκριτος. * Τρίγλαι ἐπιφανέστη ὄψων, ἐυστόμαχος, ἔυχυλος, ἔυστομος, πλαπώδης σάρξ, δύσφθαρτος, μετρίως πρὸς ἔγκρίσεις, ἀλφίδες δὲ ἡ πελάγιος τ̀ πετραίας, ἀλώπυρος ὔσα κιννα θάρει καὶ χρυσώπη, πωγωνοφόρος δ' ἐστὶ. λείπονται δὲ ἦθων αἱ θαλασσιάλιοι. Φάγρος σκληρόσαρκος, δύσφθαρτος ὐκ ἐυέγκριτος, χρυσόφρυς, λευκόσαρκος, σεριὸς, εὔχριτος, ἔυχυλος, ἐυδιάκριτος, ἰροφιμος, καὶ δυσέγκριτος, γόγγρος, ὐκ ἔυστομος, ἀδὲ κακόχυμος, μετρίως δ' ἔυπεπτος, ἰροφώδης, πρὸς ἐγκρίσεις δὲ ἄμεμπτος.

Περὶ κνίδης.

XVI. Κνίδαι ἢ ἀναλῆφαι, ἔυστομοι, καυστόμαχοι δὲ μετρίως, ὀπταὶ δὲ τῶν ἑφθῶν ἐπιτηδειότεραι, λυτικαὶ χολίδος, ἀρτιτικώτεραι δὲ αἱ μετὰ τὴν κάθαρσιν αἱ φύσασαι πρὸς ταῖς ψήφοις, πλησθεῖσαι, καὶ συσπα-

φεῖσαι

† *non prorsus non tener.*

* Quæ sequuntur, in Gesneri editione desiderantur.

exiguo ſali mixtæ, atqve ita parum aſperſæ ſunt, ut mediocriter mandi poſſint, & aſſatione concretæ aut verubus aut ſurculis ſuper carbonibus maluæ, aut ſarmentorum, ut valenter ſolvant. Cum paſſo autem, aut vino mulſo guſtum excitantes facile coquuntur, facileqve excernuntur: qvæ vero ex paſſo & oleo elixantur cum alio etiam condimento, id qvidem ſeruant ut lubricæ ſint, atqve attrahant: ſed & explent, & difficulter concuquuntur, & alvum magis relaxant.

De teſtâ opertis.

XVII. Glandes optimæ ſunt, qvæ æſtate capiuntur, aptæ, eis ut veſcamur: quæ qvidem exoriuntur, ubi aqva dulcis mari admiſcetur. nam & alunt, & dulces ſunt: plenunqve autem in petris educantur. Svaviſſimæ enim ſunt qvæ alunt, friabilesqve ſunt, multumqve ſucci faciunt ad aluum molliendam accommodatæ, & ſtomacho idoneæ, qui gratæ, teneræ & urinam cient. Succus earum ſimplex confici non poteſt; at ius decoctarum ad excretionem valet. qvæ vero in petris vitam non degunt, acres ſunt, & medicamenti facultatem præ ſe ferunt, & plus ventrem citant, qvam urinas movent.

XVIII. Glycymerides præſtantiores ſunt trachibus, inferiores autem peloridibus; hæ namqve ſtomachum diſgregant. earum caro dura eſt illa qvidem, ſed non expers

Φῦσαι πάνυ ὀλίγοις ἀλσὶ, παθεῖσαί τε ὅπως ὀλίγον, μετρίως εἶναι σιτηραὶ, τῇ δὲ ὀπτήσει παγεῖσαι, δι' ὀβελῶν ἢ καρφῶν ἐπὶ ἀνθράκων. μαλάχης ἢ κληματίνων, ὡς ἐναργῶς ἄρασθαι. μὴ γλυκίοι δὲ ἢ ἐνομάλιτος ποιναποιῆσαι χεῦσιν, εὔπεπτοι καὶ εὐδιάκριτοι. αἱ δ' ἐν γλυκεῖ καὶ ἐλαίῳ ἑψόμεναι μὴ τὴν ἄλλης ἀρτύσεως τὸ μὲν ὀλιθηρὸν καὶ ὀλισθηρὸν φυλάττουσι, πλήσμιοι δὲ ὄσαι καὶ δυσπεπτοι, τὴν κοιλίαν ἀναχαλῶσι μᾶλλον.

Περὶ ὀστρακίων.

XVII. Βαλάνων ἄριστοι αἱ θερείας λαμβανόμενοι, ἐπιτήδειοι πρὸς βρῶσιν, αἳ γίνονται ὅταν ἐπιμίγνηται γλυκὺ ὕδωρ, τρόφιμοι δ' εἰσὶ καὶ γλυκεῖς, πλέον δ' εἰσὶν ἐντερόφιλοι μᾶλλον πέτρας, ἥδισται δὲ αἱ τραφεῖσαι εὐλείαιτοι, πολύχυλοι, πρὸς κοιλίας μάλαξιν ἐπιτήδειοι, στομάχῳ προσηνεῖς, ὑστομοι, ἀπαλαὶ, κινητικαὶ ὕρων. Τὸν χυλὸν αὐτῶν ἁπλῶν ἀμεταποίητον. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῶν ἐστὶ διαχωρητικόν. αἱ δὲ μὴ ἐν πέτραις δρεπτεῖαι καὶ φαρμακώδεις, δριμεῖαν κοιλίας πλέον, ἐλάττων δὲ τῶν ὕρων.

XVIII. Γλυκυμαρίδες προφέρουσι τῶν τραχείων, μειονεκτοῦσι δὲ πελωρίδων. σῖτοι δὲ διακριτικὴ στομάχῳ. σκληρὰν δ' ἐστὶ αὐτῶν τὸ σαρκῶδες, ἃ μὴ πάν-

alimenti: & urinam magis, qvam pelorides cient: assatæ autem, mea qvidem sententia, indurescunt: elixatæ vero & conditæ ori sunt gratæ. Ex genere peloridum sunt hiatulæ. diversæ autem sunt atqve variæ, & longæ, ut Dicæarchiæ in Lucrino lacu: & Alexandriæ in portu. sunt enim dulces: & boni succi: qvæ vero sub *Pharo*, & Diolco, & *Ponto*, & insula, oblongæ sunt, & asperæ, glandibus qvercinis similes. & æqve ac phagi echinum producentes. albæ autem sunt duræ, atqve acres.

XIX. Pectines optimi sunt, qvi ad justam magnitudinem pervenerunt, cavi, colore nigriore: præstant autem vere ac æstate, siqvidem eo tempore ad lunæ incrementum maxime augentur. Omnibus autem antecellunt Mitylenei magnitudine, natura, humoris bonitate. His similes Jonium mare juxta Illyrida, Hetruriam, Salonas, & Latium producit. Jam vero & Chios, & vicinæ insulæ, itemque Alexandria hujusmodi pisces ferunt. Pontus vero multos fert, sed minutos, & qvi ægre augeantur, dulces sunt, ac facilius qvam ostrea concoqvuntur. Ex aceto sumpti ad excretionem accommodantur, & cum ex posca concoqvuntur, dulcitudinis participes sunt, qvam assando deponunt.

Φορ, ἑπτικώτεραι δ' εἰσὶν μᾶλλον τῶν πελωρίδων, ὀπταὶ δὲ καὶ ἑφθαὶ σκληροποιοῦνται, ἐψηθεῖσαι δὲ καὶ ἐρτυθεῖσαι, εὐστομοί εἰσι. γίγνονται δὲ καὶ γένη πελωρίδων τε καὶ χηνῶν. Διαφέρει δὲ ποικίλαι καὶ τραχύτητι, ὡς ἐν δικαιαρχίᾳ ἐν τῷ λιμένι λείκῃ, καὶ αἱ ἐν τῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λιμένι, γλυκεῖαι γὰρ καὶ εὐχυλοι· αἱ δ' ὑπὲρ Φάρου καὶ τὸν διόλκον τὸν τῆς γέφυρας καὶ τὴν ὑπόνον, ἐπιπικεῖς, ἰσχυρῶς, βαλάνοις εἰλικοῖς ὁμοίαις ἐμφερεῖς φύσιν τὸν ἐχίνου φερόμεναι, λευκαὶ δ' εἰσὶ καὶ σκληραὶ καὶ δριμεῖαι.

XIX. Κτένες κράτιστοι οἱ ἐσωμεγέθεις, κοῖλοι, τὴν χρόαν μελάντεροι. ἀκμάζουσι δ' ἦρος καὶ θέρους, ὅτε καὶ αὔξονται, μάλιστα πρὸς σελήνην. Διαφέρουσι δ' οἱ ἐν μιτυλίνῃ πάντων μεγέθει, φύσει, εὐχυλίᾳ. φέρει δ' ὁμοίους τούτοις ὁ ἰόνιος κόλπος κατ' Ἰλλυρίδα, καὶ σαλώνας, καὶ λάτιον, φέρει δὲ καὶ χῖος καὶ συχναὶ τῶν νήσων καὶ ἀλεξάνδρεια. ὁ δὲ πόντος, φέρει μὲν πολλούς, βραχεῖς δὲ καὶ δυσαυξεῖς, γλυκεῖς δ' οὐκ ἐσωμεγεθέστερους τῶν ἑτέρων, διαχωνευτικοὶ δ' εἰσὶ μετ' ὄξους καὶ ἐπὶ διὰ τὸ πεπῆς γλυκύτητος μᾶλλον, ἢ εὐπεφθότητος εὐχυλότεροι.

XX.

XX. Pari quoqve modo contriti aluum solvunt. idqve sive recentes, sive vetusti fuerint. parum autem urinam cient, qvi buxei coloris sunt, sicut ostrea, non facile corrumpuntur. Elixi assatis ad alvum subducendam aptiores sunt: qviqve magis assati sunt, minus succi habent, & difficulter excernuntur. Existimandum qveqve est, eos qvi in suis testis assantur, minus hujusce incommodi habere & facilius alere, & minus eos perturbare: valentiores autem assati sunt, qviqve expurgati plane pureqve fuerint, ii grati ori sunt, & facile concoquuntur, & testaceis anteferendi sunt illi, qui sale conditi sunt nec admodum perturbant. nativam autem dulcedinem in muria conservant, & urinam movent: ac candidi qvidem & lati, sunt dulciores. Atqve albi sunt duri: rufi vero sunt virosi, & urinam cient: varii autem medii sunt, & eorum aliqvi facis sunt similes, qvi per se dati, difficulter concoquuntur, & tamen urinam movent. Assumpti vero pectines remedio sunt iis, qvorum vesica ulceribus sordidis, & crustam habentibus vexatur: siquidem ea expurgant.

XXI. Buccinæ sunt duriores purpurâ, & magnitudine ac loco differunt: triplicesqve vires habent testæ, colli, & excrementi in testa contenti. Nam scabra substantia pie-

XX. Ὁμοίως δὲ καὶ λύουσι, λύουσι κοιλίαν, καὶ ἂν παλαιαὶ ὦσιν αἱ πηραὶ, ὀλίγον δ' εἰσὶ κινητικαὶ τῶν ὄρων, οὐκ εὐφθαρτοι οἱ πυξίζοντες, καθάπερ γὰρ ὄστρεα, κρείττω δὲ οἱ ἑφθοὶ τῶν ὀπτῶν πρὸς τὸ ὑπακτικὸν τῆς γαστρὸς. οἱ δ' ὀπτώμενοι ἀχυμότεροι, δυσέκκριτοι δέ. ὑπολητιον δ' ἐλάττιστ ἔχουσι τὸ ἄτοπον τούτοις ἐν τοῖς ἑαυτῶν ὀστρακίοις ὀπτομένοις εὐτροφωτέρους καὶ γαστρικωτέρους ἥττω. εὐστομώτεροι δὲ ὀπτοὶ. καταφθέντες ἀκμαῖοι εὔστομοι, εὐκριτοι, περικριτέοι τῶν ὀστρακίων, καὶ οἱ γαστρεχυμένοι δὲ κοιλίαν ἢ γαστέσουσι, πηοῦσι δὲ τὴν φυσικὴν γλυκύτητα ἐν ἅλμῃ μένοντες, ὑγρικοὶ δ' εἰσὶν, εἰσὶ δὲ οἱ λευκοὶ καὶ πλατεῖς γλυκύτεροι, σκληροὶ δὲ εἰ λευκοὶ, οἱ δὲ πυρροὶ βραματώδεις καὶ ὑγρικοί, οἱ δὲ ποικίλοι μέσοι, καὶ ποσὰ δὲ αὐτῶν ἐμφέρει φυσίοις. ἰδίᾳ δὲ δοθέντα, ἐσθιόμενα μὲν, ὄρων δὲ κινητικὰ, ἐσθιόμενοι δὲ οἱ πτύες, ἐναρκτοῦσι τοῖς ἰσχιάδι καὶ ἐξαρθρώσεσι μᾶλλον ἔχουσιν ἕλκη ἀποκαθαίρουσες.

XXI. Κήρυκες, σκληρότεροι μὲν εἰσι πορφύρας, οὐδὲ μεγέθη δὲ καὶ τόπῳ διαφέρουσι, ἰσχὺν δ' ἔχουσι δυσαίρετον, ἥ τε ὀστρακου καὶ ἰκμὰς

καὶ

cis aluum fiſtit, ac præcipue ſi aſſetur, contra magis facit elixa. Collum earum aluum ſolvit, difficulterqve concoqvitur: idcirco ex ſinapi, vel aceto, aut liqvore, aut pipere corrigere ipſum debent, qvi eodem veſcuntur. Aqva deniqve qvæ ex eis emanat, calefacta ventrem ſubducit: cum eo vero excremento quod teſta continetur, coacta, magis gilua fit, & piſcis qualitatem præfert: ſi vero totæ decoqvantur, majorem fiſtendi vim habebunt: & ſitim offerent: qvidam vero eas elixantes lævigant, & æqve ac urticas condiunt, fiuntqve ori gratæ. Luna exoriente plenæ, & æſtate graciles.

XXII. Purpuræ majores duriores ſunt: & earum coria mediocriter corrumpuntur: colla difficulter conficiuntur, ægre ſecedunt ægreqve corrumpuntur. Aptæ ſtomacho, pauci humoris ſunt, vix mandendo diſſolutæ. fundum vero aut earum excrementum, facile conficitur, facile ſecedit, majorem piſcis facultatem affert. urinam ciet, ſudorem movet, ſputum creat. Si qvis eo largius veſcatur, bilem, nauſeamqve facit, & atri humoris copiam gignit: partes autem ad caudam pertinentes, aut extremitates earum, qvæ ejusdem ſunt generis, qvæ turbinatæ ſunt, omnium ſunt aptiſſimæ, earumque uſus elixando & aſſando humorem ex ſe emittit

κὴ μήκωνος. ἡ δὲ χὸ ψαφαρά ἐστιν ἰχυώδης, κατακὴ κοιλίας, κὴ πλέον εἰ ὀπληθείη, ἀνιπρακλικωτέρα δὲ ἡ ἐφθή. οἱ δὲ τράχηλοι αὐτῶν λύουσιν κοιλίαν, διαπτῶσι δ' εἰσὶ. χρὴ δὲ μὲ νάπυος, ἢ ὄξους, ἢ ὀπὸς, ἢ πεπέρεως ἐπανορθοῦσθαι αὐτὰς ἐσθιομένας. τὸ δὲ ἀπ' αὐτῶν ὕδωρ, διαχωρητικὸν κοιλίας θερμὸν γενόμενον, συν δὲ τῇ μήκωνι ἐψόμενον, κίρρότερον κὴ ἰχυῶδες. ἕλκη δὲ καθεψηθέντες, κατικώτεροι κὴ ἀνιψώδεις γίγνονται. ἕνιοι δὲ ἐψήσαντες αὐτὰς, λειαίνουσιν ἐμφερῶς ἀκαλύφοις ἀρτύνες, γίγνονται εὔστομοι, ἀνατολικῆς δὲ σελήνης πλήρεις, λεπτοὶ δὲ θέρους εἰσὶν.

XXII. Πορφύραι δὲ αἱ μείζους σκληρότεραι, κὴ τοῖς ἑαυτῶν δέρμασι μετρίαν διαφορὰν ἔχουσαι. τραχήλοι μὲν γὰρ δυσκατέργαστοι, δυσδιαχώρητοί τε κὴ δύσφθαρτοι, εὐστόμαχοι, ὀλιγόχυμοι, μόλις διαλυόμενοι τῇ μασήσει, οἱ δὲ πυθμένες ἢ μήκωνες μαλακοὶ, ἰχθυωδέστεροι, διουρητικοὶ ἐρωτικοὶ, σιαλωτικοί. πλασμάσαντες δὲ, χολερώδεις, ναυτιώδεις, μελάνων ἀπολαυστικοί. τὰ δὲ κολόβια ἢ κορύφια τῶν ὁμογενῶν ὁπόσα στρομβοειδῆ πάχη ἐστὶν ἐπιτηδειολάτη ἡ προσφορὰ αὐτῶν, ἀκμῶν τε κὴ σικυάτων, ἐψήσει κὴ ἐκθλίψει. χυμὸν αἱμήσιν εὔστομον, εὐστόμαχον,

ori gratum, ventriculo idoneum, aluum ſubducentem dulcium urinarum mortem, parum tamen carnis facit, ad cochlearum proportionem. ſed & ori ſvavem odorem conciliat. Ad vini potum incommodæ: elixatæ nutriunt: aſſatæ vero duræ ſunt: earum excrementum, quod teſta continetur, ſiſtit more buccinarum.

XXIII. Cochleæ duræ ſunt, difficulter conficiuntur. harum ſpecies ſunt hæ, teres, qvæ tubæ modo ſufflat: rotunda, qvæ oleum effundit. harum qvæ nimis magnæ ſunt, ineptæ ad comedendum cenſentur, qvia viroſæ ſunt, duræqve ac bilim creant, & multa eis caro ineſt, cetaceæqve ſunt. Brevium uſus nonnullis placet cum aceto mulſo, aut cum foliis viridibus rutæ, cum oxypipere: qvæ vero qvinqve digitorum ſunt, & imam partem acutam habent, qvæqve helices, aut actinophori nominantur, minus qvidem carnis, qvam ceteræ cochleæ habent, ſed tamen explent & ſuperfluunt: at præmadefactæ, & aſſatæ, atqve ex aceto ſumptæ, accomodatiores ſunt. Ac cochleæ omnes incoctæ ventrem perturbant: marinæ vero vertices habent dulciores: ſuntqve teneræ, boni ſucci, difficulter corrumpuntur, leves comparatione terreſtrium: valentiores enim & molliores ad excretionem cenſentur, ſvaviorisqve odoris, &

μαχοι, κοιλιας ἐπαγωγὸν, γλυκὺν, κινητικὸν ὕπνου. μικρόσαρκοι ἀνάλογον κοχλίαις, ἀπεργάζεται δὲ καὶ φύματος εὐωδίαν, πρὸς οἰνοποσίαν δὲ ἄθετα ζεσθέντα τρόφιμα, ὄστρεα δὲ σκληρὰ, ὁ δὲ μίκων αὐτῶν στατικώτερα, ῥόπτου κηρύκων.

XXIII. Κοχλίαι σκληροὶ, δυσκατέργαστοι, τὰ δὲ τούτων εἴδη, τὸ μὲν ἐπίμηκες, ὅτῳ καὶ σάλπιγγα δίκην ἐμφυσῶσι, τὸ δὲ στρογγύλον ᾧ τὸ ἔλαιον ἀναχέουσι. Τούτων δ' ἡ μὲν ὑπερμεγέθης ἄβρωτοι διὰ τὸ βρομώδες καὶ σκληρὸν καὶ χολερικὸν, πολυσαρκόντα καὶ κητώδες, τῶν δὲ βραχέων ἑνίας προσφορὰ πάθει μετ' ὀξυμέλιτος ἢ χλωρῶν τηγάνῳ τε μετ' ὀξυπιπέρου. οἱ δὲ πανταδάκτυλοι ὀξυπύθμενοί τε τῶν ἄλλων κλιμάκωσι. ἕλικες δὲ ἀκτινοφόροι σαρκώτεροι μέν εἰσι τῶν τὰς ἄλλας κοχλίας, πλήσμιοι δὲ καὶ ἐπιπολαστικοὶ, περιεχόμενοι δὲ ἐπτοὶ καὶ ὄζει πρὸς βρῶσιν ἐπιτηδειότεροι, ἑπταπέξας κοιλίαν ἀνυπόθετοι κοχλίαι, πάντες θαλάττιοι τὰς τραχήλους γλυκυτέρους ἔχουσιν, εἰσὶ δὲ ψαφαροὶ, ἔυχυλοι, δύσφθαρτοι, κοῖλοι τὰς χεραίας, ἰσχυρότεροι δὲ καὶ μαλακώτεροι πρὸς ἔκκρισιν, εὐωδέστεροι,

ima earum pars ſtomacho idonea. Cochleæ porro ægræ concoqvuntur: cum aceto vero & ſucco aperiunt: ut qvi eis veſcuntur pingveſcant: ac cum eruca etiam comeduntur.

XXIV. Lepades minutæ ſunt: in qvibusdam vero locis ſunt magnæ, ut ab oſtreis non abſimiles videantur: maxime in India, ſicut cætera omnia naſcuntur. cæterum duræ, & pauci ſucci, difficulter conficiuntur, & excernuntur. Coctæ autem & condiſæ ſunt gratæ ori.

XXV. Murices ſalſi, viroſi: eis ſuccurritur liqvore cyrenaico, ruta & aceto: ventrem turbant, urinam cient, ori non grati, concoctu difficiles, obſtruunt craſſo ſangvine, pituitam gignunt, & magis adeo recentes, idcirco parandi ſunt cum acribus, ut ſinapi, erucaqve: aſſi difficulter ſecedunt, magnam ſitim invehunt, gravant. elixati, contriti, & conditi, minus viroſi ſunt. ſed eadem qvæ turbinati faciunt. Mures rotundiores qvidem ſunt muricibus, ſed minores & hirſuti: teſtamqve tenuem ferunt. caro magis tenera eſt, & dulcior: ſucci magis varii, minus etiam nutriunt, os mordicant, faucium deglutionem convellunt, vocem condenſant, aut abſcindunt: qvi large eis veſcuntur, tuſſes ſiccas, & raucitates eis excitant: arenoſi vero boni non ſunt, vel qui in fictilibus figulorum, vel in pe-

ἐυστόμαχοι, καὶ τὰς πυθμένας. σκληρὰ δύσπεπτοι, καὶ διαφθαρῆναι ἔξω καὶ ἐπὶ ποιῆ ἅμα ἐσθιόμενοι ὀπτὰ δὲ εὐζώμου.

XXIV. Λεπάδες βραχεῖαι εἰσὶν, ἔν τισι μείζους ὡς ὀστρέων δοκεῖν μὴ διαλλάττειν, μέγισται δὲ ἐν ἰνδικῇ ὡς καὶ τἆλλα πάντα, σκληροὶ δ' ἄλλως καὶ ὀλιγόχυμοι, δυσκατέργαστοι δὲ καὶ δυσέκκριτοι, ἔφθαὶ δὲ συναρτιόμεναι, εὐστομοι.

XXV. Μύακες, ἁλμυροὶ δριμώδεις, βοηθοῦνται δὲ ὀπῷ κυρηναϊκῷ, πηγάνῳ τε καὶ ὄξει, ταραχτικοὶ δὲ κοιλίας καὶ διουρητικοὶ, οὐκ εὐστομοι, δύσπεπτοι, ἐμφραντικοὶ παχέος αἵματος, φλέγματος δὲ γόιμοι, καὶ μᾶλλον οἱ πρόσφατοι, διὸ κατεργασίαν εὐτρεῖς τοῖς δριμέσι ταῦτα ἐυζώμου. ὀπτοὶ δυσδιαχώρητοι, πολυδίψιοι, βαρεῖς. οἱ δὲ ἐψηθέντες καὶ ἁλισθέντες καὶ ἀρτισθέντες, ἧττον τὰς βραμώδεις ταῖς ἴσαις ποιοῦσι τοῖς γραμμώδεσι. μῦς καὶ στρογγυλώτεραι μέν εἰσι μυῶν *, μικρότεραι δὲ καὶ δασεῖαι. τὰς σάρκας τε ἁπαλωτέρας καὶ γλυκυτέρας, ὄσφρησίν τε λεπτὰ φέρουσαι, τοῖς χυμοῖς διαφερώτεραι, οἱ αὐτοὶ ἀτροφώτεροι, δηκτικοὶ στόματος καὶ φάρυγγος, ἀναδάκνοντες τὴν κατάποσιν, καὶ τὴν φωνὴν δασύνοντες ἢ ἀποκόπτοντες τῶν πολλῶν φαγόντων, ξηρᾶστε καυστικὰ βηχὸς καὶ βραχῆς. οὐκ ἀγαθοὶ δὲ οἱ ἀμμώδεις ἢ ὀστράκοισι κεραμέων, τοῖς τε

* μυάκων.

tris, vel in alga naſcuntur: ſunt enim acres.

XXVI. Oſtrea vero pelagia, rara, & inutilia ſunt, qvia ea ſol non aſpicit, & exiguæ magnitudinis fiunt, amaraqve ſunt, nec eſculenta, qvia ventrem mordicant. gaudent dulci temperamento immixta, qvod carnes dulces auget: idcirco ad Nili oſtia præcipue in Ægypto, & in Epheſo ad Caiſtri ingreſſum incluſa, ut ſemina ponunt, & ita creſcunt. Vere itaqve craſſeſcunt expleta albo humore & lacteo. Præterea Brunduſii, Tarracone, Narbone, Dicæarchiæ, in Lucrino lacu, Chelidonia, Leucade, Actio, & Libyco ſinu idem fit. Pelorides vero, aut Melænides optimæ ſunt, qvæ ſimiles ſunt oſtreis in ſtagnis & limoſis paludibus, ubi aqva dulcis immiſcetur: Quæ vero in fundo degunt, cum raræ ſunt, tum etiam inſvaviores. His accommodatæ utêre ex jure conditis ad alui ſubductionem: adjuvant concoctionem, mediocriter ſecedunt.

XXVII. Pinnæ locorum cauſæ aptæ ſunt, teneræqve bene alunt: ex lutulentis locis captæ, & in qvibus aqva dulcis & tranqvilla miſcetur, qvia ab undis non offenduntur, teneræ permanent. Pinnophylaces qvi ſunt ejusdem alimenti participes, titillantes, ac pinnas admonentes, pinnæ conſulunt, atqve auxiliantur. ac potius in lapidoſis & pinnoſis

τε ἀπὸ τῶν πετρῶν ἢ ῥηνίων, ἀριμεῖς γὰρ εἶδε.

XXVI. Ὄστρια γὰρ πελάγια σπάνια καὶ ἀχρεῖα διὰ τὸ μὴ θεωρεῖσθαι ὑπὸ ἡλίου. γίνεται δὲ καὶ μικρομεγέθη, πικρὰ δ' εἰσὶ καὶ οὐκ εὐώδιμα, διὰ τὸ δηκτικὸν τῆς κοιλίας. χαίρει γὰρ ἐπικιρνάμενον γλυκέσι κράσει. γλυκυχύλως προσαύξων σάρκας, διὸ καλλίστας καὶ τὰς ἐκβολὰς ἔχ Νείλῳ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Ἐφέσῳ καὶ τὴν εἰσβολὴν ἔχ Καϋστρου εἰς καταβόλας γιθέντες ὡς σπέρματα καὶ αὔξεται. ἔαρι δὲ ἐμπίπλανται παχυνόμενα λευκῷ χυμῷ γαλακτώδει. πάλιν Βρεντήσιον, Ταραντινα, Ναρβῶνα, Δικαιαρχίαν Λοκρίνῳ λάκκῳ, Χελιδονίας Λευκάδα, Ἄκτιον * πελωρίδες ἢ μελαίνιδες καλλισται αἱ ἐμφερεῖς ὀστρείοις ἐν τέλμασι ἰλύι τε βορβορώδεσι ὅπου μίγνυται ὕδωρ γλυκύ. αἱ δ' ἐν βυθῷ σπάνιαι καὶ ἀηδέστεραι. ταύταις χρῶ καὶ ἐζωμοποιημέναις πρὸς λύσιν κοιλίας χρησίμως, πεπτικαὶ δ' εἰσὶ διαχωριτικῇ μετρίως.

XXVII. Αἱ δὲ πίνναι τόπων μὲν ἕνεκεν ἐπιτήδειοι αἱ ἀπαλαί, ἔυτροφοι. ἐκ τῶν γεναγωδῶν λαμβανόμεναι. καὶ ὀπτῶν ἐπικιρνάμενον γλυκεῖ ὕδατι καὶ ἀκύμονι τῷ μὴ βλάπτεσθαι πρὸς τῶν κυμάτων ἁπαλαὶ μένουσιν. αἱ γε πινοφύλακες κοινωνοῦντες τῆς τροφῆς ἐν τοῖς λιμναζομένοις ἐναγρεῦσι τῇ πίννῃ

* hoc loco aliqvid in MS. deſideratur quod legit interpres.

nis assvetis locis morantur. magnitudinis autem causa Pinnæ minores sunt magis teneræ quam majores. Verno autem tempore atqve æstivo captæ longe excellunt iis, qvæ alio tempore capiuntur. nam præterquam quod bonam alimoniam dant, dulces etiam sunt, cum tunc oriantur. & magnitudinis ratione, qvæ non magnæ sunt, aliis præstant. mediæ carnem habent mollem, albam, dulcem. Earum dura sunt colla, concoctuqve difficilia, & qvæ ægre dividuntur, & ægre corrumpuntur: sed earum corpus facilius, qvam collum, corrumpitur. Elixantur oleo dulci, melle, similiter & vino: qvæ vero ex aqva elixantur, iis præter naturam conchularum, ex sinapi vescimur. assæ duriores sunt elixis, & præsertim qvæ vino parantur: præstat enim eas ex liqvore, aceto, & sinapi parare. At earum qvæ in vino & aceto maduerunt, magis tenera est caro; sed flatum ciet.

πίννη ϗ μᾶλλον ὑπὸ τοῖς πετρώδεσι ϗ πινώδεσιν ὑπισχνᾶσι. μεγέθους δ' ἕνεκα αἱ μικραὶ τῶν μειζόνων ἀπαλώτεραι. ὥρας δὲ ἐαρινῆς ϗ θέρει ληφθεῖσαι τῶν κ᾽ τὰς ἄλλας ὥρᾳ μέγα διαφέρουσι. πρὸς γὰρ τῇ εὐτροφίᾳ ϗ γλυκεῖαι εἰσὶ, τοσοῦτον δὲ γίνονται. μεγέθους δ' ἕνεκεν, αἱ μὲν μεγάλαι κρείττους. αἱ δὲ μέσαι, μαλακὴν λευκὴν γλυκεῖαν ἔχουσι σάρκα. τραχήλοι μὲν δ' αὐτῶν, σκληροὶ. δύσπεπτοι. δυσδιαίρετοι. δυσφθαρτοι. τό, τε σῶμα τῶν τραχήλων εὐφθαρτώτερον ἔχουσιν. ἑψῶντες δὲ, γλυκυλαίῳ μέλιτι ϗ οἴνῳ ὁμοίως. Καὶ τῶν ἐξ ὑδατος αὐτεσμένων μὴ νάπυος ἔξω τῶν κογχυλιωδῶν φύσεως ἡ χρῆσις. ὀπταὶ δὲ σκληρότεραι τῶν ἑφθῶν, κᾷ μᾶλλον αἱ τῷ οἴνῳ ἐρραμέναι, ἄμεινον δὲ ὀπτᾶν κᾷ ὄξυς ἢ νάπυος, τῶν δὲ ἐν οἴνῳ κᾷ ὄξει βραχεισῶν ἀπαλωτέρα ἡ σὰρξ φυσώδης δέ.

XXVIII. Scombri vero duri sunt, conficiuntur ægre, ac magis etiam ii, qvi auriculis majores sunt. cum sinapi vero & liqvore in aceto lævigati accommodati sunt. Solenes, aut auli, aut donaces, mares ac fœminæ sunt, qvæ ungves nominantur, differunt autem: nam fœminæ mundæ sunt, & urinam cient, humectant. parantur vero apertæ: recentes vero ac magni, qviqve ni-

XXVIII. Σκόμβροι δὲ, σκληροὶ δυσκατέργαστοι, μᾶλλον δὲ τῶν ὠτίων μείζους. μετὰ νάπυος δὲ κᾷ οἴνῳ προσφερομενοι λειοτριβηθέντες ἐν ὄξει. σωλῆνες ἢ αὐλοὶ, ἢ δόνακες ἄῤῥενές εἰσι κᾷ θήλειαι, οἱ καλοῦντες ὄνυχες. διαφοραὶ δ' ἔχουσι, καθαρσίαι γάρ εἰσιν αἱ θήλειαι. οὖρα κινητικὰ. ὑγραίνουσι. σκυβάζονται δὲ ἀνοιγόμενοι. οἱ δὲ

virgis qvasi virgis distincti versicolores sunt, mares sunt: urinamqve turbant. sed omni molestia vacantes redduntur sale & aceto parati. At vitiosi, & excrementorum pleni ex oleo & sale sumpti æqve ac loligines ad potum parantur. Optimi sunt majores & crassiores assati, minimi dulces sunt: ac dulciores qvoqve fœminæ unius coloris. Vere autem vigent, & florent: sale conditi, insvaves sunt.

XXIX. Tethea in limo nascuntur, & littoribus algæ feracibus: inveniunturqve in musco, alga, & fuco: similiaqve fungo sunt plantæ marinæ: præterea vero qvalitatem manui indunt, qvæ difficulter abstergeatur: maxime vero eorum coria non conficiuntur. auxiliantur autem renibus, aut qvibus vitiatus est stomachus: & quos tinesmus exercet: & coxendicis moribus laborantibus & ventri superiori una cum ruta. Secantur etiam, & lavantur, ac liqvore cyrenaico, & ruta, muria, & aceto, vel ex aceto condiuntur, estque operæ prætium ea cum viridi menta conficere: præstantissima vero in Smyrna insula Asiæ nascuntur. Ægyptus vero hæc non fert omnino.

XXX. Tellinæ, sive Xiphydria, aluum subducunt: locis arenosis proveniunt, & portubus undis agitatis. Fluviatiles tellinæ majores sunt, & plus succi habent; qvales Ægyptiæ sunt. Elixatæ sunt dulces,

* MS. πρὸς ποταμόν.

δὲ πρόσφατοι καὶ μεγάλοι, μελανοραίβδωτοι καὶ τὴν ἐτερόχρουν ἄρρενες. ἰαραπλησιοὶ ὄφεων. ἀλυπώτατοι δὲ μὴ ἁλῶν καὶ ὄξυς. μοχθηροὶ δὲ καὶ ἐπιπολασιοὶ μετ' ἐλαίου καὶ ἁλῶν ληφθέντες, ἐμφερᾶς ἰουθίσι πρὸς πότιμον * ὠμοσκευάζονται. κράτιστοι δ' οἱ μείζους καὶ παχύτεροι ὀπτοί. οἱ δὲ ἐλάχιστοι γλυκεῖς. γλυκύτεραι δὲ θήλειαι δὲ εἰσὶ μονόχροιαι. ἀκμάζουσι δὲ θέρους. ταριχηροὶ δὲ ἀηδεῖς.

XXIX. Τηθέα γίνονται ἐν βορβόρῳ καὶ φυκιοφόροις ἀκταῖς. εὑρίσκεται δ' ἐν βρύοις καὶ πράσοις καὶ φυκίοις. ἔοικε φυτῷ θαλαττίῳ μύκητι. δυσέκτριπτον δὲ ταῖς χερσὶν ἀπολείπει ποιότητα. μάλιστα δ' αὐτὰ δερματώδη ἀκατέργαστά ἐστιν, ἐξαρκεῖ δὲ τοῖς νεφροῖς ἢ στόμαχον καπνιζομένοις καὶ τεινεσμώδεσι καὶ ἰσχιαδικοῖς τε καὶ τῆς ἄνω κοιλίας μὴ πηγάνῳ διδομένοις. πλύνεται δὲ καὶ δίδοται, ὀπτῶντι κυρηναϊκῷ καὶ πηγάνῳ. ἅλμη τε καὶ ὄξει σπαρτύεται, ἢ μετ' ὄξους καὶ πρὸ τρίτου σὺν ἡδυσμῷ χλωρῷ. κάλλιστοι δ' οἱ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας. Αἰγύπτῳ δ' ἀδόλως φέρει.

XXX. Τελῖναι ἢ ξιφύδρια, διαχωρητικαὶ κοιλίας. γίνονται δὲ ἐν ἀμμώδεσι χωρίοις, κυμαινομένοις εὐγιαλοῖς. αἱ δὲ ποτάμιαι, μείζους καὶ πολυχυμότεραι, ὡς αἱ ἐν Αἰγύπτῳ. αἱ δὲ ἐψηθεῖσαι

earumqve ius aluum ſoluit: clauſæ vero ſale ſparguntur, & per teſtas humorem trahunt: frigidâ lavantur aqva, & ex oleo & aceto, vel menta, vel ruta comeduntur. Qui aluum ſolvere voluerint, eas ſolubili apparatu cum oleribus condient: qvæ florem ætatis agunt, ſi comedantur, verno tempore ſunt optimæ.

XXXI. Ex chemis aſperas nonnulli glycymaridas appellant: alii conchas vocant, qvæ longiuſculæ ſunt ſed minores, quam qvæ in Ægypto viſuntur, qvæ in ſectione aſperitates habent glandium quercinarum aſperitatibus non diſſimiles: in longitudine vero virgatæ ſunt, & eruptiones à cæteris differentes habent: qvæ vero guſtatui maris odorem repræſentant, durioris ſunt carnis: danturqve imbecillis. Aqva ab eis manans ſtomacho eſt idonea, & ventri in tranſitu: cædem ſale conditæ trahere urinas poſſunt. os itidem juvant comedendo, & præſertim ex ſinapi, aut aceto, & ruta. Leves autem chemæ maxime differunt ab aſperis: habent enim latam teſtam, & pellucidam: ac facile concoqvuntur, boni alimenti, boniqve ſucci, ac dulces ſunt, & non injucundæ ſtomacho. Ex liqvore Cyrenaico, & ſinapi eis elixis & aſſis vescimur: coctarum juſculum ſoluit ventrem.

XXXII. At glycymarides jucundiores ſunt conchis, qvæ lævi te-

σαι γλυκείαι. ὧν ὁ ζωμὸς, λύει κοιλίαν, μεμυκυῖαι δὲ ἀλὶ παίονται, καὶ ἀλφὶ τῶν ὀστράκων ἔλκυσιν ἱκαὶ ἄδα. πλύνονται ψυχρῷ καὶ μετ' ὀξελαίου ἡδυόσμου ἢ καὶ πηγάνου ἐσθίονται. τοῖς δὲ βυλομένοις λύειν κοιλίαν, μὴ λαχάνοις λιπῆ ἀρτύσει σκευάζονται. ἀκμαῖαι δὲ βρωθεῖσαι ἔαρος κάλλισαι.

XXXI. τῶν δὲ χημῶν ταῖς τραχείαις, γλυκυμαρίδας ἔνιοι καλοῦσιν, οἱ δὲ κόχλας. αἱ καὶ μῆκος ἔχουσιν, ἐλάττω δὲ τῶν κατ' αἴγυπτον γινομένων. αἱ καὶ μᾶλλον τὴν τμῆσιν. τραχύτητας ἔχουσαι προσοικούσας τῶν δρυϊνων βαλάνων τραχείας. καὶ μῆκος τ' εἰσὶ ῥαβδωταὶ ἐπαναστάσεις ἀλφόρους τῶν ἄλλων ἔχουσαι. αἱ θαλατίζουσαι δὲ τὴν γεῦσιν σκληρόσαρκοι καθεστῶσαι. δίδονται δὲ τοῖς ἀσθενέσι. τὸ δ' ἀπ' αὐτῶν ὕδωρ ἐπιτήδειον στομάχῳ, κοιλίαις δὲ ὑποβιβασμῷ, καὶ πρὸς ὕρα. οὖται ταριχευθῆσαι ἐφελκύσαι δύνανται στόμα καὶ τὴν βρῶσιν, καὶ μᾶλλον μὴ νάπυος ὁ ὀξυς καὶ πηγάνου. αἱ δὲ λεῖαι χημαὶ, τῷδε μέγα ἀλφέρουσι τῶν τραχέων. οὖται δ' εἰσὶν αἱ πλατὺ ὄστρακον ἔχουσαι καὶ διαυγὲς. εὔπεπτοι. εὐτροφοι. εὐχυμοι. γλυκεῖαι. ὑπ' ἀπηκὲς στομάχῳ, ὀπῇ δὲ καὶ νάπυϊ ἐσθίονται, καὶ λοπάδι καὶ ὀπτοὶ. ἐφθῶν δὲ ὁ ζωμὸς λύει κοιλίαν.

XXXII. αἱ δὲ γλυκυμαρίδες χαριέστεραι τῶν λείων ὀστρακίων κόγχων.

ἥττους

fta ſunt: ſed minus quam pelorides. differunt autem ex locorum ſitu: ut pelorides varietate, ac figura: nam qvæ in portu Alexandriæ inveniuntur, optimæ ſunt: qvæ vero prope Dioclum & Pharum & Pontem teretes ſunt atqve aſperæ: qvæ vero auriculæ nominantur, prope petras naſcuntur, duræqve ſunt, difficulter concoqvuntur, ori inſvaves, & alienæ ſtomacho, & per alvum ſecedentes. cum ruta exhibentur, cum non alia ratione gratæ fiant: magnæ in Illyrica naſcuntur in Jonio ſinu. atque ex Cyrenaico liqvore, & aceto & ruta comeduntur.

De piſcibus cetaceis ſale conditis.

XXXIII. Sale conditi piſces communiter qvidem ſunt ori grati: ſed mali ſucci, & ſtomacho alieni: leniuntqve ac turbant aluum. Ex ſale vero conditis alii duræ carnis ſunt, alii ſuapte natura humidæ compagis ſunt: alii teneri, alii medii inter hos: alii carnoſi, alii ex pingvedine conſtant: alii vetuſti, alii medii, alii recentes, ex qvibus pelagii extenſi ſunt, nuper capti cedentes, medii vero diuturni, mediocres. atqve alii qvidem valde pingves ſunt, & excrementorum pleni: minus illi nutriunt: de cæteris qvi duræ ſunt carnis, ii difficulter vitiantur: qvi magis teneri ſunt, facile corrumpuntur.

XXXIV. Coliæ ſunt ori grati, aluum movent. Iberici cæteris præſtant omnibus. Pelamis exigua na-

ήττας δὲ πελωρίδων. διαλλάττουσι δὲ καὶ τόποις ἴοις. εἶδεσιν ὡς πελωρίδες καὶ χρῶμα ποικιλία καὶ σχηματισμῷ. αἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λιμένι ἀρισται. αἱ δὲ περὶ τὸν Δίοκλειον καὶ Φάρον καὶ γέφυραν, εἰσὶ μίκραι καὶ τραχεῖαι. τὰ δὲ καλούμενα ὠτία γίνονται πρὸς πέτραις. σκληρὰ δ' ἐστὶ, δύσπεπτα. ἄσομα. κακοστόμαχα. διαφορητικά. ἀπὸ τηγάνου δὲ προσφέρονται. ἢ γὰρ ἄλλως ἡδύνονται. γίνονται δὲ μεγάλαι ἐν Ἰλλυρίᾳ καὶ τὸν ἰόνιον κόλπον. ἐφθίονται δὲ ὀπῷ, ὄξει, πηγάνῳ.

Περὶ ἰχθύων ταριχηρῶν πελωδῶν.

XXXIII. Οἱ δὲ ταρίχοι κατὰ μὲν εἰσὶν εὐστομοι. κακόχυλοι δὲ καὶ κακοστόμαχοι. λεπτυντικοὶ καὶ παρακτικοὶ κοιλίας. ταρίχων δὲ οἱ μὲν σκληρόσαρκοι, οἱ δὲ φύσει ὑγροπαγεῖς. καὶ οἱ ἀπαλοὶ οἱ δὲ μέσως. καὶ οἱ μὲν σαρκώδεις, οἱ δ' ἐμπίμελοι. καὶ οἱ μὲν παλαιοὶ. οἱ δὲ μέσοι, οἱ δὲ πρόσφατοι, ὧν οἱ πελάγιοι ἐπιτεταμένοι. οἱ δὲ παλαιᾶς ὑποβεβηκότες. οἱ δὲ μέσοι χρόνιοι σύμμετροι. καὶ οἱ μὲν ὄγκων πίονες, ἐπιπολαστικοὶ, ἧττονες. ἐκεῖνοι θρεπτικώτεροι. τῶν δ' ἄλλων οἱ σκληρόσαρκοι, δύσφθαρτοι. οἱ ἀπαλώτεροι φθείρονται ῥᾳδίως.

XXXIV. Κωλιοὶ, εὐστομοι, κινητικοὶ κοιλίας, κράτιστοι δὲ οἱ ἰβηρικοὶ. πλαμὺς, μικρὰ γίνεται ἐν μεσογαίαις, εὐστομος,

ſcitur in Mæotide, ori grata, facile corrumpitur, facileqve excernitur. Cybium, hoc eſt conciſa pelamis, qvæ poſt qvadraginta dies à Ponto in Mæotim revertitur, ori grata, & boni alimenti: qvod vero Leoræum appellatur, ſvave eſt, boni alimenti, ſitim non invehit. Triton ſectum Cybium ægre vitiatur: ſolidius eſt Cybio, in cæteris par. Orycalus eſt pelamis magna, qvæ in paludem non redit, tritoni ſimilis: ſed qvia difficilius vitiatur, ideo inſignem vetuſtatem fert: tritone friabilior, ſed oris ſvavitate illi cedens. facile vero diſtribuitur, atqve concoqvitur. Sarda, ita vocatur pelamis longa ex Oceano veniens, ori grata eſt, acrimonia Cybio præſtans, appetitum excitans, facile ad excretiones lubricans. Scomber ori gratus, difficilis corruptu, ſitim afferens. Laudatiſſimus eſt Parius.

ἔυστομος, ἐυφθαρτος, ἐυέκκριτος. κυβιοπηλαμὺς μὲν μὴ ἡμέρας ἐπὶ μέτα λίμνην ὑποστρέφουσα, ἔυστομος, ἔυχηλος. τὸ λεώραιον καλούμενον ἡδὺ ἔυτροφον, ἄδηψον. τρίτωμον, κυβίου δύσφθαρτον, στερεώτερον δὲ κυβίου. τὰ ἄλλα δὲ ἐμφερές. ὀρκιαλος, πηλαμὶς ἐστι μεγάλη, ὑποστρέφουσα ὑπὸ τὴν λίμνην ὑγιὴς ὁμοίη δὲ τῷ τὸ δὲ τριτόμῳ, πλὴν δυσφθαρτότερος. διὸ ὑπομένει παλαίωσιν. ἀπόλεκτος. ψαφαρώτερόν ἐστι δὲ τριτόμου, ἐυστομίας λειπόμενον, ἐυδιοίκητον, πεπτικόν. σάρδα ἡ πηλαμὶς ἐπιμήκης ὠνομένη, ἔυστομος, δριμύτητι κυβίῳ προφέρουσα, κινητικὴ ὀρέξεως, πρὸς ἐκκρίσεις ἐυόλισθος. σκόμβρος ἔυστομος, δύσφθαρτος, δίψεις ποιητικός, κρατίστη δὲ ἐν Πάρῳ.

XXXV. Salſamenta vero, qvæ ex thynnis fiunt, magnam inter ſe differentiam oſtendunt: alia enim eorum facile diſtribuuntur: alia difficulter. Eorum ceruix fit ſalſamentum, qvod ori gratum eſt. & ægre vitiatur, qvia eſt pingvedine vacans, laudatiſſimum Cumis. Thynni vero venter cum recens eſt, aptus eſt ad comedendum: ſed vetuſtatem non moratur: eſtqve ſtomacho idoneus, ut in genere ſale conditorum: boni eſt ſucci, facileqve corrumpitur: ſed propter pingvedinem ex-

XXXV. Τὰ δὲ ἐκ θύννων γινόμενα ταρίχη συχνὴν πρὸς ἄλληλα διαφορὰν ἐυδείκνυται. ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστὶν ἐυδιοίκητα, ἃ δὲ δυσοικονόμητα. αὐχὴν μὲν γὰρ αὐτῶν γίνεται ὠμοτάριχος. ἐστὶ δ' ἔυστομος, δύσφθαρτος διὰ τὸ ἀπίμελον. κράτιστος δ' ὁ κυμαῖος. κοιλία δὲ ὁ θύννου, πρόσφατος μὲν ἐδώδιμος. οὐχ ὑπομένει γὰρ πρὸς παλαίωσιν· ἐυστόμαχος ὡς ἐν ταρίχει. ἔυχηλος, ἐυδιάφθορος, ἐπιπολαστικὴ δὲ διὰ τὸ πιμελώδες. τὰ δὲ λοιπὰ μέρη μελαίνδυα διὰ τὴν ἐμφέρειαν

πρὸς

crementum parit: cæteræ partes melandryæ dicuntur propter ſimilitudinem, quam cum nigricantibus quercus radicibus habent: appetitum excitant ſinapi adjuncto: & quia pingvedinis ſunt expertes, ideo fit, ut difficilius, quam imus venter corrumpantur. Atque hæ quidem partes proprie & uſitato vocabulo ταρίχα, hoc eſt, ſalſamenta nominantur. Mulli enim & phagri ex India duri exiſtimantur: ſuntque cetacei, nec inter puriores marinos adnumerati.

De ſalſamentis fluviatilium & paluſtrium.

XXXVI. Ex fluviatilibus ac paluſtribus Nilus mures, & phagros producit: qui quoniam pingviſſimi ſunt, ideo elixi ex ſinapi comeduntur: ſi major eorum copia aſſumatur, ſupernatant. De media materia ex mugilibus in ſalſamenta condiuntur ii, qui ad ſpinam diſſecti ſunt, & mendeſii vocantur. eugies vero marini ſunt, hique in fictilibus ſale conditi cibo apti ſunt, qui etiam crudi detracta pelle, & evulſa comeduntur. Ex mugilibus quoque qui acropaſti vocantur, ſvaves ſunt, & aſſi comeduntur, non ſecus quam marini, & mendeſii. Ex coracinis qui ſale conditi ſunt, hemineri dicuntur. ipſique aſſi aſſumpti vicem gerunt alicujus autumnalis fructus: hique non omni tempore, ſed hyeme naſcuntur. ſiunt

πρὸς τὰς μελαινίδας τὸ δρυὸς ῥίζας ταριχευτικὰ ὀρέξεως νάπυϊ ὄξει πλοκῇ. Τῷ δ' ὑπογαστρίῳ δυσφθαρτότερα τῷ σιμέλῃ ἀπηλλάχθαι. Τὰ δὲ μέλη κυρίως καὶ συνήθως, πλήζεται ταρίχη. καὶ γὰρ συχνῶν καὶ πολυτελῶν ἰχθύων καὶ τὰς νήσους ἁλιζομένων. Τρίγλαι γὰρ καὶ φάγροι σκληροὶ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς κομιζόμενοι εἰσὶ μέλη κητώδεις. ἐκ ἐναρίθμοι δὲ τοῖς καθαριωτέροις θαλαττίοις.

Περὶ τῶν ποταμίων καὶ λιμναίων ταρίχων.

XXXVI. Τῶν δὲ ποταμίων καὶ λιμναίων ταρίχων φέρει μὲν ὁ νεῖλος κητωδεστάτους τε καὶ φάγρους. οἱ μὲν τὸ καταπιμελέστατον ζεσθέντες ἐσθίονται μετὰ νάπυος. πλείονος δὲ ληφθέντος ἐπιπολάζουσι. Τῆς δὲ μέσης ὕλης ἐκ μέν ἐστι κεφαλῆς ταριχεύονται. οἱ μὲν κατὰ ῥάχιν ἀνατμηθέντες καλούμενοι μενδήσιοι. οἱ δὲ ὑγιεῖς ἀλυκάτοι, οἱ δ' ἐν κεράμοις ταριχευόμενοι βωρεῖς οἱ καὶ ὠμοὶ ἐσθίονται ἀποδαρέντος καὶ δέρματος, καὶ καταλιθέντες. εἰσὶ δὲ τῶν κεφαλῶν καὶ ἀκρόπαστοι καλούμενοι ἡδεῖς καὶ ὀπτοὶ ἐσθίονται, καθάπερ καὶ οἱ ἀλυκάτοι τε καὶ μενδήσιοι. καὶ τῶν θοράκων δὲ οἱ ταριχευόμενοι καλοῦνται ἡμίμηροι. καὶ αὐτοὶ ὀπτοὶ ἐσθιόμενοι ὀπώρας τινὸς δίκην φέρουσιν ἐκ ἀεί ὄντες. ἀλλὰ πρὸς τὸν χειμῶνα γινόμενοι. καὶ

quoque alia minima ſalſamenta, quibus crudis veſcimur. Auris preba quidem eſt. ſed arvinam peculiarem quandam inducit. & idcirco cum acribus oleribus ea veſcuntur: quorum, ut ſit hæc perfecta tractatio, commemoratio facienda eſt nobis. Vocantur alia eorum coracidia, alia boridia, alia collia, alia typhlinidia, alia abramidia: quæ omnia ſtomacho aliena ſunt, difficulterque corrumpuntur, & aluum ſubducunt.

ἄλλα δὲ ἕνα ἐλάχιστα γίνεται τροφὰ ὠμόφαγα. ἃ σπυδαῖα μὲν. ἰδίαν δέ τινα χύσιν ἐπάγοντα. ἅπερ μετὰ λαχάνων δριμέων ἐσθίονται. ὧν πρὸς τὸ ἐντελὲς τῆς πραγματείας χρὴ μνησθῆναι. καλεῖται δὲ ἃ μὲν, κορακίδια. ἃ δὲ βωρίδια. ἃ δὲ κολίδια. ἃ δὲ τυφλινίδια. ἃ δὲ ἀβρομίδια. ἅπερ πάντα, χαλεπόμαχα ποιεῖ καὶ δύσφθαρτα καὶ κοιλίας ἐπαγωγά.

CCXX. *Theonis* Archiatri Alexandrini ἀνθρώπῳ ſive *Homo*, liber medicus pridem deperditus, de curandis corporis humani morbis, ad Theoctiſtum. Hic mihi videtur fuiſſe Theon Medicus, quem in Galatia magnam famam ſua ætate conſecutum eſſe ſcribit Eunapius in Jonico.

CCXXI. ΑΕΤΙΙ Amideni βιβλίον ἰατρικὸν *opus Medicum, libris XVI.* quod totum exſtat Græce MStum in variis Bibliothecis, totum etiam Latine lucem vidit, priores libri VIII. ſolum Græce editi. Vide quæ de hoc ſcriptore Volum VIII. hujus Bibl. p. 319. ſeq. ubi etiam habes indicem ſcriptorum è quibus Aëtius inſigne opus ſuum collegit, quod Oribaſianis ſynopſibus præferre Photius non dubitat, niſi quod in ἐβδομηκονταβίβλῳ ſua Oribaſius anatomica accuratius perſecutus fuit.

CCXXII. *Jobii* Monachi, in oriente clari poſt *Synodum* Chalcedonenſem ante Heracliana ac *Monotheletarum* tempora, adeoque circa ſexti initia ſæculi, * οἰκονομικὴ πραγματεία, Opus de variis œconomiam ſive incarnationem CHriſti & *Eccleſiam* Chriſtianam ſpectantibus quæſtionibus, ** diviſum in libros IX. capita XLV. ex quibus prolixa excerpta

* Elegantis ingenii ſcriptorem non tamen antiquiſſimum, qui paullo ante tempora Photiana vixerit, appellat Rich. Montacutius p. 27. Analect.

** V. g. quare Filius DEI, & non Pater vel Spiritus S. incarnatus fuerit? quare Filius Dei? non angelus? Multas etiam de aliis argumentis qvæſtiones adm ſcet Jobius, ut, fuerit quare homo ita conditus ut poſſet labi? quare Moſes hiſtoriam creationis non cœperit ab angelis? quare in ſacris, Veteris maxime Teſt. libris ſint loca intellectu difficilia? p. 324. ſeq. & qvomodo pro omnibus hominibus mortuus CHriſtus p. 330. ſeq. non vero pro angelis, p. 334. & qvomodo angeli in bono confirmati, non minime? p. 338.

pta Photius ſervavit, ipſos hodie deſideramus. Jacobum (majorem, Apoſtolum) propter virtutem dictum eſſe Γωβλίαν, legas p. 332. pro qvo Γοβλίαν apud Nicetam & in Euſebii codicibus ll. 23. Hiſt. ωβλίας, ſed legendum ωβλιὰς, עמלית περιοχὴ λαῦ. Vide Reineſii Var. Lect. lll. 2. p. 356. atqve alias de hac voce conjecturas apud Fullerum lll. 1. Miſcell. ſacr. & in Combefiſii auctario noviſſimo Bibl. Patrum p. 541. Hæretici nominetenus ab Jobio notantur Manes p. 300. Arius & οἱ κατὰ Μακεδόνιον p. 311. Doctorem Eccleſiæ laudat nullum niſi Θεοφόρον Ignatium p. 321. & Gregorium Theologum p. 315. 316. ac Gregorium Nyſſenum p. 326. Hujus Jobii πραγματείαν alteram κατὰ Σεβήρου, *contra Severum* Antiochenum p. 298. memorat, ſed nihil ex ea profert Photius, auctorem p. 323. appellans κλεινόν τι καὶ τῶν θείων μαθημάτων διαιτητὴν ἐραστήν.

CCXXIII. *Theodori* ſive Diodori *Tarſenſis* Epiſcopi κατ' εἱμαρμένης *contra fatum libri VIII.* capita LIII. opus Græce deperditum, certe nunqvam editum, licet Syriace illud ſupereſſe referat Hebed Jeſu in catalogo ſcriptorum Chaldaicorum. Non videtur aliud eſſe qvod memorat Svidas in Διοδώρῳ, κατὰ ἀστρονόμων καὶ ἀστρολόγων καὶ εἱμαρμένης. Speciatim Diodorus oppugnavit etiam Bardeſanem, qvi corpora fato ſubjecit, animos ſolos liberos ab illius vi eſſe ſtatuit. Argumenta librorum ſingulorum copioſe a Photio exponuntur, atqve inter alia traditur Diodorus fuiſſe in illa ſententia qvod Magi de ſtella CHriſtum deſignatura edocti fuerint à Chaldæis, qvi id à Balaamo usqve Propheta acceperint. De aliis Diodori ſcriptis dictum Volum. VIII. hujus Bibl. pag. 358. ſeq.

CCXXIV. *Memnonis* ἱστορικὸν, *commentariorum hiſtoricorum de rebus Heracleæ Ponticæ libri XVI.* pridem deperditi: ab originibus urbis usqve ad mortem Brithagoræ, qvi ad Julium Cæſarem miſſus legatus eſt. Photius primos octo libros hujus operis non legit, ſed tantum cæteros octo qvi hos ſunt inſecuti; è quibus ampla affert excerpta, à *nono* usqve ad *decimum ſextum*, hoc eſt à tempore qvo tyrannidem occupavit Clearchus Platonis & Iſocratis diſcipulus, vir non indoctus & Bibliotheca qvam ſingulari ſtudio congeſſit delectatus, ſed qvi inſolenti arrogantia Jovis ſe ferens filium, cum per annos duodecim crudeliter imperaſſet, interfectus eſt a ſuis qvondam apud Platonem condiſcipulis, *Chione* Matreos ſive Matridis F. illo ipſo cujus Epiſtolas habemus de qvibus dixi lib. 2. c. 10. §. 5. *Leonte* (qvi Svidæ & Juſtino *Leonides*) & *Euxenone* (Antitheum addit

Svidas in κλέαρχος, qvi Evopium præterea, veterem ante Clearchi tempora, Heracleæ tyrannum memorat, cum Photius è Memnone ſcribat Clearchum ἐπιθέσθαι πρῶτον τυραννίδι κατὰ τῆς πόλεως.) Excerpta Photii ex octo *Memnonis* libris primus Græce edidit cum λειψάνοις qvibusdam Cteſiæ & Agatharchidis, Ibericisqve & Hannibalicis Appiani, *Henricus Stephanus* 1557. 8. recuſa 1594. 8. Latine vertit *Laurentius Rhodomannus*, cujus verſio ab Andrea Schotto qvoqve in Photio ſuo ſervata eſt, ſed & prodiit ſeparatim Helmſtadii 1592. 4. & Græce atqve Latine Genev. 1593. 8. & cum nova *Rich. Bretti* verſione Oxon. 1597. 8. Nonnulla Memnonis loca illuſtrat Jacobus Palmerius Grentemeſnilius in exercitationibus ad optimos autores Græcos, Lugd. Bat. 1668. 4 à pag. 168. ad 183. ubi inter alia fuſe diſſerit de ordinibus remigum in veterum navigiis. Qvoniam liber XVI. Memnonis in temporibus Julii Cæſaris deſiit, hinc Voſſius conjiciebat eum ſub Auguſto vixiſſe. Sed longe poteſt fuiſſe junior, nam Photius teſtatur poſt librum XVI. plures adhuc à Memnone ſcriptos, ſed qvos ipſe nondum viderit. τὰς δὲ πρώτας ἱστορίας καὶ τὰς μετὰ τὴν ἕκτην καὶ δεκάτην ἔτι εἰκεῖν εἰς θέαν ἡμῶν ἀφιγμένας ἔχομεν.

CCXXV. *Eulogii* Papæ Alexandrini (de qvo ſupra Cod. CLXXXII.) *libri duo* pridem deperditi *ad Domitianum* Melitenes Epiſcopum pro Leonis Romani, Neſtorium pariter & Eutychem averſantis tomo apologiam complexi adverſus Acephalos Timotheum qvi acutus, & Severum qvi fuſius illum oppugnaverat. In hoc Eulogii ſcripto præclare demonſtratum eſt μὴ δεῖν ἐκ μέρους τὰ συγγράμματα κρίνειν, μὴ δ' ἀποσπασμάτιά τινα λαμβάνοντας ἀφ' ὅλων τῶν γράφων διαβάλλειν ἀνοσίαν. *de ſcriptis vel ſcriptorum mente non eſſe ferendum judicium ex partibus & laciniis, neque hinc illos onerandos calumnia.* Laudat inter alia *Euſtathii* Antiocheni librum ſextum contra Arianos, ita enim legendum, ἐν ἕκτῳ λόγῳ κατὰ Ἀρειανῶν pro ἐν ἓξ λόγοις, ſiquidem octo libros adverſus Arianos ſcripſerat Euſtathius, de quibus dixi Volum. VIII. p. 170. ſeq. Præterea *Baſilii* Epiſtolam ad Sozopolitas, & ad Monachos. Memorat & *Severi* Epiſtolam ad Julianum Halicarnaſſeum. Nonnullos interpretis Schotti in hoc & proximo Photii capite lapſus & hallucinationes notavit D Elias Veielius ὁ μακαρίτης in diatribe de ſacris οἰκονομίας generibus p. 19. ſeq Ulm. 1688. 4.

CCXXVI. *Ejusdem* Eulogii, presbyteri primum Antiocheni & Abbatis S. Mariæ Juſtinianeorum, ac denique Alexandrini Papæ ſive Epiſcopi

scopi pro eodem Leonis Rom. Tomo liber adversus Theodosium & Severum Acephalos, in Leone reprehendentes qvæ non modo Synodus Chalcedonensis & Cyrillus, sed & SS. Doctores Athanasius, Gregorius, Basilius, Ambrosius & Amphilochius suffragiis suis confirmarant. Hæc qvoqve Eulogii lucubratio intercidit.

CCXXVII. *Ejusdem* sancti viri στηλιτευτικὸς sive *invectiva* in *Theodosianorum* & Γαϊτῶν, *Caji* (de qvo supra, p. 216.) *sectatorum* subitaneam ac mox iterum rescissam reconciliationem & *concordiam*. Per διακονίαν in hoc capite non incarnatio intelligenda cum Schotto est, unde totam orationem obscuram reddi fuit necesse, sed dispensatio Ecclesiastica in servanda pace cum dissidentibus & vitandis turbis ac tumultibus, modo sana doctrina nihil inde detrimenti capiat. Qvemadmodum Gregorius Naz. ait Athanasium in verbis cessisse ac fuisse facilem, ubi in rebus consensum animadvertisset: atqve in Orat. de Pentecoste reprehendit τὰς ταῖς συλλαβαῖς δυσχεραίνοντας & προσπταίοντας τῇ Φωνῇ, *infestos syllabis*, & *ad vocem offendentes*. Theophilus (Alex.) Gelasio (Cæsarienſi) qui Eusebium Palæstinum (ita leg. pro παλαιτῖνον) e sacris diptychis neutiqvam eraserat: & Cyrillus (Alex.) Theodoro Mopsvesteno communicare non dubitavit. Hæc Eulogii invectiva, quemadmodum & *Epistola* ejusdem adhuc presbyteri ad Eutychium ArchiEpisc. CPolitanum (A. C. 582. defunctum) qvam ei adjunctam Photius legit, hodie perinde ut cætera illius pleraqve omnia, desiderantur.

CCXXVIII. *S. Ephraimi*, (junioris & diversi ab *Ephraim* Monacho Syro, de qvo supra Cod. CXCVI.) Patriarchæ Theopolitani sive * Antiocheni (ante sæculi sexti medium) qvi licet Syrus & ipse, Græce etiam plura scripsit, λόγοι διάφοροι, *scripta varia* pro defendenda Chalcedonensis Synodi doctrina contra Nestorium, Eutychem, Severum & Acephalos, jam pridem deperdita omnia. Ex his tria evolvisse se Volumina Photius testatur, sed duorum tantum argumenta memorat. In *primo* continebatur 1) Epistola *ad Zenobium*, Scholasticum Emesenum, secta Acephalum, dicta Leonis Romani calumniantem, in qua Ephræmus Orientales negat peccasse, cum *hymno trisagio* addiderunt verba, *qui crucifixus est pro nobis*, quoniam ad CHristum illa retulere: peccasse autem Byzantinos, qui illa intellexerunt de SS. Trinitate. Memorat & singu-

* De Episcopatu etiam intelligenda Photii verba, Cod 229. ὃς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀντιοχείας θεσμῶν ἡγεῖτο. non ut Schottus: *qui de sacris Antiochiæ legibus narrat*. Vide quæ notavi Volum. V. p. 335.

larem *collectionem Canonum Ecclesiasticorum* (Syris illo tempore ut videtur usitatam) in qva Canon secundus Concilii secundi œcumenici, CPoli A. 381. celebrati, fuit canon CLXVI. In eodem primo volumine erant 2) Epistolæ Ephræmi *ad Justinianum* Imp. 3) *ad Anthimum* Trapezuntis Episcopum de condemnando Euthyche, 4) *ad Domitianum* (nescio anad illum Melitenenes Episcopum, ad qvem Eulogius Alex. apud Photium Cod. CCXXV. & CCXXX. p. 459.) 5) *ad Syncleticum* Tarsi metropolitam, contra Acephalos, 6) *ad Anthimum* iterum & 7) *ad Brazem* Persam 8) ad *monachos* in Nestorii hæresin propensos 9) *ad Callinici desertores*, πρὸς τοὺς ἀποχίσας Καλλινίκου, ubi verba: ὅτι τὰ παρὰ ταύτην (τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν) συναχτήρια, λῃστῶν ἐστι σπήλαια, reddenda sunt, *& quod qui extra eam* (Ecclesiam DEI) *conventus fiunt, sint spelunca latronum*, non ut vertit Schottus: *& qui ad eam labem conventus fiunt.* 10) Synodica actio de libellis qvibusdam Eutychianis *Syncletico* Tarsi Episcopo ejusqve syncello, Stephano monacho oblatis. 11) Epistola *ad Megam* sive *Magnum*, Episcopum Berrhöensem 12) *ad Evnoium* monachum. 13.) sermones panegyrici octo; a) in encænia templi SS. Prophetarum, b) in Natalem JESU, c) ante jejunia, d) catecheticus ad baptizandos, εἰς τὴν κατήχησιν τῶν νεοφωτίστων, e) In encænia templi Michaëlis Archangeli in Daphne, f) in sanctam Qvadragesimam g) in unam Qvadragesimæ nonam. h) in sancta feria qvarta ad baptizandos.

CCXXIX. Ejusdem S. *Ephræmi*, *alterum* volumen in *quatuor libros* divisum, qvorum primo, tertio & qvarto maximam partem Cyrilli. Alex. & Synodi Chalcedonensis apologia adversus Nestorianorum, Eutychianorumqve, speciatim monachorum Orientalium Severianorum ac Theopaschitarum calumnias: in secundo continebatur dissertatio de qvinqve qvæstionibus ab Anatolio Scholastico propositis, 1) utrum nunc etiam secundum carnem CHristus nascatur 2. Cor. V. 16. 2) Si Adamus compositæ fuit substantiæ, qvomodo conditus sit immortalis? 3) unde constet Joannem Evangelistam adhuc manere, Joh. XXI. 22. 4) Si Adam conditus fuit immortalis, qvomodo ignoraverit qvid ex re ipsius esset? 5) qvis sensus verborum Genes. III. 22. *Ecce Adam qvasi unus ex nobis factus est.* Liber tertius dicatus fuit *Domno* & *Joanni* Monachis in Cilicia secunda versantibus.

Index

Index ſcriptorum, quorum ex Ephræmo Photius meminit;
numeri denotant paginas editionis Græcæ Hœſchel.

Ambroſius. 425. ὁ μεδιολάνων, ἐν τῷ περὶ ἐναν θρωπήσεως λόγῳ. 422. 423. ὁ θαυμάσιος ὁμολογητής. 413. ἐν τῷ λογῳ ὃς ἐπιγράφεται περὶ ἐρμηνείας τ̃ πίστεως. ibid. contra Apolinarium. 413. 423. 429. ἐν τῷ λόγῳ ὃν ἐπίγραψε γρατιανῷ τῷ βασιλεῖ. 423.

Amphilochius. 405. Iconii Epiſc. 413. 414. 422. 425. Epiſtola ad Seleucum 423. 434.

Antiochus Ptolemaidis. 411.

Apolinarius. 411. 413. 420. 423. 426. 436.

Arius. 428. *Ariani*. 413.

Athanaſius. 405. 421. 424. 425. 426. 427. 429. 433. Epiſtola ad Epictetum. 413. ad Julianum Imp. 427. ad Virgines. 423. ad *Maximum Philoſophum*, 423. ἐκ τ̃ χ̃ ἀρειανῶν. 420. ἐν τῷ περὶ πίστεως λόγῳ. 424. ἐκ διαφόρων λόγων. 420. 423.

Atticus CPolitanus in *Epiſtola* ad Eupſychium. 424.

Baradatus. infra in *Simeone*. ejus Epiſtola ad Leonem Imp. 437. ad Baſilium Antiochenum Epiſcopum. 437.

Baſilius Cæſarienſis. 405. 423. 427. ὁ ἐκ τ̃ καππαδοκίας πᾶσαν φωτίσας τὴν οἰκουμένην. 414. ὁ λαμπρὸς τ̃ ἐκκλησίας κῆρυξ. 434. ἐν τῷ περὶ πίστως. 416. 424. Περὶ ἐυχαριστίας. 420. ἐν τῷ χ̃ ἐυνομίῳ λόγῳ. 430. 434. ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ. id.

Epiſtola ad Sozopolitanos. 420. 423. ad Apolinarium. 420.

Cyriacus Epiſcopus Paphi qui Patribus CCCXVIII. in Concilo Nicæno interfuit. 423. 435. ἐν ᾧ εἰς τὰ θεοφάνια λόγῳ. 435.

pulchre conſpirent cum Moſaica Mundi creatione. Καὶ ὅτι τὴν σωματικὴν καὶ ὁρατὴν κτίσιν ἐκεῖνος ἐστὶν ὁ ἐκ μὴ ὄντων λόγῳ ὑποστησάμενος, ὃς καὶ τὴν νοερὰν καὶ ἀόρατον ὑπερπλησίῳ σοφίας πλούτῳ παρήγαγεν, *quod qui ſolo verbo corporales & viſibiles res ex nihilo condidit, DEUS idem etiam intelligibiles & inviſibiles ſimili ſapientiæ abundantia produxit.* ὅτι καὶ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα τὸ αὐτὸ ἐστὶ φιλανθρώπου καὶ ἀγαθουργοῦ προνοίας, ὥσπερ καὶ ἡ ψυχὴ, φιλοτέχνημα. *Quod corpus hominis, non minus ſit beneficæ, & nos amantis providentiæ artificium quam anima.* Καὶ ὡς οἱ τῇ νομικῇ πολιτείᾳ λαμπρύναντες θεόν τε τὸν ἀληθῆ καὶ ἀγαθὸν ἐθεράπευον καὶ τῆς τε πονηρίας παρεστάττοντο. *Quod ſub veteri Lege conſpicui verum & bonum coluerunt DEum, & malitiæ omnibus viribus reſtitere.* Hoc Photii opus (maximam partem adhuc ineditum) in Bibliothecis deliteſcit ut in Segvieriana, nec non in Vaticana, & ex illuſtris Viri *Lucæ* Holſtenii legato in Bibliotheca Johannea hujus urbis, ex quo Codice editionem ejus parabat, & partem etiam Latine verterat B. D. Abrahamus Hinckelmanus n) noſter, Paſtor ad S. Catharinæ ædem meritiſſimus, ſed cujus conatibus jam A. 1695. 11. Febr. fata interceſſere. Ab eo tempore idem facere conſtituit Clariſſ. amicus noſter Sebaſtianus Godfridus Starckius Berolini, & Romæ vir eruditiſſimus Laurentius Zaccagnius, ſed uterque obierunt citius * quam conſilium hoc parageret. Itaque primum duntaxat librum adhuc luci datum habemus, illumque quoniam plura aliis indicta continet, luce digniſſimum, quem ex Segvierianæ ſive Coislinianæ Bibl. Codice publicavit, Latinamque verſionem addidit vir ſupra laudes Bernhardus de Montfaucon in Catalogo *MSS.* Codicum Græcorum illius Bibl. Pariſ. 1715. fol. p. 349-375. Compendium quoddam operis Photiani exſtat in Euthymii panoplia edit. Latinæ parte 2. tit. 21. (T. XIX. Bibl. *Patrum Lugd.*) & edit. Græcæ (Tergobyſti 1710. fol.) τίτλ. κδ'. *L*onge pleniora autem ſunt quæ leguntur apud Photium, quam quæ ab Euthymio vel *Petro Siculo*, aut Cedreno aliisqve, de Paulicianis traduntur. *Exſtat Photius* contra Manichæos *MS.* etiam in Codice Colbertino 444.

Scriptores qui Manichæos oppugnarunt, à Photio laudantur *Alexander* Lycopoleos Archiep. p. 354. *Archelaus* Carcharorum Epiſc. p. 356. 358. *Cyrillus* Hieroſol. *Epiphanius*, *Heraclianus* Chalcedonis Epiſc. libris viginti: *Serapion* Thmuitanus & *Titus* Boſtrenorum *E*piſc. p. 354. & *Tryphon* presbyter p. 358.

Præter hæreticos Baſilidem pag. 359. & Valentinum pag. 350. 359. Mani-

n) Vide ejus detectionem fundamenti Bohemiani p. 52. & 123.

* Zaccagnius A. 1712. 26. Jan. & Starckius A. 1710. 1. Jul.

Manichaicis erroribus imbuti eorumque propagatores memorantur:
Adamantus & Adimantus, Manetis discipuli. p. 357.
Aphthonius p. 357.
Aftati, Sergii discipuli. p. 372.
Baanes p. 350. 351. 370. 371. Josephi F. p. 365. & discipulus. 371. Βααναης. p. 371.
Basilius Sergii discipulus. p. 372.
Budes p. 359. idem qui ante Terebinthus. p. 355.
Budas Manetis discipulus. p. 357.
Callinice Samosatena Pauli & Joannis mater p. 349. 350. 358.
Canacares Sergii discipulus p. 373.
Carbæas. p. 374.
Chrysocheres Carbææ gener. p. 375.
Constantinus qui deinde *Sylvanus* p. 350. 351. 358. 359. 360. 361. lampas lucida dicitur à Sergio p. 369.
Cubricus qui postea Manes. p. 355. 359.
Cynechoritæ, Sergii discipuli p. 372.
Dryinus Anienſis. p. 365.
Gauriabius. p. 357.
Gegnæsius Armenius qvi deinde *Timotheus* p. 350. 351. 361. 362. Pauli Armenii F. p. 361.
Heraclides p. 357.
Hermas Manetis discipulus. p. 357.
Hierax. p. 357.
Joannes Callinices F. Pauli frater. p. 349. 358. alius Joannes Sergii discipulus p. 373.
Josephus qui deinde *Epaphroditus* p. 350. 351. 364. 365. 371.
Justus Constantini discipulus. p. 360. 361.
Manes p. 352. 370. antea Cubricus. Servus viduæ à Terebintho relictæ. p. 355. de illo plura p. 356. 357. 358. à recentioribus Manichæis rejicitur & anathemate percutitur, Constatinum præ illo amplectentibus. p. 350. 359. Spiritum S. se venditavit. 356.
Michaël Sergii discipulus. 373.
Paulus Callinices F. à Pauliciani p. 349. 358. 361.
Paulus alius Armenius Gegnæsii pater, à quo Paulicianos quidam dictos esse putant. p. 361.
Scythianus Alexandrinus. p. 354. 359. ejus quatuor libri, Ἐυαγγελιον κεφα-

κεφάλαιον, μυστήριον, θησαυρός p. 355. Patrem Deum se appellavit. p. 356.
Sergius qui deinde *Tychicus* p. 350. 351. p. 366. 367. 368. 369. 372. 373. Dryini F. p. 366. interfectus A. 6343. (CHristi 835.) p. 372.
ex ejus epistolis loca p. 369. ad Leonem Montanum. * p. 370. Σεργιῶται. p. 371.
Simeon qui deinde *Titus*. p. 350. 360. 361.
Sisinnius *Manetis* discipulus. 357.
Terebinthus Scythiani discipulus. p. 355. Buden se cognominavit. p. 355 Filium Dei, natum ex virgine. p. 356.
Theodorus Gegnæsii frater. p. 361. 362.
Theodotus p. 371. Sergii discipulus. p. 372.
Thomas auctor Evangelii, Manetis discipulus. p. 357.
Zacharias p. 350. 351. Gegnæsii F. p. 363. 364.
Zaranes p. 357.
Zarvas. p. 357.
Zosimus *Sergii* discipulus. p. 373.

* ita malim, quam cum eruditio interprete, Leontem Montanistam. πρὸς Λέοντά τινα Μοντανόν.

XII. Νομοκανὼν sive ut à Theod. Balsamone & aliis vocatur νομοκάνονον * *Nomocanon*, Legum Imperialium Corporis Justinianei & Canonum Ecclesiasticorum harmoniam, per titulos quatuordecim digestam exponens, præmissusque συντάγματι κανόνων è decem Synodis composito A. 6391. (CHristi 883.) Vide Lambecium VIII. p. 431. 432. & VI. p. 51-54. Canones autem non modo Apostolicos & Conciliorum decem quæ Græca suscipit Ecclesia, sed Patrum etiam scripta, Canonum in auctoritatem recepta annotat, Dionysii, Petri, Timothei, Theophili & Cyrilli quinque Episcoporum Alexandrinorum: Gregoriique Thavmaturgi, Basilii Cæsareensis, Gregorii Nysseni, & Gennadii CPol. Non sine causa hunc Nomocanonem cæteris ejusdem generis scriptis omnibus præferendum olim monuit Theod. Balsamon ad Canonem secundum Trullanum. Παρεγγυῶμαι πᾶσιν τοῖς μέλλουσιν ἀναγινώσκειν Νομοκάνονον, μὴ προσέχειν τοῖς παλαιοτέροις βιβλίοις τῶν

* Vide Cotelerium T. 2. monument. p. 600. seq. & Cangii glossar. Græc. in νομοκανών. Interdum hoc vocabulo etiam Corpus sive Codex canonum denotatur, ut præter Cangium notavit Beveregius in Codice Canonum illustrato lib. I. cap. 15.

τῶν νομοκανόνων, ἀλλὰ διαγινώσκειν τὸ ὠφελιμώτερον καὶ φωτὶ νοητῷ, καὶ εἰς τοὺς ιδ' τίτλους διαιρούμενον. *Moneo omnes qui Nomocanonum lecturi sunt, ne antiquioribus Nomocanonorum libris mentem adhibeant, sed id quod à Patriarcha Photio est elaboratum, & in quatuordecim titulos divisum, legant.* Τὸ δὲ νομοκάνονον, τὸ συναγαγὸν εἰς ν' τίτλους τῶν νόμων καὶ τῶν κανόνων, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐκ τῆς νεαρᾶς τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἀπραγματεύτως καὶ μὴ ἀκριβείας ἐν τοῖς Βασιλικοῖς, καὶ ἄλλας τινὰς νόμους ἐκ τῶν κωδίκων καὶ τῶν Διγέστων, καὶ δοκοῦντα καταλυτίζεσθαι ὑπὸ πολυλογίας, εἶδον δὲ μυρία τοιαῦτα βιβλία ὠφελοῦσι πολλοῖς ἀξιολόγοις ἀνδράσι, μηδὲ λόγου ἀξίων, ὡς κινδυνότερα καὶ ἀποτρόπαια, ἀλλ' ἐπιτρέπων τὴν ζήτων ἀπώλειαν. *Nomocanonum autem quod in quinquaginta titulos redegit Leges & Canones* (hoc est *Joannis* qui ex Scholastico & presb. *Antiocheno* patriarcha CPol. fuit ab A. C. 565. ad 577. & cujus *Nomocanonem* in quinquaginta tributum titulos Nicolaus Alemannus notis ad Procopii Hist. arcanam p. 110. testatur in Bibl. Vaticana MS. se evolvisse, Beveregius p. 128. notis ad Synodicum, in Bodlejanâ: Christophorus vero Justellus ex Codicibus Regis Galliæ, Vaticano & Bodlejano descriptum Latine vertit, illiusque filius Henricus Justellus Græce & Latine cum ejusdem Joannis collectione Canonum similiter titulis quinquaginta distincta, Græce & Latine edidit in tomo posteriore Bibliothecæ juris Canonici veteris Paris. 1661. fol.) *itemque reliqua Nomocanona quibus Justiniani Novellæ abrogatæ nec in Basilicis receptæ, & aliæ quædam Leges è Codice ac Digestis desumtæ continentur, quæque videntur multiloquio locupletari, (innumerabiles enim tales libros vidi apud multos non adspernandos homines) nihil faciant, ut quæ sint periculosiora & refugienda, sed ea perire finant.* Photii Nomocanon Canonibus ipsis præmissus, (unde & προκανὼν dictus est **) cum *Theodori Balsamonis* Commentariis Latine ex versione Gentiani Herveti, Paris. apud Gvil. Morellium 1561. fol. deinde ex Henrici Agylæi interpretatione Basil. 1562. fol. & Græce ac Latine deinde plus simplici vice editus fuit, ut jam dixi supra cum de Balsamonis scriptis differerem p. 187. Tantum addo lapsum Clarissimum du Pinium memoriâ, quando Photii nomocanonem in magno Beveregii synodico recusum scripsit. Compendium Nomocanonis à *Michaële Psello* versibus politicis adornatum adhuc in Bibliothecis delitescit manu exaratum. Versus ad Michaëlem Ducam quibus Psellus opus istud ei consecrat, publicavit Cangius in Glossario Græco p. 1002. Nomocanonem Photii cum notis Balsamonis & Zonaræ editum esse à Jac. Gothofredo & Beveregio, præter rem tradit ex memoriæ lapsu Morhofius ὁ μαχαίτης lib. 1. Polyhist. cap. 16. p. 177.

** Vide Cangium in προκανὼν.

XIII. *Sex breves dissertationes Theologicæ*, Latine, Francisco Turriano interprete vulgatæ ab Henr. Canisio Tomo V. Antiquæ Lectionis, Ingolstad. 1604. 4. 1) *quomodo dicatur Deus esse in omni re, & quomodo respondendum ad objectiones.* p. 188. 2) *Hypotyposes Theologicæ, capitibus X.* p. 190. 3) *quare usque ad Trinitatem procedat DEus, nec circa nec ultra Personæ numerentur.* p. 192. 4) *quomodo dicamus unum & tria.* p. 195. 5) *quomodo cogitari possit DEum esse incarnatum?* p. 198. 6) *quare DEus carnem assumserit?* p. 198. 199. Turrianus usus est Græco Codice MS. Bavarico. Fortasse hæ breves lucubrationes sunt particula ex Amphilochiis Photii adhuc ineditis, de quibus infra.

De voluntatibus in CHristo gnomicis sive decretoriis diatriba, in qua negat locum habere in CHristo deliberationem & electionem, quia omnia novit perfecte, prospicitque simul & semel: itaque licet quot naturæ tot etiam sint in illo voluntates, tamen quia humanæ naturæ voluntas voluntati naturæ divinæ semper consentit, unam quoque esse voluntatem gnomicam. Prodiit Latine ex ejusdem Turriani interpretatione in Auctario Petri Stevartii, Ingolstad. 1616. 4. p. 437-452. Græce servatur in Bibl. Cæsarea περὶ γνωμικῶν θελημάτων ἐπὶ Χριστῷ. Vide Lambecium V. p 13. Subjunxit Stevartius dissertationem (Turriani ni fallor) qua Photii argumenta impugnantur. Vide etiam sis de hac materia Joannem Damascenum lib. 3. de orthodoxa fide cap. 14. & Joannis Forbesii instructiones Historico Theolog. lib V. cap. 26.

Περὶ ᾧ μὴ δεῖν πρὸς τὰ ἐν τῷ βίῳ λυπηρὰ ἐπιτρέφεσθαι, *quod non oporteat ad præsentes vitæ molestias attendere*, & hoc unice omni studio curandum ut peccata fugiamus. Hoc scriptum breve Cotelerius Græce & Latine edidit T. 2. monument. p. 106-108. Paris. 1681. 4. Incipit: ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ βίῳ ἄλυπῳ.

Εἰς τὸ γενέσιον τ ὑπεραγίας Θεοτόκου. *Homilia in sanctissimæ Dei Genitricis Natalem diem.* Incipit: πᾶσα μὲν ἑορτὴ ἡ πᾶσα πανήγυρις. Græce ex MS. Mazariniano descripsit & cum versione sua edidit *Franciscus Combefisius* in auctario novo Bibl. Patrum T. 1. p. 1583-1604. Paris. 1648. fol. testatus in Segvieriani Codicis indice etiam aliam Photio tribui *in sepulturam Domini.* Hæc licet valde luculenta a Combefisio omissa est, quia exordio mutilam exscribere noluit. Altera Latine extat etiam in ejus Bibl. Concionatoria.

Ὁμιλία ῥηθεῖσα εἰς ἐν ἐγκαινίοις τ ἐν τοῖς βασιλείοις νεωστὶ μὲν ναὸν τ ὑπεραγίας Θεοτόκου ὑπὸ Βασιλείου τ Μακεδόνος οἰκοδομηθέντος. *Homilia complexa descriptionem novi templi S. Mariæ Virginis in palatio conditi ab Imp. Basilio Mace-*

Macedone, & die ejus dedicationis habita. Hanc Græce primus publicavit *Petrus Lambecius* notis ad Codinum p. 187. Paris. 1655. fol. Latine vertit *Combefisius*, in cujus manipulo originum rerumqve CPolitanarum legitur utraqve lingva p. 296-303. ibid. 1644. 4. Incipit: *Φαιδρὸν ἐφ' ἡμῖν τῆς παρούσης ἡμέρας τὸν σύλλογον.*

In Gvil. Beveregii Synodico T. 2. ante Matthæi Blastaris syntagma, tituli paginarum præferunt *Balsamonem in* Photii XI. *interrogationes quorundam Monachorum.* Sed Photii nomen ibi delendum, nihil enim in illis interrogationibus, qvod ad Photium ullo modo pertineat.

Ἐξήγησις in *Joannem Climacum* qvæ in Codice Coisliniano refertur ad Photium, & cujus excerpta qvædam dedit Raderus, non Photium sed Eliam Cretensem auctorem habet, ut dixi Volum. VIII. p. 617.

XIV. *Adversus Latinos, de processione Spiritus S.* κ τ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ὅτι εἰκ Πατρὸς μόνου ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ Υἱοῦ. in *Euthymii* Panopliæ Latinis versionibus omissum, sed in Græca qvæ Tergobysti in Walachia A. 1710. fol. lucem vidit, legitur, & tituli XIII. locum occupat, ut dixi Volum. VII. p. 463. Græca etiam obvia MSS. in variis Bibliothecis, ex qvibus ῥήσεις varias produxere Usserius, Petavius, præcipue vero Allatius ut contra Creyghtonum p. 232. 244. & contra Hottingerum p. 417. &c. Nec credibile est qvod p. 418. Allatius affirmat illa non à Photio ipso esse, sed assumenta & θεολογήματα recentium Schismaticorum, itaqve rectè rejecta à Zino Euthymii interprete. Sane simillima in Photii scriptis jampridem lecta omnes agnoscunt atqve etiamnum in illis passim reperiuntur, ut in Epistolis scriptis ad Nicolaum Papam, & ad Patriarcham Aqvilejensem, nec non in Encyclica illa celebri, aliisqve in lucubrationibus. Ad Photii objectiones respondet Jo. Veccus libro primo de unione Ecclesiarum veteris & novæ Romæ, in Allatii Græca Orthodoxa T. 1. p. 154. &c.

XV. *Amphilochia*, τὰ Ἀμφιλόχια, Responsiones ad qvæstiones & dubia CCCVIII. * ab Amphilochio Cyzici Metropolita, ad qvem Photii exstant Epistolæ, proposita de variis *S.* Scripturæ locis, aliisqve capitibus Theologici variiqve argumenti. *Opus varium & multiplici eruditione plenum Theologis ac Scripturæ expositoribus maxime necessarium, eoqve magis amplectendum*, judice Allatio, *qvod non alibi qvam in Vaticana Bibl. ex libris Lollianis sub Urbano VIII. invectum exstet.* Sed non modo, ut idem mox refert Allatius, apographum ejus à Francisco Arcudio, Nuscano Episcopo descriptum, servatur in Bibl.

* Apud Allatium p. 576. de consensu, numerantur CCCXIII. qvod typographi errorem esse suspicor.

Barberina, verum etiam idem opus licet titulo, capite & cauda truncum una cum libris Photii contra Manichæos obvium est in Codice Colbertino 444. teste Cotelerio Ill. monument. p. 556. Alius pulcher Codex Amphilochiorum exstat in Bibl. *Segvieriana* sive Coisliniana, unde singulorum *CCCVIII.* capitum titulos & initia exhibet eruditiss. Montfauconus in Catalogo MSS. Græcorum illius Bibl. p. 326-345. Ab eodem p. 346. seq. Græce & Latine exhibentur qvatuor Qvæstiones: *CXXV.* (qvam ab Allatio acceptam dederat qvoqve Combefilius ad calcem sui Asterii, T. 1. auctar. novi Bibl. Patrum p. 276.) Πόσοι Ἀστέριοι γεγόνασιν καὶ τίς ἡ δόξα αὐτῶν; *qvot Asterii fuerint, & qvænam ipsorum opinio? CXXIX.* Διὰ τί τῷ πληγαθεῖ Ἡρακλεῖ τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας οἱ ποιηταὶ ἐγχειρίζουσιν; *cur laborioso Herculi Poëtæ Amaltheæ cornu in manibus ponant? CLX.* πόσαι εἰσὶ βύβλαι γεγόνασι; *qvot fuerint Sibyllæ? & CLXVI.* τίνος αἱρέσεως ἦν Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου; *cujus hæresis erat Eusebius Pamphili?* Pridem qvoqve qvæstionem *XXXVII.* εἰ ἀπερίγραπτον ἡ ἐν τῷ Υἱῷ θεότης, ἡ σὰρξ ἣν ἀνέλαβεν ἢ πανταχοῦ ἢ περιγραφομένη τόπῳ; *si incircumscripta est in Filio Deitas, num caro quam assumsit ibique est, an loco circumscripta?* publicaverat Græce & Latine Combefilius ad calcem sui Amphilochii Paris. 1644. fol. pag. 226. Locum ex qvæstione LXXXIII. producit Allatius capite 2. syntagmatis de engastrimytho: alium ex qvæstione CLVII. in libro de Simeonibus p. 3. Alia loca laudat Franciscus Turrianus in defensione Epistolarum Pontificum, & in notis ad Constitutiones Apostolicas, nec non in libro de jure ordinandi Ministros Ecclesiæ p. 155. Qvædam etiam capita *Amphilochiorum* inter Photii epistolas legi monet *Allatius* lib. 2. de consensu cap. 6. §. 4. speciatim illas, ut præstantissimo Caveo notatum, quæ Amphilochio Cyziceno inscribuntur. Ubi integrum hoc opus, quod optandum est, lucem viderit, constabit tum hoc tum illud præterea, an ex eo mutuati sint auctores Catenarum in Evangelistas, quæ ex Photio assim afferunt, an quod facilius mihi persvadeo, ex commentario ejus deperdito in Matthæum.

XVI. Scripta Photii alia inedita.

1. De *Patriarchis sede sua injuste pulsis*, quod orthodoxi successores communionem eorum non refugerint, πόσων ἐκβληθέντων πατριαρχῶν ἢ τῶν κρατούντων πρὸς αὐτὰς βασιλέων ἀπεχθείᾳ, οἱ μετ' αὐτοὺς ὀρθοδόξοι ἀποδέχονται. MS. in Bibl. Cæsarea teste Lambecio VIII. p. 458. Incipit: Διαφασίν ἐκβληθέντος ἢ θαυμαστῶ. Similis argumenti scriptum

ptum junioris auctoris qvi circa A. C. 1267. vixit, editum habemus ab Humfredo Hody, de qvo dixi Volum. VI. p. 134. Aliud Methodii Monachi memorat Allatius libro de Methodiis p. 383. 384. (edit. à me curatæ T. 2. operum S. Hippolyti p. 95.)

2. συναγωγαὶ καὶ ἀποδείξεις ἀκριβεῖς *Collectanea & demonstrationes* è Synodicis & Historicis scriptis *de Episcopis & Metropolitis* atqve aliis Ecclesiasticis controversiis, qvæstiones X. *adversus Latinos.* Incipit: ἐπὶ Κωνσταντίν. MSS. in Bibl. Bodlejana, Codice Barocciano 91. & 96. in Cæsarea, Lambec. III. p. 195. V. p. 46. Locum ex illo scripto produxit Humfredus Hody in libro edito Anglice qui inscribitur: *the case of sees vacant*, p. 89. Act. Eruditor. T. 2. supplementi p. 562.

3. Περὶ τῆς ἁγίας Πνεύματος μυσταγωγίας, ᾗ ὅτι ὥσπερ ὁ Υἱὸς ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἱερολογεῖται γεννᾶσθαι, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου καὶ δι' αὐτοῦ αἰτίας θεολογεῖται ἐκπορεύεσθαι· λέγεται δὲ τοῦ εἶναι ὡς ὁμοούσιον καὶ ἀποστελλόμενον δι' αὐτοῦ. *De Spiritu S. disciplina arcana & quem admodum Filius ex solo Patre, ita & Spiritus S. ex sola eademque causa procedit: dicitur tamen Filii esse, tanquam qui illi consubstantialis est, & ab eo mittitur.* Hunc *tractatum sane luculentissimum* appellat Allatius de consensu utriusqve Ecclesiæ p. 575. testatus in Codice Palatino referri ad *Metrophanem* * Episcopum Smyrnensem. Incipit: ἐν πολλοῖς μὲν εἴσω δὲ ἐλεγχοι πολυτρόποις ἐσταδμένοι λόγοις δι' ὧν ἡ ἐφεὺς κατασπᾶται.

4. Eodem loco alia apud Græcos sub Photii nomine opuscula legi Allatius monet, minoris illa qvidem molis ac momenti. Κατὰ Λατίνων περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Adversus Latinos de processione Spiritus S.* Incipit: τίς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν χριστιανοῖς τελούντων ἐπὶ τῇ ἁγίας τριάδος δύο εἰσάγειν αἰτίας. MS. in Bibl Cæsarea. Lambec. III. p. 117. Plura de eodem argumento scripserat Photius partim etiam edita in ejus Epistolis, & apud Euthymium. Ex Oratione prima Photii de processione Spiritus S. producit locum Allatius contra Hottingerum pag. 196.

5. Τὰ παρὰ τῆς Ἐκκλησίας τῶν Λατίνων αἰτιάματα μερικά. *Adversus Latinorum Ecclesiam criminationes particulares.* Incipit: ὅτι τὰ ἄζυμα προφέρουσι.

6. Σύμβολον πίστεως πρὸς τοὺς μέλλοντας χειροτονεῖσθαι ἐπισκόπους. *Symbolum Fidei pro iis qvi Episcopi ordinandi sunt.* MS. in Bibl. Cæsarea teste Lambecio VIII. p. 453.

7. Homiliæ XIV. qvarum notitiam Nic. Heinsio communicavit Gazensis Metropolita D. Paisius Ligarides, & ab Emerico Bigotio acce-

* Huic Metrophani (circa A. 868 claro) in codice MS. Palatino etiam tribuitur opus adversus Manichæos Paulicianos ad Antonium Metropolitam Cyzicenum.

ptam prodidit Combefisius * ad calcem Tomi I. auctarii novissimi Bibl. Patrum.

a) μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν κατηχήσεων, *post expletas catecheses* die sanctæ paraſceves, dicta ex ambone templi sanctæ Irenæ. Incipit: ἀλλὰ ταῦτα μὲν προηγμένῳ λόγῳ τοῖς ἤδη παρεσκευασμένοις πρὸς τὸ βάπτισμα ἔπειθε δὲ κατηρτισμένους τὴν τελειότητα, ἀλλ' ἔτι καὶ τὰ καθάρσεως ἐπιδεομένους καὶ τὰ μυστικῆς τραπέζης ἀπεργομένους.

b) *altera ejusdem argumenti.* Incipit: μετὰ τὴν τῶν κατηχητικῶν λόγων ἀνάγνωσιν ὧν ἡμεῖς ἐν προσοχῇ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιδεικνύντες κατάνυξιν ἐποιοῦσθε τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἡμᾶς τὸν παρόντα καιρὸν προσομιλεῖν ὑμῖν ἔγνωμεν ἀποδεῖν.

c) *tertia* μετὰ *τὴν ἀνάγνωσιν τῆς κατὰ συνήθειαν κατηχήσεως. post lectam ex more catecheſin.* Incipit: ὅτε μὲ διαβόλῳ τὸ κράτος συλλύεται, ὅτε δὲ θανάτῳ τὸ κέντρον ἀμβλύνεται, ὅτε τὸ κατ' ἀδὲ τὸ τρόπαιον ἕσταται, τῶν συνδούλων ἡμῖν ὁ πίναξ ὑπαναγινώσκεται, τότε τῆς ὁμολογίας, τὸ χειρόγραφον προκομίζεται, τότε τῶν ὑποσχέσεων ἡ συλλογραφία ἀναμβίνεται. διά τί.

d) Εἰς τὴν ἔφοδον τῶν Ῥώς, *in irruptionem Ruſſorum* homiliæ duæ, *prior* incipit: τί τοῦτο τὸς ἡ χαλεπὴ αὕτη καὶ βαθεῖα πλαγὴ καὶ ὀργὴ, πόθεν ἡμῖν ὁ ὑπερβόρειος ἄτος καὶ φοβερὸς ἐπέσκηψεν κεραυνός.

e) *Posterior:* οἶδα μὲν, ἅπαντες συνεπίσασθε, ὅσοι τε δεινοὶ συνιδεῖν ἀποτρόφην πρὸς ἀνθρώπους θεὸν, ὅσοι τε ἀμαθέστερόν πως ἔχει τὰ τῆς Κυρίας Δεσποίνης πρίμαλα.

f) εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν, *in Annunciationem ſanctiſſimæ Dei Genetricis Mariæ.* Incipit: Φαιδρὰ τῆς παρούσης ἡμέρας καθέστηκεν ἡ πανήγυρις, καὶ λαμπρὰν τὴν χαρὰν τοῖς πέρασιν ἀποφέρεται. Χαρὰν χορηγεῖ, λύπην παλαιὰν ἀφαλύουσαν. Χαρὰν χορηγεῖ, κοσμικὴν αἶραν ἐξορίζουσαν, καὶ τὰ πτῶσιν παλαιὰν τὴν ἔγερσιν ἐγκαινίζουσαν καὶ τὴν σωτηρίαν πᾶσιν ἡμῖν ὑπογραφουσαν.

g) *altera ejusdem argumenti* præſente Imperatore ** dicta, incipit: ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων, καιρὸν καλῶ τῷ μετὰ τὸ προφήτα βοήσομαι Δαυὶδ, τῶν λογικῶν προβάτων τὰς τῆς ἐκκλησίας αὐλὰς ὁρῶν τῷ πλήθει συνοχωρουμένας πολυανθεῖ τῇ τερπνότητι καὶ ποικιλίᾳ τῶν συναλληλυθότων.

h) ὡς

* Quod ait Combefisius cum ista scriberet (A. 1672.) in Anglia novum Photii opus procudi de Ecclesiæ C'Politanæ præcellentia, nescio an Beveregii intellexit Synodicum, in quo nonnulla Synodi pro Photio habitæ, de qua supra p. 371.

** Basilio Macedone.

h) εἰς τὰ βάϊα καὶ εἰς τὸν Λάζαρον. *in ramos palmarum & in Lazarum*, incipit: ὅτε τῶν παίδων ὡσανὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις ἀναβοώντων ἡ ἐκκλησία σαλπίζει, καὶ τὰ λαμπρᾶς ἐκείνης καὶ θεοπρεπεστάτης φωνῆς τοῖς ἀκοαῖς τὸν ἦχον ἐλκύσω, μεταίρομαι ὅλος γίνομαι τῇ προθυμίᾳ.

i) εἰς τὸν θεόσωμον τάφον, *in divini corporis ſepulturam Domini noſtri JEſu CHriſti*, ſancto Sabbato. Incipit: ἀφ' ἑκάστου μὲν τῶν ἔργων καὶ σωτηρίων ἡμῶν ἔργων καὶ πράξεων, τὸ περὶ ἡμᾶς φιλανθρωπίας τὸ μυεῖσθαι ἐμφανίζεται, καὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν λαμπρῶς αἱ χάριτες ἀναπτύσσονται. Καὶ πολὺς ὁ τῆς εὐφροσύνης γλυκασμὸς τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπισκιάζομαι ψυχαῖς.

k) Τῇ παρασκευῇ τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν, *in paraſceve primæ hebdomadis jejuniorum*, dicta ex ambone templi S. Sophiæ. Incipit: ἤκουσιν ὑμῶν τὴν προθυμίαν προφθάσαντες, καὶ τὸ ὀφειλῆς τὴν καταβολὴν προκαταθέσθαι σπεύσασαντες. Hæc ni fallor eſt homilia Photii *de hæreſi*, quæ in Barvoëtii catalogo MSS. Bibl. Scorialenſis memoratur.

l) *altera* ex eodem ambone dicta, incipit: ἡ περιλαβοῦσα ὁμιλίας τὸ τέλος, εἴ τι μιμνῄσθε, τὸν λόγιον παρεδίδου καθαιρέμενον, τῆς ἐκκλησίας ἐξωθούμενον, ἀναμχωτῶν λα, πλατόμενον, ὑποκρινόμενον τὴν εὐσέβειαν.

m) *tertia*, incipit: τῶν προμάχων τῆς ἐκκλησίας, ὡς καὶ πρόσθεν ἔφημεν, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας συσκευασθέντων, καὶ τῶν ἰδίων μὲν νομίων τῶν ποιμνίων ἐρημωθέντων.

n) ὅτε τὸ θεοβόητον ἐξεικονίσθη καὶ ἀνεκαλύφθη μορφή, *quando ſanctæ Dei genitricis effigies expreſſa imagine eſt atque detecta.* dicta præſente Imperatore ex eodem ambone magnæ Eccleſiæ, magno Sabbato. Incipit: σιγᾷν εἴ τις ἄλλος πάντας μελετήσειε καὶ βίου, νῦν λαλεῖν τις εἶναι καὶ πρὸς ῥητόρων τέχνας παρεσκευάσθαι τὴν γλῶσσαν, εἶπερ ἄλλο τι ἄλλου σπουδῆς ἂν ἄξιόν τι ποιήσαιτο.

o) ἡνίκα τοῖς ὀρθοδόξοις καὶ μεγάλοις ἡμῶν Μιχαὴλ καὶ ---- ὁ κατὰ πάσης αἱρέσεως ἐσημολογαφήθη θρίαμβος. *Quando orthodoxis magnisque noſtris Imperatoribus Michaëli & ---- adverſus omnes hæreſes publico monumento conſignatus eſt triumphus.* Incipit: ἦν ἄρα ἐκ πολλοῦ γεγηρακὼς ὁ χρόνος καὶ νέαν οὐκ ἔχων ὠδῖνα, καθ' ἣν ἀκμάζων εὐθαρρεῖ σιωπᾶσθαι.

8. In Alexandri Barvoëtii Catalogo MSS. Bibl. Scorialenſis inter undecim quas memorat Photii homilias duæ ſunt hactenus mihi indictæ, una *de aſcenſione*, & altera εἰς τὴν ἔφοδον τῶν φώτων ſive in *feſto Epiphaniæ*.

9. Ἐπιτομὴ τῶν πρακτικῶν τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν Συνόδων. *Epitome Actorum Conciliorum VII. Generalium.* Incipit: ἀναγκαῖον ἐστὶ μιμουμένους ἡμᾶς

Χριστι-

χριστιανῶν αἱρέσεων ἐπιμιμήσθαι MS. in Bibl. Cæsarea teste Lambecio lll. p. 46 & diversa à Photii & aliorum editis synopsibus Conciliorum quas memoravi supra p. 520. Videbunt autem quibus MStos Codices evolvendi dabitur occasio, num diversa etiam sit ab inedita synopsi *Photii* Tyrii, quam laudavit Usserius de Symbol. p. 25. & quæ MS. fuit apud Is. Vossium.

Odæ novem MSS. exstant Paris. in Bibliotheca Collegii Claromontani cum Theodori Prodromi versibus de duodecim mensibus aliisque, teste Phil. Labbeo in Bibl. nova MSS. p. 139. *Ex hisce odis meridiana luce clarius liquere* ait Paulus Colomesius *Photium nostrum carminis laude floruisse, ut de eo Nicetas Paphlago.* * Photii στιχηρὸν in Methodium CPol. ex octoëcho, T. 2. Act. Sanctor. Junii p. 959. Anecdota quædam Photii epigrammata in Anthologia inedita Leonardi Philaræ quæ exstat MSS. in Bibl. Coisliniana. Alius Photius Monachus cujus explicationem tropariorum *S.* Stephani Sabaitæ citat Nic. Comnenus in prænotionibus Mystagicis p. 397.

In Psalmos Catena ex Athanasio, Basilio, Chrysostomo & Theodoro Heracleota, MS. in Bibl. Segvieriana sive Coisliniana. Vide Catalogum *MSS.* ejus Bibl editum, à celeberrimo Montfaucono. p. 58. 59.

In Prophetas MS. in Bibl. Vaticana, ut ex Possevino Colomesius & Caveus.

In Epistolas Pauli MS. in Bibl. Cantabrigiensi. *Ex* hoc commentario idem Caveus notat plura desumsisse Oecumenium (à quo etiam nominetenus non raro *Photius* laudatur) codicem vero istum esse mutilum initio & fine, & totum in Epistolam ad Romanos commentarium in illo desiderari.

In Categorias Aristotelis, MS. in Codice Regio Paris. 547. teste Labbeo p. 114. Bibl. novæ MSS.

Lexicon Photii, quod in Anglia servant viri docti, longe diversum est à Gudiano, longeque brevius, atque Photium certius auctorem habet. Nam MS. quod ex Bibliotheca illustris Viri Marqvardi Gudii pervenit in Principalem Gvelpherbytanam, duobus spissis crassisque constat voluminibus quadratis, nec auctoris gerit nomen præfixum, & in etymologiis enucleandis versatur atque incipit: σὺν Θεῷ ἀρχὴ τῆς κῆ στοιχείου Ετυμολογίας. ἀρχὴ τοῦ ά στοιχείου. ἀάθητον &c. Itaque & Gisbertus Cuperus timide illud tribuit Photio lib. 2. Observationum cap. 8. MS. *Etymologicum penes Marquardum Gudium, quod creditur Photii Patriarchæ.* Et

* supra p. 375.

Et ante Cuperum Ezechiel Spanhemius p. 358. de usu numism. *Auctor Etymologici MS. qui Photio Patriarcha existimatur, & apud eruditissimum Marquardum Gudium nostrum mihi inspectus*, κερέσαι, τὸ πάλαι δὲ κειρᾶι ἔπινον &c. Citat iterum p. 368. 369. & H. Vossius Var. Observat. p. 126, 127. At Anglicanum illud Lexicon voces Oratoribus & Historicis, partem etiam Poëtis usitatas exponit brevissime, atque inscribitur: Φωτίου ἐκ τῶν ἀγνώστου Πατριάρχου κωνσταντινουπόλεως λέξεων συναγωγὴ, αἱ μᾶλλον τῶν ἄλλων ῥήτορσι καὶ λογογράφοις ἀνήκουσιν εἰς χρείαν. προσῳδίαις δὲ θαυμάσιος τῷ πρώτως θεμένῳ καὶ ἄρχοντι ἐκ λυκοσαμίας, ὁμοίως μαθητῇ.

Πρόλογος ἐκ λεξικῶν, ἃ ὧν ῥητόρων τε πόνοι καὶ συγγραφέων ἐξωρύξαντο μύλισα.

Αἱ τῶν λέξεων πλείας ὡς ἂς τὸ πολιτικὸν νέμεται ἔθνος, εἰς τὸ ὠφελίσατον τοῖς βουλομένοις προσέχειν διογενιανῷ συνελέγησαν, οὐ γὰρ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἐπὶ τῶν ἦκεν τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν πραγματείαν ἐνεργήσασθαι, ἀλλ' ἓν ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι ἐδόκει τῶν πρότερον ------ καίριον κεχρῆσθαι, συναγαγὼν τὴν ἀναγραφὴν καὶ ἐποιησάμην, ἐκ τῶν ποιητικῶν παντελῶς ἀπόντας, ἐπεὶ μηδ' ὅσοι ταύτας συνελόχασι, τῶν ἁρμοζόντων τῇ χρείᾳ μέτρῳ φράσαι παντελῶς ἀπέχοντο. &c.

Incipit: Ἀ τὸ ἄλφα πρόσωπον θεῖναι, δηλοῖ τὸ εἶδος, ὅτι γὰρ καλλίμαχος κέχρηται. ἤτοι μὴν εἰ μονοσύλλαβος ἡ λέξις ὅσα καθ' ἑαυτὴν ἀνύτουσα παρίσα διάνοιαν. ὡς μέρος δὲ παραλαμβανομένη λέξεως, ἅ δηλοῖ δὲ καὶ τὸ μέγα, ὡς τὸ ἀχαιὲς πέλαγος. ἀλλὰ καὶ τὸ πολύ; ὡς τὸ ἐν ἀξύλῳ ὕλῃ. καὶ τὸ ὁμοῦ ὡς τὸ ἀδελφός, ὁ ἐκ τ' αὐτῆς δελφύος ἤτοι μήτρας. καὶ τὸ κακὸν, ὡς τὸ ἀμήχανε, ἀντὶ τοῦ κακεμήχανε, καὶ τοιαῦτα ἕτερα.

Ἀ ἀ ἐπὶ τοῦ μεγάλου ἐστὶ δὲ χρηστικὸν ἀναφώνημα, δασυνθὲν δὲ γέλωτα δηλοῖ, ὡς φησι Διογενιανός.

Ἄα, σύστημα ὕδατος.

Ἄαπλον, ἰσχυρὸν, βαρὺ, χαλεπὸν, οἱ δὲ ἄπλητον, καὶ χεῖρας ἀάπλους μεγάλας, ἀπροσπελάστους, ὧν οὐκ ἄψαιτό τις. εἰ δὲ ψιλωθείη, τὰς ἀπλοήτους. εἰ δὲ ἄαπτον ἄπειρον, ἀπείραντον.

Ἀάπλους οἱ μὲν δασύνοντες τὸ δεύτερον α, ἀκάμπτους ἀπροσπελάστους, ὧν οὐκ ἂν τις ἄψαιτο. οἱ δὲ ψιλοῦντες, ἀπράκτους. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἀνακρούκτους καὶ χαλεπάς. Ἄπτιον δέ φασιν, βάλιτα καὶ ἀπρονοίας ὧν οὐκ ἂν τις ἄψαιτο, ἢ τὰς πολλὰς ἀπροσπελαζούσας.

Ἀγχιτέρμων, ὁ γείτων, ὅμορος.

ἀγωγεῖ, τῷ ἱμάντι ᾧ ἄγεται ὁ ἵππος, ὁ καὶ ῥητὴρ καλεῖται.

ἀγωγεύς, ὁ ἱμὰς τῶν κυναγετικῶν κυνῶν. ἅτως Σοφοκλῆς.

ἀγωγίμων. Φορτίων ἐμπορικῶν.

ἀγωγὺς, προπομπός.

ἀγωνία, ὁ ἀγωνισμὸς καὶ ἀγών. λέγεται δὲ ἅτως καὶ ἀγωνιστική. ἀγωνία, Ξενοφῶν ἀντὶ τοῦ ἀγών.

ἀγῶνα καὶ τὴν πρὸς τὰς ἀγῶνας ἄσκησιν.

ἀγωνιῶ, κινδυνεύω.

ἀγὼν ὄνομα κύριον δηλοῖ, ὡς Δῖος ἱστορεῖ. Σημαίνει δὲ καὶ ἦν ἀγωνίαν καὶ τὸ ἀθροίσιμα καὶ τὸν ναὸν ἐνθα ἀθροίζονται, καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ ἀθροίζεται τὸ πλῆθος. ἀγῶνα καὶ ὅμηρος τὸν τόπον αὐτὸν ἐν ᾧ ἀγωνίζεται. Θουκυδίδης δέ, προστιλθὼν εἰς ἀγῶνα, ἀντὶ τοῦ πρίοχον.

ἀγὼν ἡ δέχεται σκήψεις. τάττεται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν μηδὲν ὑποπτευόντων εἰς σκῆψιν.

ἀγωνος τῷ σχηματισμὸν ἀντὶ τοῦ ὁ ἀγών, ἀπὸ δὲ γενικῆς ἐσχηματίσθη. ἅτως Ἀλκαῖος ὁ λυρικὸς πολλαχοῦ ἐχρήσατο.

ἀγῶνα τὴν συναγωγήν, ἅτως Ἀριστοφάνης.

ἀδαγμὸς ὁ δεξιὸς μὸς, ἅπερ ἐστὶ νυσμός. ἅτως Σοφοκλῆς. &c.

Hoc Anglicanum puto lectum Josepho Scaligero, qvi illud Richardo Thomsoni in Angliam remittens, Epistola CCXXXV. *Remitto tibi nunc*, inqvit, *Photium tuum, optimum sane librum & qvem edi è re literaria est, qvanqvam omnia qvæ in illo sunt, hodie in aliis, unde ipse hausit, exstant. Qvia tamen laborem legentium levare possis, qvod in eo omnia congesta sunt, qvæ sparsim in aliis relegere labor est, non exiguam à studiosis gratiam inveris, si tam utilem librum in publicum exire patiaris. Exstat hodie magno cum fructu legentium similis labor Varini Faverini* &c. Photium in Lexico MS. apud Robertum Cottonum citat Henricus Valesius in notis ad Harpocrationem p. 4. Plura ex illo Richardus Bentleius in Epistola ad Jo. Millium, subjecta Chronico Joannis Malalæ, & nuper cum Bentleii observationibus ad Menandri reliqvias recusa. Qvod editionem Lexici Photiani viros doctos in Anglia moliri scripsit Morhofius lib. 1. Polyhistoris cap. 16. puto eum inaudiisse de conatu viri doctissimi Thomæ Galei, qvi pro suo in Græcas litteras amore ac studio hunc in se laborem suscipere voluit, ut memorat etiam W. E. Tentzelius in dialogis menstruis Germanice editis A. 1692. p. 608.

XVII.

XVII. Scripta Photii deperdita.

In Matthæum scripsisse Photium, auctores Catenarum dubitare nos non sinunt, fortasse etiam in alios libros sacri Codicis: licet illa hodie desiderentur.

Adversus Leontium. Suidas: Λεόντιος. τοῦ ἀπὸ ἐπ. ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐγένετο ἀρχιερεύς. ἐγραψε πρὸς κατ' αὐτοῦ Φώτιος ὁ Πατριάρχης.

De imaginum cultu scripsisse aliqvid colligas ex Euthymio apud Lambec. lll. p. 169. qvi adversus Iconomachos aliqvid ex Photio attulit. Vide etiam librum IV. Lambecii p. 148.

Adversus Julianum Imp. aliqva composuisse colligas ex Epistola Photii CLXXXVII. ad Christophorum protospatharium.

XVIII. Hæc de photio ejusqve scriptis dicta sufficiant, cujus lucubrationes plures adversus Latinos ut olim exustas flammis, sic postea suppressas à Romanarum partium nimium studiosis, atqve luci subductas docet Frid. Spanhemius, filius, libro de papa fœmina cap. 7. T. 2. Opp. p. 636. 637. Vide etiam Jac. Gretserum lib. 1. de jure & more prohibendi, expurgandi & abolendi libros hæreticos & noxios cap. 14. p. 74. seq. Ingolstad. 1603. 4.

CAPUT XXXIX.

MAXIMI Alexandrini Sophistæ de objectionibus insolubilibus. I. ANONYMI Prolegomena Rhetorica. 2. Indices scriptorum in libris JOANNIS Philoponi adversus Proclum, & in ejus commentariis ad Aristotelem allegatorum.

LUbet hoc capite cum Lectore communicare *Maximi* Sophistæ scriptum rhetoricum qvod promisi supra p. 417. eiqve deinceps subjungere aliam lucubrationem, alius veteris autoris, varia continentem scitu jucunda, lectuqve non indignam rhetorici itidem argumenti: & denique hoc caput concludere Indicibus scriptorum laudatorum à *Joanne Philopono*, qvem itidem daturum me pollicitus sum p. 368.

ἀλύτῳ, ἀπ' αὐτῷ τῷ ῥήτορος τὰς μεθόδους τῶν ἀλύτων ἀντιθέσεων λαμβάνοντες.

α Ἐν μὲν οὖν τῷ προσχήματι τὸ δοκεῖν λύειν ἄλυτον οὖσαν τὴν ἀντίθεσιν, ἀντιπατηγορεῖ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. Κακῶς οἱ στρατηγοὶ ἐπολέμησαν τῷ πολέμῳ, καὶ διὰ τοῦτό εἰρήνην ἐποιήσαμεν. Οὐ δυνάμενος λῦσαι ταύτην ὁ ῥήτωρ, ἀντιπατηγορῶν φάσκει, Ἂν δὴ ταῦτα λέγῃ, πρὸς θεῶν ἀντερωτήσατε αὐτὸν μεμνημένοι, πότερον ἐξ ἑτέρας τινὸς πόλεως ἄρχοι πρεσβεύων, ἢ ταύτης αὐτῆς. εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἑτέρας, ἣν κρατηκέναι τε τῷ πολέμῳ φήσει, καὶ χρησοὺς ἔχειν στρατηγοὺς, εἰκότως χρήματα ἔλαβεν· εἰ δ' ἐκ ταύτης αὐτὸ, τίνος ἕνεκα ἐφ' οἷς ἡ πέμψασα πόλις τῶν αὐτὸ ἀφέστηκεν, ἐπὶ τούτοις οὗτος δῶρα προσλαβὼν φαίνεται; Ἀδύνατον γὰρ δεῖξαι ὅτι οὐ κακῶς οἱ στρατηγοὶ ἐπολέμουν, διὰ τοῦτο σὺν φησὶν ἀντιπατηγορῶν, δῶρα εἴληφας.

β Ἐὰν δ' μὲ ἔχῃς λῦσαι ἀντίθεσιν, εὐπροσώπως ἀναβάλλῃ τὰς λύσεις τῶν εἰρημένων· εἰς ἕτερον χρόνον παρέξομαι. ἢ, νυνὶ διὰ τόδε οὐ πεποίηκα. ἢ, ὥσπερ διὰ τόδε ποιήσω. οὕτως ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος, Ἂν τοίνυν λέγῃ περὶ τῆς ἐταιρήσεως νόμου, ὡς ὑβρίζοιμεν ἡμεῖς καὶ βλασφημίας ἂν εἰκῇ προσηκούσας κατ' αὐτὸ ποιούμεθα, δεῖν πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ἐλέγχειν,

commemoravimus, exempla, ex Demosthene ipso sumtis objectionum insolubilium retundendarum satronibus.

1. Caussando igitur solutionem objectionis, qvam solvere non poterat, vicissim accusat adversarium Orator in Oratione adversus Æschinem. *Duces male rem gesserunt in bello, itaque pacem* (cum Philippo) *fecimus.* Hoc cum non posset solvere Orator, vicissim accusans ait: a) *Quæ si dixerit, obtestor vos, ut memineritis eum vicissim interrogare, utrum ex alia urbe legatus abierit, an ex hac eadem. Nam si ex alia, quam bella superiorem fuisse dicit, ac bonos duces habuisse, merito pecuniam accepit. Sin ex hac ipsa, qua gratia propter quæ urbs, à qua missus erat, suis hostis cessit, ob ea ipse dona accepisse cernitur?* Cum non enim posset ostendere qvod duces in bello rem male non gessissent, ideo vicissim accusando eum arguit dona accepisse.

2. Si non possis commode solvere objectionem, solutionem objectorum differ hunc in modum: alio tempore respondebo. Vel: nunc ideo à respondendo me abstineo, vel: tunc huic objectioni satisfaciam. Sic Demosthenes in Oratione contra Androtionem: b) *Qvod si dixerit de impudicitia nos esse injurios, & falsa in se maledicta jacere, apud Senatum esse fidem faciendam accusationi, ut ibi de*

a) p. 219. b) p. 421.

ἐπὶ χιλίαις ἐκινδυνεύομεν, ὑποβαλόντα αὐτῷ, ἔτι καὶ τοῦτο ποιήσομεν ὕστερον, ἐπειδὰν νῦν περὶ ὧν εἰσήκτε, δῶμεν λόγον. Οὔτε γὰρ ἀδύνατον εἶναι δόξειν λῦσαι τὴν ἀντίθεσιν, καὶ ἀναβολὴν μὴ ἀπολογίαν εἰργασμένον ἀξιοπίστως, ἀπάξειν ἀπὸ τῆς διαθέσεως οὔσης ἀλύτου τὸν δικαστήν.

γ' Συνδραμὼν δὲ τῇ ἀλύτῳ ἀντιθέσει, καὶ συνδεδεμὼν ἀντιπαηγορήσεις ἢ ἀντιδίκου. πάλιν γὰρ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀλύτων θεωρήματι παραδείγματος παρείσαγε, μικρᾶς καὶ ἀθανοῦς καὶ γλίχρας τὰς διαφορὰς οὔσης ἐνταῦθα. ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου, Εἶτα τοίνυν μοί τις ἔξεστι προσελθὼν πρὸ τῆς δικαστηρίου, χάριτος καταγορεῦσαι αὐτὸν παρεσκευάσθαι, καὶ διὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐξαπατήσειν ὑμᾶς ἐλπίζειν. ἐγὼ δὲ ὅτι πάντα μὲν τρόπον κρινόμενος χάριτος ἀφεθήσεσθαι πιστῶς καὶ εὐνοϊκῶς ὅσον ἦν ἐπ' ἐκείνῳ, πράττων ὑπὲρ ὑμῶν. διὰ δὲ τοὺς ἐπὶ χρήμασι λυμαινομένους τοῖς πράγμασι, πολλῶν ὑστερῶν, οὐ σφόδρα διϊσχυρίζομαι ἀλλ' ὑστερβολὴν ποιήσομαι. ἔστω γάρ, πάντα ταληθῆ λέξειν τοῦτ' αὐτῷ τουτονί. καὶ οὕτω τοίνυν κωμικὸν γέλως ἐστὶ καταγορεῖν ἐκείνου τουτονί. ἐγὼ γὰρ Αἰσχίνην οὐδενὸς αἰτιῶμαι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ πραχθέντων· τούτων γὰρ ἔστιν ὑπεύθυνοι οἱ στρατηγοί, οὐδὲ ἓν ποιησα-

de mille drachmis (pro calumnia pendendis) *periclitemur: monete ipsum quod & hoc facturi sumus deinceps, postquam horum nunc quæ ingressi sumus rationem reddiderimus.* Ita enim non videbetis solvere objectionem haud posse, & in dilatione te defensurus fidem invenies, adeoqve judicem ab objectione qvam dissolvere non valebas, abduces.

3. Concedendo objectionem qvæ solvi neqvit, eiqve assentiendo accusabis vicissim adversarium. Nam & istud exemplum in doctrina hac de indissolubilibus objectionibus iterum adducere juvat, licet parva sit levisqve & vix notanda differentia. Sic itaqve Demosthenes Oratione adversus Æschinem. c) *Dudum autem ante curiam quidam venit & mihi rem dixit omnium absurdissimam: instituisse eum Charetem accusare, atqve eo modo & iis verbis decipi posse vos sperare. Ego vero, si accusetur Chares, inventum eum iri fideliter & benevole modis omnibus pro vobis egisse, quicqvid in ipso fuerit: propter eos autem qui suis corruptelis negotia perderent, tanto fuisse inferiorem: non magnopere ista contendo, sed nimium ipsi largiar. Esto, vere Æschines de eo dicat omnia: etiam sic tamen admodum ridiculum erit eum ab isto accusari. Ego enim nihil, quod in bello gestum est, Æschini imputo, id enim à ducibus requirendum est: neque pacem factam à Republica: sed hactenus*

c) p. 244. seq.

Ol

ἀλύτε, ἀπ' αὐτῆ ῥήτορος τὰς μεθόδους τῶν ἀλύτων ἀντιθέσεων λαμβάνοντες.

α Ἐν μὲν οὖν προσχήματος ἕνεκεν λύειν ἀλυτον οὖσαν τὴν ἀντίθεσιν, αἰσχυνηγορεῖ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. Κακῶς οἱ στρατηγοὶ κεχρῆσθαι τῷ πολέμῳ, φησὶ, διὰ τοῦτό εἰρήνην ἐποιήσαμεν. Οὐ δυνάμενος λῦσαι ταύτην ὁ ῥήτωρ, αἰσχυνηγορῶν φάσκει, Ἂν δὲ ταῦτα λέγῃ, πρὸς θεῶν ἀντερωτήσατε αὐτὸν μεμνημένοι, πότερον ἐξ ἑτέρας τινὸς πόλεως ἔρχεσθαι πρεσβεύων, ἢ ταύτης αὐτῆς. εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἑτέρας, ἦν κρατησάντας γε τῷ πολέμῳ φήσει, καὶ χρησοὺς ἔχειν στρατηγοὺς, εἰκότως χρήματα εἰληφὼς· εἰ δ' ἐκ ταύτης αὐτῆς, τίνος ἕνεκα ἐφ' οἷς ἡ πέμψασα πόλις τῶν αὐτὸ ἀφέσηκεν, ἐπὶ τούτοις οὗτος δῶρα προσλαβὼν φαίνεται; Ἀδυνατῶν δὲ δεῖξαι ὅτι οὐ κακῶς οἱ στρατηγοὶ ἐπολέμουν, διὰ τοῦτο οὗτ' φησὶν αἰσχυνηγορῶν, δῶρα εἰληφας.

β Ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς λῦσαι ἀντίθεσιν, εὐπροσώπως ἀναβάλλῃ τὰς λύσεις τῶν εἰρημένων· εἰς ἕτερον χρόνον παρέξομαι. ἢ, νῦν διὰ τόδε οὐ πεποίηκα. ἢ, ὧδε διὰ τόδε ποιήσω. οὕτως ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος, Ἂν τοίνυν λέγῃ τις ὡς ἐγὼ τὰ ἐταμιήσατο νόμου, ὡς ὑβρίζομεν ἡμεῖς καὶ βλασφημίας οὐχὶ προσηκούσας κατ' αὐτὰ ποιούμεθα, δέον πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ἐλέγχειν, commemoravimus, exempla, ex Demosthene ipso sumtis objectionum insolubilium retundendarum satronibus.

1. Caussando igitur solutionem objectionis, qvam solvere non poterat, vicissim accusat adversarium Orator in Oratione adversus Æschinem. *Duces male rem gesserunt in bello, itaque pacem* (cum Philippo) *fecimus.* Hoc cum non posset solvere Orator, vicissim accusans ait: a) *Quæ si dixerit, obtestor vos, ut memineritis eum vicissim interrogare, utrum ex alia urbe legatus abierit, an ex hac eâdem. Nam si ex alia, quam bello superiorem fuisse dicit, ac bonos duces habuisse, merito pecuniam accepit. Sin ex hac ipsa, qua gratia propter quæ urbs, à qva missus erat, suis bonis cessit, ob ea ipse dona accepisse censetur?* Cum non enim posset ostendere qvod duces in bello rem male non gessissent, ideo vicissim accusando eum arguit dona accepisse.

2. Si non possis commode solvere objectionem, solutionem objectorum differ hunc in modum: alio tempore respondebo. Vel: nunc ideo à respondendo me abstineo, vel: tunc huic objectioni satisfaciam. Sic Demosthenes in Oratione contra Androtionem: b) *Qvod si dixerit de impudicitia nos esse injurios, & falsa in se maledicta jacere, apud Sevinos esse fidem faciendam accusationi, ut ibi de*

a) p. 219. b) p. 421.

ἔτι ἐπὶ τοῖς χιλίοις ἐκκινδυνεύσομεν, ὑπομνήσατε αὐτὸν, ὅτι ἢ τοῦτο ποιήσομεν ὕστερον, ἐπειδὰν νῦν περὶ ὧν εἰσήκαμεν, δῶμεν λόγον. Οὔτε γὰρ ἀδύνατον εἶναι δόξης λῦσαι τὴν ἀντίθεσιν, καὶ ἀναβολὴν μὴ ἀπολογίαν εὐεργασμένον ἀξιοπίστως, ἀπάξεις ἀπὸ τοῦ ἀληθεύσοντος οὔσης ἀλύτου τὸν ἀνταγωνιστήν.

γ' Συνδεομένῳ δὲ τῇ ἀλύτῳ ἀντιθέσει, καὶ συνδεομένων ἀντικατηγορήσεις ἢ ἀντιδίκου. πάλιν γὰρ ἦν τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀλύτων θεωρήματι ἀναγκαίῳ παράδειγμα, μικρᾶς καὶ ἀθανοῦς καὶ γλίσχρου τῆς διαφορᾶς οὔσης ἐνταῦθα. ὡς Δημοσθένης ἐπὶ τῷ κατ' Αἰσχίνου, Εἶτα τοίνυν μοί τις ἄφνω προσελθὼν πρὸ τοῦ δικαστηρίου, χάριτος καταγορεῦσαι αὐτὸν παρεσκευάσθαι, καὶ διὰ τούτου τοῦτον ἐξαπατήσειν ὑμᾶς ἐλπίζειν. ἐγὼ δὲ ὅτι πάντα μὲν τοῦτον κριτὸν ἄμεινον χάριτος αἰσθήσεσθαι πιστῶς καὶ εὐνοϊκῶς ὅσον ἦν ἐπ' ἐκείνῳ, πραττόντων ὑπὲρ ὑμῶν. διὰ δὲ τοὺς ἐπὶ χρήμασι λυμαινομένους τοῖς πράγμασι, πολλῶν ὑστερῶν, οὐ σφόδρα διϊσχυρίζομαι ἀλλ' ὑπερβολὴν ποιήσομαι. ἔστω γὰρ, πάντα ταληθῆ λέξειν περὶ αὐτοῦ τοῦτονί. καὶ οὕτω τοίνυν κομιδῇ γέλως ἐστὶ κατηγορεῖν ἐκείνου τουτονί. ἐγὼ γὰρ Αἰσχίνην οὐδενὸς αἰτιῶμαι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ πραχθέντων· τούτων γὰρ ἔσται ὑπεύθυνοι οἱ στρατηγοί, οὐδὲ τοῦ ποιήσα-

de mille drachmis (pro calumnia pendendis) *periclitemur: monete ipsum quod & hoc facturi simus deinceps, postquam horum nunc quæ ingressi sumus rationem reddiderimus.* Ita enim non videberis solvere objectionem haud posse, & in dilatione te defensurus fidem invenies, adeoqve judicem ab objectione qvam dissolvere non valebas, abduces.

3. Concedendo objectionem qvæ solvi neqvit, eiqve assentiendo accusabis vicissim adversarium. Nam & istud exemplum in doctrina hac de indissolubilibus objectionibus iterum adducere juvat, licet parva sit levisqve & vix notanda differentia. Sic itaqve Demosthenes Oratione adversus Æschinem. c) *Dudum autem ante curiam quidam venit & mihi rem dixit omnium absurdissimam: instituisse eum Charetem accusare, atqve eo modo & iis verbis decipi posse vos sperare. Ego vero, si accusetur Chares, inventum eum iri fideliter & benevole modis omnibus pro vobis egisse, qvicqvid in ipso fuerit: propter eos autem qui suis corruptelis negotia perderent, tanto fuisse inferiorem: non magnopere ista contendo, sed nimium ipsi largiar. Esto, vere Æschines de eo dicat omnia: etiam sic tamen admodum ridiculum erit eum ab isto accusari. Ego enim nihil, quod in bello gestum est, Æschini imputo, id enim à ducibus requirendum est: neque pacem factam à Republica: sed hactenus*

c) p. 244. seq.

σθαι τὴν πόλιν εἰρήνην. ἀλλ' ἄχει ἰούτων πάντα ἀφίημι. ἢ οὐ λέγω, κἀγὼ πόθεν ἄρχομαι κατηγορεῖν; ἔ, ποιμένα τὸν πόλεως εἰρήνην, φιλοκράτει συνεπῆν, ἀλλὰ μὴ ἰοῖς βέλτιστα γράφουσι ἔ δῶρα εἰληφέναι, ἔ ἐξαπατῆσαι. Συνδραμὼν γὰρ ὁτι ποτὲ ἐπολέμει Χάρης, ἔτως κατηγορῶν Αἰσχίνης προδοσίαι ἐπὶ τῷ συνεπῆν Φιλοκράτει, ἀξιόπιστος ἔδοξεν εἶναι, ὁτι ἔ δῶρα εἴληφε, λέγων.

δ Συνδραμὼν δὲ πάλιν οἷς ὁ ἀντίδικος λέγει δικαίοις οὖσι, τὸ συμφέρον ἀντιτίθησιν οὕτως, ὡς ὁ Δημοσθένης πάλιν ἐν τῷ κατ' Αἰσχίν. λέγοντος γὰρ Αἰσχίνου ὅτι πονηροὶ Φωκεῖς ἦσαν, ἔ ἐχρῆν αὐτοὺς ἀπολωλέναι, ἐκ ἀντέτη μόνῳ, συνδραμὼν δὲ ἔφη, Ἀλλὰ συνέφερεν αὐτοὺς σώους εἶναι τῇ πόλει. οὐδὲ γὰρ Λακεδαιμονίους διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν πάλαι ἐσώσατε, οὐδὲ τοὺς καταράτους Εὐβοέας, ἀλλ' ὅτι συνέφερε τότε τῇ πόλει.

ε Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς ἀντιθέσεως ἦν ὁ ἀντίδικος παρείχετο, μεταβαίνει τὸν δυνατὸν ἐφ' ἑτέραν ἀντίθεσιν, τὴν μὲν ἄλυσον, μὴ συνεκτικὴν εἶναι λέγων ἔ παρόντος ἀγῶνος, ἣν δὲ ἀνήνεγκες σύ. οὕτως ἐν τῷ κατ Τιμοκράτους ὁ ῥήτωρ πεποίηκε λέγων. λέγοντος γὰρ ἔ Τιμοκράτους ὅτι ἐκλέτισαι τὰ χρήματα Ἀνδροτίωνι καὶ Γλαυκέτῃ καὶ Μελανωπῷ, ὑπὲρ ὧν αἰτίαν ἔχω θεῖναι τὸν νόμον, ὡς ἀφειλόμην ἔτι τῇ πόλει, φησὶν, Ἀλλ' οὐ χρὴ ἰούτων κρίνεσθαι

hactenus condono etiam. Quid igitur dico? unde accusare incipio? Quod dum pacem Resp. faceret, Philocrati suffragatus est, non iis qui suadebant optima: quod munera acceperit, quod fieri cum facit. Concesso enim quod male in bello se gessisset Chares; ita dum arguit Æschinem proditionis quod Philocrati esset suffragatus, fide dignus etiam videtur quando munera eum accepisse affirmat.

4) Concessis iterum iis quæ adversarius vera ac justa objicit, utilitatem opponit: ita ut Demosthenes iterum in Oratione adversus Æschinem. d) Cum enim ille dixisset malos fuisse Phocenses, atque oportuisse illos perdere: non hoc oppugnavit, sed concedens ait: at Reip. intererat eos incolumes servari. *Neque enim Lacedæmonios propter virtutem eorum olim conservastis, neque execrandos illos Euboënses, sed quod eos esse incolumes è Republica erat.*

5) Ab objectione quam affert adversarius, judicem abducere ad objectionem aliam: illamque insolubilem negabis facere cum maxime ad præsentem controversiam, sed hanc potius quam tu adduxeris. Sic Demosthenes in Oratione adversus Timocratem, e) cum ille dixisset pecuniam solutam esse ab Androtione, Glaucete & Melanopo, pro quibus accusor legem tulisse, ut qui civitati adhuc debuerint: respondet, non de

d) p. 210. e) p. 486.

γῦν, ἄτε ἐκτέτισται τὰ χρήματα ἐκείνοις, εἴτε μή· ἀλλ' εἰ παράνομον ἐψηφίσατο Τιμοκράτης ψήφισμα. Ἀπαγαγὼν δὲ τὸν ἀλύτου ἀντιθέσεως, τὸν λεγούσης ὅτι ἐκτέτισται τὰ χρήματα ἐκείνοις, οὐχ ὑπὲρ ἐκείνων κρίνεται, λέγων, ἢ οὐχ ὑπὲρ ἐκείνων ἔγραψα τὸν νόμον, τὸ παράνομον ἐπάγαγων αἰτιῶν, ὡς παρανόμου τῆς γραφῆς οὔσης ὑπὲρ ἧς νῦν κρίνονται.

ς' Μετὰ αἰτίας δὲ τὸ πιθανὸν τῶν πραχθέντων παρέξεις, τὰς ἀλύτους ἀνηθέσεις μεθοδεύων. ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Φορμίωνος, λέγοντος Φορμίωνος, Ἡ μήτηρ σοῦ ἡ σὴ τὰς διαθήκας ἐμοὶ πεισθεῖσα ἐξέκλεξε, καὶ ἐμοὶ ἐκείνων ἐδόκει ἀπίθανον εἶναι τὸ τὸν Φορμίωνα προτιμηθῆναι ὑπὸ τῆς Ἀπολλοδώρου μητρός. μὴ τὴν αἰτίας οὖν τὸ πιθανὸν παράγαγε, αἰτιῶν, ὅτι μὴ αἰτίαν. διέφθαρται γὰρ ἡ μήτηρ. καὶ οὐ δοῦλον ἦν Φορμίων· ἀλλ' ἀνήρ. τὸ δὲ ἀναγκαῖον ἔφυγε, τῇ δόξαι μητρὸς κατηγορεῖν, προσεπισημηνάμενος ὅτι ἀναγκαζόμενον καὶ οὐχ ἑκόντα λέγει ταῦτα.

ζ' Ὅταν δὲ ἀλύτου ἀνηθέσεως μέρη διαιρῇς, παρασῇ μεθοδεύων, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου πιστώσει. λέγοντος γὰρ Αἰσχίνου ὅτι καὶ Χερρόνησον ὑμῖν αὐτὸ τὸ εἰρήνης συνεγένετο, καὶ εἰρήνην ἔχοιμι ἀντὶ πολέμου, καὶ ἱερὰς τριακοσίας, καὶ σωθῆ ταύταις καὶ χρήματα, εἰ δυνάμενον πρὸς ἅπαντα ταῦτα ὁ Δημοσθένης ἄθρόως ἀνῃρῆσθαι, οὐδὲ ὡς ἐγὼ ἔστιν ἀληθῆ δεῖξαι, διελὼν

de eo qværi jam utrum pecunia ab illis soluta sit nec ne, sed utrum nefarium Timocrates decretum tulerit. Abducens itaqve judices ab insolubili objectione, qvod pecunia soluta ab illis fuisset, non de hoc inqvit contenditur, neqve de his legem tuli: sed objicit de nefario, & legem ipsam de qva jam litigent, contra omnes leges esse.

6) Causa allata fidem rebus facies, atqve ita indissolubiles objectiones declinabis. Sic Demosthenes in Oratione pro *Phormione*, cum Phormio diceret, f) *mater tua, Apollodore, à me persvasa tabulas testamenti abolevit*, & videretur incredibile Phormionem ab Apollodori matre præferri filio, causa allatâ fidem rei facit, aitqve, *noli non credere, mater enim fuit corrupta, nec servus erat Phormio, sed vir.* Illudqve effugit qvod erat maxime odiosum, ut videretur matrem accusare, significans coactum & neutiqvam volentem hoc se facere.

7) Insolubilem objectionem commode tentabis evadere, si eam divideris in partes, ut fecit Demosthenes in Oratione adversus Æschinem. Cum enim hic objecisset, qvod pacis beneficio Chersonesum Athenienses haberent, & pro bello restituta esset pax, & trecentæ illis forent naves, hisqve instruendis apparatus & pecuniæ; hæc cum non posset

f) p. 602.

λὴν ἀντίθεσιν εἰς ἴσα μέρη. καὶ ἵν' μέρος εἰσαγαγὼν, ὅτως ἢ διαιρέσει μεθοδεύσας τὴν ἄλυσιν ἀνλύθιον, καὶ ἴσης λύσεως ἐσοφίσατο, ἀλύτων ὄντων καὶ τῶν μερῶν. ἐν μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ, τὴν Χερρόνησον ἔχετε ἐξ ἧς σῖτος ἀφθονος ὑμῖν κομίζεται, ἐν ᾗ εἰσαγωγῇ τὴν δοκοῦσαν λύσιν ἀφ' ἑαυτοῦ κατηγορίας παρέσησεν, εἰκὼς ὄντως. Ἂν γοῦν αὐτὴ φωκέων καὶ Πυλῶν Χερρόνησος ὠφέλει τὴν πόλιν, λέγη, πρὸς δίος καὶ θεῶν μὴ ἀποδέξησθε. εὐναθα γὰρ ἂν εἰ μὴ ἄλλα γέτως, καὶ Χερρόνησον καὶ Πύλας ἂν φωκέας ἔχειν. Εἰ μὲν γὰρ ἀληθὴς ἦν λύσις ἐκείνη, ὅτι ὑπῆρχε Χερρόνησος. ἐπεὶ δὲ ψευδὴς ἦν, τὸ σόφισμα ἐκεῖνο γέγονεν, Ἀλλ' οὐκ ἀνθ' φωκέων καὶ Πυλῶν. Πάλιν δὲ τὸ δύσκολον τῆς ἀνλιθέσεως μέρος εἰσήγαγε, λέγων, Οἶδα γοῦν ὅτι τοὺς μὲν ὑπὲρ τῶν κατηγορημένων αὐτῷ λόγους Αἰσχίνης φεύξεται. βουλόμενος δὲ ὑμᾶς ὡς πορρωτάτω τῶν πεπραγμένων ἀπαγαγεῖν, διέξεισιν ἁπλόα πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαθὰ ἐκ τῆς εἰρήνης γίγνεσθαι, καὶ ἴδιον ἐκ τοῦ πολέμου κακά. καὶ ὅλως ἐγκώμια εἰρήνης ἔρει. καὶ ταῦτα ἀπολογήσεται. ἔστι δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα, κατηγορήματα ἔτι. εἰ γὰρ ἡ τοῖς ἄλλοις ἀγαθῶν αἰτία, τοσούτων πραγμάτων καὶ τηλικαύτης ταραχῆς ἡμῖν αἰτία γέγονε, τί μὴ εἶναι ἔτο φῇ, πλὴν ὅτι δῶρον λαβόντες ἦτον, καλὸν πρᾶγμα φύσει, κακῶς διάθηκαν; Καὶ ἐν αὐτῇ τῇ διαcunjunctim refellere Demosthenes, nec quo falsa essent demonstrare, divisit objectionem in tres partes, singulasque inducens, ita divisionis ope hanc indissolubilem objectionem scite declinavit, & solutionum specie elusit etiam partes, quæ dissolvi vix ac ne vix quidem poterant. Nam ad primam, *Chersonesus vobis est, ex qua commeatus abunde ad vos affertur*, in inductione per recriminationem solvere objectionem videtur cum ait: g) *Quod si pro Phocensibus & Pylis Chersonesum superesse Reip. dixerit, per Jovem & Deos vos obsecro, ne admittatis, potuisse enim alia ratione & Chersonesum & Phocenses & Pylas habere.* Licet enim vera solutio fuisset, dicere *Chersonesum non esse relictam Atheniensibus*, tamen quoniam falsum hoc erat, illo potius scite excogitato usus est: *at non pro Phocensibus Pylisque.* Hinc ad alteram objectionis partem progressus h) *Equidem scio*, inquit, *Æschinem ad accusationem nihil esse responsurum, sed quo vos quam longissime à causa abducat, commemoratum quantum universi mortales commodorum ex pace percipiant, contra, quas è bello cladas, ac denique laudationem pacis, defensionis loco allaturum. Sunt autem ea omnia cum ejus criminatione conjuncta. Nam si pax, quæ aliis tot bonorum causa est, tot negotiorum & tantæ perturbationis causa nobis extitit, quid tandem dici conveniet, nisi*

ipsos

g) p. 210. h) p. 211.

f) Eustathius in Iliad. λ. p. 834. edit. Rom. (Basil. 768) τὸ δὲ (ἶσος) ἐν τῷ κζ στοιχείῳ μεγάλῳ βιβλίῳ ἓξ Σουίδα, δηλοῦται ζωΐδια οἷον ὄνος ἢ τινα τοιαῦτα ἐυτελίστατα. Ad Odyss. H. p. 1571. ἀναβιβάζεται απ αὐτοῦ κζ ἡ ἀναβὰς ἓξ Σουίδα αὔθραυσ· (αἴθραυσ·) ἢ κζ ἀνδραχλη, ὡς ἐκεῖνος λέγει. Ad Odyss. Σ. p. 1851. ἓξ δὲ μισθὸς ὁ μόνον ῥῆμα προῆκται τὸ μισθῶ, μισθώσω, ἀλλα κζ μισθάριον καθ' ὑστοριςμόν, ὃ χρῆσις κζ ἐν τοῖς Σουίδα. (apud Suid. μισθάρια legitur male pro μισθάρια.) Ad Odyss. A. p. 1406. ἀναβλύδη παρ' Ὁμήρῳ αὐτὶ ἓξ συγκριτικῶς ὡς οἱ πλείους φασί, κζ δὲ τὸν Σουίδαν, αὐτὶ ἓξ ἀπαρτητικῶς, ἀναλογισμικῶς. Ad Odyss. E. p. 1528. ἔστι δὲ παράσγμα, ὡς δηλοῖ Σουίδας, στίγμα. & p. 1538. πολλῶν δὲ κζ ἄλλων ὄντων, εἶδον ὁ Σουίδας κζ τὸ οἶ, καὶ ὕτερον μβῦ ὂν ἓξ ωῆ. Ad Odyss. Z p. 1554. Σουίδας γὰρ ἐν τῷ ά, φησιν ὡς ἡ Λαέρτισα σφαιρίζουσα πίλῳ ὤλισθεν εἰς τὸν Πηνειόν. Ad Odyss. Γ. p. 1469. ὡς ἀνειρώθη Ποσειδῶνι (ὁ μικρὸς λόθος) πρὸς τὸ μὴ ζὰ κύματα παλάζειν φασὶν ὧ, ἐν τοῖς ἓξ Σουίδα κεῖται. Ad Odyss. B. p. 1441. Τὸ πενηγέστερον αὐτὶ ἓξ ὁ ἀηγικώτερον, ὅπερ ἐν τοῖς ἓξ Σουίδα κεῖται. Ad Odyss. A. p. 1403. εἰ δὲ κζ Σ-ίδαν ἐκ ἔστι τεσσαρασυλλαβως ἰφιαλεῖς, ἀλλα τρισυλλαβῶς φιαλεῖς. Præter hæc decem loca exstat etiam undecimus, in quo Suidæ lexicon licet non citatur nominatenus, tamen respicitur & tanquam scriptoris insignis ac fide digni celebratur ad Iliad. Γ. p. 378. edit. Rom. (Basil. 286.) ὁ δὲ γεάψας ἐν στοιχειακῇ ζάξει λέξεων, λεγεσθαι θεαιδίσαιον ζάβ' ὃ αἱ ἀμφίθυγγε προσῳδαληγήσης, τὸν Θεῦ ἰδίαν ἔχουσα, κζ ωῆδαθεὶς χρῆσιν Ἀνθιφῶντος, τὸ ἄνθρωπ· ὃς φησι πάντων θηρίων θεαιδέστατ· γινεσθαι, καὶ ἐν μύθοι γεάφει, πιστεύεται δὲ ὡς λόγε πολλῆ ἄξιος. Solere Eustathium scrinia Suidæ, aliquando etiam ubi non nominat compilare, notavit Kusterus ad Suidam in πυνδαξ. Michaelem Apostolium sua ex Suida solere exscribere, id. ad ῥοδίων χρησμός.

g) Suidam *Monachum Byzantinum* vocat Joannes Rosinus in Antiqv. Rom. & post eum Joannes Bona in notitia auctorum in libris de divina Psalmodia allegatorum. *Mona-*

co quicquam de se memoriæ prodiderit. Videtur quidem in v. Σαμοθρᾴκη patriam vel gentem suam indicare, dum ait: *Qui enim initio insulam illam* (i. e. Samothraciam) *incoluerunt, Samii fuerunt, a quibus nos orti sumus.* Sed verba illa non sunt ipsius Suidæ, sed scriptoris Anonymi, ex qvo locus iste excerptus est.

2. Quod ad ætatem Suidæ attinet; de ea diversæ sunt virorum doctorum sententiæ, quarum nonnullas ad examen revocabimus. Hugo Grotius in Epist. CX. ad Gallos, h) Suidam paulo post Constantinum Leonis i) filium, qui A. C. 912. imperare cœpit, vixisse arbitratur; hac addita ratione, quantum ipse meminerit, hic Imperatorum postremus sit, k) quem in libro suo nominet. Sed virum doctissimum memoria fefellit. Nam in v. Ἀδὰμ mentio fit Imperatoris Joannis Zimiscæ; l) & in v. Κωνσταντινούπολις Basilii & Constantini fratrum; qui omnes Constantino, Leonis filio, posteriores fuerunt. Hieronymus Wolfius Suidam multo recentiorum facit, & ad Seculum XIV refert; hac inductus ratione, quod Metochitam Logothetam citet, qui sub Palæologis vixerit. Verba ejus in Præfat. ad Svidam hæc sunt: *Atque adeo, cum Metochitam Legothetam citet, qui sub Palæologis vixit, apparet, eum vix annis abhinc* 300. *Lexicon hoc composuisse.* Scribebat autem ista Wolfius A. D. 1564. Sed Logotheta, quem Svidas diversis in locis laudat, non est Metochita Logotheta, quem ineunte Sec. XIV. vixisse constat; sed Symeon Metaphrastes Logotheta, m) qui initio Seculi X. floruit: ut & ante

abum appellant etiam Josephus Scaliger ad Varronem p. 60. Maussacus in diss. Crinica p. 396. Balthasar Bonifacius XV. 7. Hist. ludicræ, Hadrianus Baillerus Tom. III judic. eruditor. p. 125 & Carolus Blount ad Philostratem p. 6. Non dubito autem ex sola conjectura à Rosino & aliis hoc pronunciatum fuisse, quemadmodum & ab Is. Casaubono qui *cucullatum Grammaticum* nuncupat lib. 1 cap. 6. ad Athenæum.

h) CXVII. ad Nic. Peirescium, qvæ in majori Epistolarum Grotii collectione est 264.

i) Constantianum Porphyrogenitum Leonis Sapientis F.

k) Hermannus Wickekindus, Rigæ tunc versans Vitas Imperatorum è Svida collectas cum Latina sua versione separatim edidit Francofurti 1557. 8. in his ultimi memorantur Constantinus Leonis Isauri filius qui A. 775 Michaël balbus qui A. 829. & Theophilus qui A. 841. obiit. Excerptæ de Imperatoribus ex Svida collecta habes etiam Græce & Latine in Frid. Sylburgii tomo tertio minorum Rom. Historiæ scriptorum, Francof. 1590. fol. quibus alia insuper de rebus Constantinopolitanis ex eodem Lexico adjunxit cum Portii versione Philippus Labbeus in tomo I. scriptorum Hist. Byzantinæ Paris. 1648. fol.

l) Joannes Tzimisces Imperator fuit ab A. 969. ad 975. hinc Basilius II. ad A. 1025. & Constantinus ejus frater ad A. 1028.

m) Svidas in αἴσαξε, ὁ λογοθέτης ἐν τῷ τ᾽ ἁγίας Θέκλης μαρτυρίῳ. Et

ante nos obſervavit vir magni inter eruditos nominis Richardus Bentlejus, in præclara Diſſertatione de Phalaridis Epiſtolis, pag. 23. Sententia igitur Wolfii hoc ſubducto, fibicine ſponte corruit. Alii inter qvos eſt vir doctiſſimus Gulielmus Cave, Noſtrum vergente jam Seculo x. n) ſub *Baſilio* & Conſtantino fratribus vixiſſe cenſent: pro qva opinione facere videtur, qvod Svidas in v. Ἄδαμ, ubi diverſas annorum Æras ſive Epochas recenſet, Chronologiam perducat uſqve ad obitum Joannis Zimiſcæ, cui anno C. 975. modo dicti Baſilius & Conſtantinus fratres in imperio ſucceſſerunt. Huc accedit, qvod Noſter in v. Κωνσταντινούπολις annos a condita CPli computans, epocham eorum terminet in Regno Baſilii & Conſtantini *Porphyrogennetorum*, ut illo tempore, qvo ea ſcribebat, adhuc imperantium. Hæc ſane ſpecioſa ſunt, & veram *Suidæ* ætatem indicare videntur. Sed ſi ex notis illis temporum, qvæ hodie in Svidæ Lexico occurrunt, de ætate ejus judicandum eſt; recentiorem eum utiqve eſſe oportet: utpote, qui exeunte ſaltem *Seculo* XI. vel ineunte XII. ſub Alexio Comneno vixerit. Nam (qvod a nemine adhuc obſervatum eſſe video) in v. Γιώργος v. Δεσπότης, & v. Ηγήτορες, loca qvædam ex Mich. Pſello o) adducuntur, qvi ſub Alexio Comneno floruit, vitamqve usqve ad initium Seculi XII. produxit. Si igitur ipſe Svidas loca iſta Pſelli Lexico ſuo inſeruit, poſt Pſellum utiqve vixiſſe eum oportet: ſed ante Euſtathium, qvippe qvi primus in Commentario ad Homerum Noſtri meminit. Vixit autem Euſtathius exiguo poſt Pſellum intervallo; ſub finem nimirum Seculi duodecimi, & initium decimi tertii. Sed qvod ad loca illa *Pſelli* adtinet; dubium non eſt, qvin a recentioribus Lexico *Svidæ* addita ſint: idqve

in ποθέω. ἐν τῇ τῦ μακαρίτε λογοθέτε μεταφράσει τῇ εἰς τὸ μακαρίτην τῦ ἁγίε Ἀκακίε. Bene obſervat Bentleius, μακαρίτην à Græcis dici qvi vel ipſorum memoria vel non adeo diu ante obiiſſet.

n) vergente ſæculo XI. ſub Alexio Comneno, Voſſius lib. 2. de hiſt. Græcis cap. 26.

o) Qvæcunqve ῥήσεις in Svidæ Lexico, addito Pſelli nomine leguntur; eas omnes Küſterus obſervavit petitas eſſe ex Michaëlis Pſelli libro inedito multas gloſſas voceſqve obſcuras explicante, qvi in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi exſtat Cod. 1837. fol. 184. hoc titulo: ψιλλα συνοψις ἀφ' ἑτέρων σαφῶν ἐκ πολιτικῶν, ὡς πασῶν τῶν ἀκατανοήτων, γενομένη πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα κύριον Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν ἐκ προσάγματος τῦ πατρὸς αὐτῦ κυρ βασιλέως. Michael Ducas Conſtantini Ducæ F. Imperator fuit ab A. 1071. ad 1078.

de loco primo p) qvi adducitur in v. Γηϊρας, audacter affirmare auſim; qvippe qvem MSS. Pariſ. non agnoſcunt. Si igitur nec ex hac nota temporis ætas Svidæ colligi poteſt; qvid tandem hac de re ſtatuendum ſit, qværet Lector. Eqvidem, nos ita cenſemus: incertum qvidem eſſe, qvo tempore verus Svidas, ſive primus Lexici hujus auctor vixerit; antiqviorem tamen procul dubio eſſe, qvam vulgo credatur; cum perſvaſum nobis ſit, plurima loca, qvæ recentiorem ætatem ſapiunt, ab aliis poſtea Lexico huic addita eſſe. Patet hoc vel ex MS. Pariſ. A. qvi trium Codicum MStorum Svidæ, qvi in Bibliotheca Regia Pariſienſi adſervantur, optimus eſt & vetuſtiſſimus. In eo enim multa loca, qvæ in recentioribus MStis, omnibusqve Editt. hodiernis reperiuntur, vel omnino deſunt, vel recentiore interdum manu ad marginem ſcripta ſunt: veluti verſus Onirocritici, qvi ex Aſtrampſycho vel Nicephoro in Lexicon hoc translati ſunt; itemqve loca ex *Paulo Ægineta* excerpta; & alia, de qvibus in Notis noſtris Lectorem monemus.

3. Qvamvis autem *Svidam* antiqviorem, quam vulgo creditur, ſtatuamus: q) non tamen cum Lil. Greg. Gyraldo eum adeo antiqvum cenſemus, ut Strabo, quem ſub Auguſto floruiſſe conſtat, ejus meminiſſe potuerit. Exiſtimat nimirum modo laudatus vir doctiſſimus, *Svidam* noſtrum eundem eſſe r] cum Svida vetuſto Hiſtorico, cujus præter *Strabonem*, Scholiaſtes Apollonii Rhodii, & *Stephanus Byzantius* mentionem faciunt. Verba ejus Dialogo III. *de Hiſtoria Poetarum* hæc ſunt; *Quibus illud vere reſponderi poteſt, Svidam antiqvum fuiſſe ſcriptorem, cujus imprimis a Strabone* s) *fit mentio, & ab iis, qvi in Apollonium Rhodium commen-*

p) Qvoniam Kuſterus primum tantummodo locum non agnoſci à MSS. Pariſienſibus obſervat, hinc videtur tacite ſimul profeſſus cætera loca ex Pſello adducta in Codicibus illis contineri, qvorum unum annorum ſaltem qvingentorum vetuſtatem habere infra §. 16. non diffitetur. Itaque veram puto illorum ſententiam, qvi ſtatuunt ex Pſelli libro Svidam ipſum qvædam in Lexicon ſuum tranſtuliſſe, & ſub Alexio Comneno, ut viſum etiam Voſſio, circa ſæculi XI. extremum floruiſſe.

q) Neſcio qvid in mentem venerit erudito viro Joanni Hallervordo, qvi in Bibliotheca curioſa Regiomonti 1676. 4. edita p. 379. tradit Svidam Syriani Alexandrini diſcipulum & Procli συυφοιτητὴν fuiſſe, clarum circa finem ſæculi qvinti. Non audiendos etiam puto qvi cum Gilberto Genebrardo in Chronographia ad ſæculum octavum referunt, vel ad nonum cum Andrea Sauſſæo p. 656. de Myſticis Galliæ ſcriptoribus.

r) Hoc perſvaſum etiam Antonio Poſſevino in Apparatu ſacro T. 2. p. 437. ubi errores qvosdam qvos putat Svidæ perſeqvitur usqve ad p. 442.

s) Strabo lib. VII. p. 227. Σωσίβιος δὲ τοὺς Θετταλοὺς μυθώδεις λόγους περὶς-

commentaria ſcripſere, & a Stephano, & aliis. Is igitur Svidas inter alia (nam & Hiſtoriam ſcripſit,) commentaria, ut par eſt credere, non admodum magna condidit, quæ ab aliis poſtea multis locupletata & aucta, ad hanc, quam videmus, libri magnitudinem excrevere, primique Svidæ nomen obtinuere, &c. Et paulo poſt: *Simul etiam abjiciendam puto, quam Grammatiſtæ quidam faciunt, duorum hujus nominis diſtinctionem, ut ſcilicet ille antiqvior tantum ſit Hiſtoricus; hic recentior, Grammaticus.* His verbis duplex continetur ſententia; nimirum, Lexicon, qvod Svidas primus compoſuerat, ab aliis poſtea locupletatum & auctum eſſe; & deinde, Svidam Hiſtoricum & Lexicographum eundem eſſe. Priorem ſententiam probamus; & nobiſcum plures alii. At poſterior ſuffragatoribus caret, & Svidas noſter communi eruditorum conſenſu a Svida Hiſtorico diverſus, eoqve recentior merito ſtatuitur. *Et* hactenus de ætate Svidæ.

4. Qvod ad Lexicon ipſum adtinet; id ex variis compilatum eſt auctoribus t) qvorum nomina partim Catalogus ille, qvi ab ipſo Svida

χαριζόμενος. Apud Scholiaſtem Apollonii Rhodii ad I. 555. laudatur Σωίδας ἐν Θεσσαλικοῖς, & ἐν πρώτῳ Θεσσαλικῶν ad II. 1235. & ἐν δευτέρῳ ad II. 1017. ἐν τρίτῳ τῶν περὶ Θεσσαλίαν ad IV. 816. rurſus ad I. 558. Σωίδας δὲ Ἐρετριέας οἱ περὶ Εὐβοίαν πεπραγματευμένοι. Unde judice Mauſſaco in diſſ. Critica ad Harpocrationem p. 396. apud Heſychium in Πυρίαγα, qvæ pars fuit Theſſaliæ, pro Σωίλας, reſtituendum Σωίδας. Stephanus Byz in Ἀμυρία Theſſaliæ civitate: Σωίδας δ' ἐν ταῖς γενεαλογίαις, ὅτι ἔστι (Ἀμυρία) ἐκαλοῦντο Ἕορδοί. Idem in Δωδώνη. Καὶ Σωίδας δέ φησι Φηγωναίου Διὸς ἱερὸν εἶναι ἐν Θεσσαλίᾳ. Hæc de antiqvo illo Svida, qvi Auguſti ſaltim temporibus non fuit inferior.

t) Præ cæteris *eclogas* juſſu *Conſtantini Porphyrogeniti* factas ſtudioſe legit Svidas, & inde plurima in Lexicon ſuum tranſtulit, ut notatum Henrico Valeſio præfat. ad excerpta Peir ſciana. Sæpe autem loca autorum adſcribit, nominibus eorum prætermiſſis, qvorum aliqva ab Æmilio Porro, longe plura a Joanne Pearſonio in notis MSS. & a Kuſtero in ſua Svidæ editione annotata, non pauca adhuc eruditis inveſtiganda relicta ſunt. Fulvius Urſinus ex Svidæ Lexico multa *Polybii* fragmenta collegit, non ex MS Codicis auctoritate, ut putavit Caſaubonus, ſed ſola conjectura adductus & ſtyli indicio: qvi Polybianum qvid tinnire videbatur: unde Polybio interdum qvædam adſignarunt utrique, qvæ alterius ſunt ſcriptoris ut eidem Valeſio obſervatum *Marci Antonini* loca qvæ ſuppreſſo nomine apud Svidam leguntur, paſſim indicavit Tho. Gatakerus, ut *Procopii* Nicolaus Lemanus & Claudius Maltretus, Caſaubonus *Athenæi & Laërtii*, *Artemidori* Nic. Rigaltius, *Æliani* Joachimus Kühnius, *Harpocrationis* Mauſſacus, aliorum alii. In Svida, *ut lectitando & vigilando comperiſſe ſe & didiciſſe* ait idem Mauſſacus p. 396. diſſ. Critic. magna pars *ſcholiorum* qvæ *in Tragicos & Comicos* circumferuntur, *commentus*. Idem p. 392.

Lexico huic præfixus putatur; partim duo noſtri Indices poſteriores Lectori exhibent. Mirabitur autem forſan Lector, in Indice ultimo, ſive tertio, non comparere Scholiaſtam Pindari, Theocriti, & Apollonii; cum Reineſius *Var. Lect.* pag. 479. hæc de Svida habeat verba: *Svidas Harpocrationem, & Scholiaſtas veteres, maxime Ariſtophanis, Sophoclis, Thucydidis, Pindari, Theocriti, Apollonii, totos exhauſit, & in ſuum hoc armarium digeſſit.* Sed incautius ibi Vir Magnus locutus eſt. Tantum enim abeſt, ut Svidas tres Scholiaſtas poſteriores totos exhauſerit, & Collectanea ſua inde locupletaverit, ut vix unum vel alterum locum ex illis excerpſerit.

5. Cæterum ex Scholiaſtis veteribus nullum Svidas diligentius compilavit, qvam Scholiaſten Ariſtophanis; qvippe qvem totum pene in Lexicon ſuum transfudit. Qværitur autem inter eruditos, u) utrum Svidas ab hodierno Scholiaſte Ariſtophanis, an vero Scholiaſtes a Svida ſua mutuatus ſit: ſive, an hodierna Scholia in Ariſtophanem ex veteri qvodam codice ad nos propagata ſint; an vero a Muſuro, vel alio qvodam, ex Svidæ Lexico conſarcinata? Nos ita cenſemus: Hodierna Scholia in Ariſtophanem maximam partem ex veteri qvodam codice deſcripta ad nos perveniſſe, eademqve eſſe, x) ex qvibus ipſe Svidas ſua hauſit: non pauca tamen loca a recentioribus, y) partim ex Svida,

non dubitat integrum *Julii* Sophiſtæ opus cujus epigraphe ſic concipiebatur, ἐπιτομὴ τῶν Παυφίλᾳ γλωσσῶν ἐπὶ βιβλίων ἐννεηκονταένος, à Svida tranſcriptum, qvi etiam ex græca verſione libri *Hieronymiani* de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, & ex *Heſychii* Mileſii ὀνομαλόγῳ ſive de viris illuſtribus libello aliqva tranſtulit, non tamen tam multa ut eo pertinere poſſint verba apud Svidam: δ ἐπίλοιπος ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον ut viſum viro eruditiſſ. Lucæ Holſtenio c. 1. de vita Porphyrii, ubi narrat MSctos ſibi πίνακας excerptorum à Svida Collectorum vel tranſcriptorum oſtenſos à magno Sismondo.

u) Ut apud Jac. Thomaſium τὸν μανιάτην diſſ. de plagio literario §. 550. ſeq. & Mauſſacum diſſ. Critica p. 396. Andream Schottum præf. ad Græcos proverbiorum ſcriptores &c. Georg. Sigismundi Greenium diſſ. 1. de ſcholiaſte Ariſtophanis, Witeberg. 1695. &c.

x) qvæ magnam partem pervetuſtis iisqve clariſſimi nominis Grammaticis debentur Apollonio, Didymo, Symmacho, Ariſtarcho. Itaqve ex illis Svidam potius qvam ſcholiorum auctorem ex Svidæ Lexico ſua hauſiſſe plures viri docti agnoſcunt, ut Jac. Palmerius p. 920. Exerc. ad ſcriptores Græcos, Menagius ad Laertium p. 260. 264. &c. Meurſius variis in ſcriptis, Florens Chriſtianus ad Ariſtophanem p. 702. Marcus Meibomius ad Icomachi Muſicam p. 46. &c.

y) ut à Joanne Tzetze, Thoma Magiſtro, Marcoqve Muſuro primæ Aldinæ editionis curatore, & deinde ab iis qvi Florentinam in priores præſertim Comœdias paſſim excerpſerant, dederunt. Vide Kuſteri præfat. in Ariſtophanem.

Svida, partim ex aliis Scriptoribus, illis infulta esse. Et sane, quæ leguntur apud Scholiasten illum ad *Equit.* pag. 323. Ἡ δὲ στλεγγὶς τῶν πρὸς ἄλλο τι, &c. itemque ad *Acharanens.* p. 396. Σίκυον. ἀπὸ συνθείας ὁ σίκυος. &c. ex Svida in v. Στλεγγὶς, & v. Σίκυον inserta esse, emunctioris naris Lectores facile mecum sentient. Lexicographum enim illa potius sapiunt, quam Scholiasten. Eundem porro Scholiasten, interpolatum esse pag. 106. ad verba illa Comici in *Pluto*, Ἡ γλῶτ]α τῷ κήρυκι, &c. itemque pag. 486. ad verba illa in *Vespis*, Εἶλη κατ' ὄρθρον, &c. patet non solum ex eo, quod illic citetur Eustathius, z) qui Svida utique recentior est; sed etiam ex eo, quod duo ista loca in antiquissima Editione Aldina desint. Idem dicendum est de alio loco, qui legitur in iisdem Scholiis, p. 15. ubi Phalaris laudatur. Nam nec illum vetus Editio Aldina agnoscit. Sed hac de re eruditos jam ante monuit Vir in omni doctrinæ genere excellens Richardus Bentlejus, in Dissert. de Phalaridis Epist. p. 22. Notandum vero est, Suidam interdum plura habere, quam hodierna Scholia in Aristophanem: unde recte colligi posse videtur, Scholia illa non integra ad nos perveniisse. Vide nostrum v. Ἀκαλήφη, v. Ἀκόρητος, v. Ἐγκεχορδυλημένος, v. Μελλονικιᾶν, v. Ναξιαργὴς, v. Πυρρίαγις, v. Σιβυλλιᾶν, v. Στρυθὸς, v. Τίτθαι, v. Τραγικώτερος, v. Ὑπερακοντίζειν, &c. Et hæc obiter de Scholiaste Aristophanis.

6. Quod ad modum adtinet, quo Collectanea hæc digesta sunt; in eo non raro judicium & diligentiam Compilatoris desideres. Nam primo, Noster, dum loca ex variis Scriptoribus decerpta in Lexicon suum congessit, sæpe vitiosis codicibus (a) deceptus fuit: unde fit, ut voces

a) Citatur Eustathius etiam in Scholiis ad Plutum v. IIII. sed itidem in interpolata Florentina, non in Aldina editione.

z) If. Casaubonus lib. I. animadverf ad Athenæum cap. 6. *Quam sæpe isti curiosulo Grammatico* (Svidæ) *depravato codices errandi ansam præbuerint, scimus nos, qui in ejus libris multas, hoc genus culpas observavimus, ut cum* Φοιτάλμιος *male apud Sophoclem legit pro* Φυτάλμιος. *Cum apud Pindarum* Φρήμας δὲ αἰθέρος *pro* ἑρήμους. *Apud Theocritum* ὄπτα κοιλιδιόωντες, *pro* κυλοιδιόωντες. *In veteri Epigrammate* ὑσίνου θέρισμα, *pro* ὑσγίνου. *Pari stupore, (cur enim non dicam ligonem ligonem?)* σκώλια *alibi legit & probavit pro* ἰσκιάλια. Ὃ ῥηθ[illegible] *pro* ἀκαδαλίβος, subadjuva *Ram ea voce usi necessario & Graci, ut Synesius Epistola CXLV quo putem respexisse Suidam, sed vitioso codice usum* Subadjuvatum *mentio in notitia Imperii Mitto nunc alia, sane quam multa generis hujus peccata Svida, partim notata jam aliis, partim nobis alibi.* Lucas Holstenius ad Stephanum Byz. in Μελαινεῖς. *Suida, qui*

Nicol. Damaſcenum in Collectaneis Conſtantini a Valeſio editis, pag. 453. unde locus iſte depromptus eſt, de Sadyatte, patre Alyattis, dicuntur; qvæ proinde Noſter male ad Alyattem refert. In v. Νίκων Grammaticus noſter ſupina negligentia ad Niconem refert, qvæ apud Pauſaniam lib. VI. pag. 464. unde totus iſte locus excerptus eſt, de Theagene Thaſio narrantur. In v. Εὐνομιανὸς Suidas Eunomianum quendam a Belliſario e ſacro baptiſmi fonte ſuſceptum fuiſſe narrat. Locus ſcriptoris, qvi ibi adducitur, ſumptus eſt ex Procopii *Hiſt. Arc.* cap. 1. ſed ubi de Theodoſio qvodam, Eunomianis parentibus nato, non autem homine aliqvo, *Eunomianus* appellato, verba ſiunt. Gothofredus in *Prolegom.* ad Philoſtorgium, pag. 2. ex loco hoc Svidæ Eunomianum aliqvem ſibi confinxit, qvi nullus exſtitit: ut in Notis noſtris ad v. Εὐνομιανὸς pluribus docemus. In v. Πῶρος, verba illa, Τοῦτον ἤγετο γυνὴ διαίτης ὁ Ἀπολλώνιος, &c. excerpta ſunt ex Philoſtrati lib. II. *de Vita Apollonii* cap. XI. ſed qvæ Svidas peſſime ad Porum refert, cum apud Philoſtratum de Phraorte Indorum Rege dicantur. Plura exempla brevitatis gratia adducere ſuperſedeo.

8. Eſt & alius Lexici hujus nævus, qvi in eo conſiſtit, qvod ſexcentis in locis exempla, qvæ ex ſcriptoribus veteribus c) adducuntur, a capite articuli aliena ſint, nec qvicqvam faciant ad probandam ſignificationem vocis propoſitæ. Sed iſtius rei culpam non tam in Suidam confero, qvam in eos, qui varia auctorum loca Lexico huic vel ipſi adſuerunt, vel ea, quæ ad marginem ſcripta erant, abſqve judicio & delectu in textum receperunt. Multa enim eſſe apud Svidam loca, qvæ ex margine in textum irrepſerint, & imperitiam librariorum manifeſto prodant, nemo niſi plane in Lexico hoc hoſpes negabit. Videat ſaltem Lector, qvæ notavimus ad v. Ἀγροιώτης, v. Ἀναθεῖναι. v. Ἀμφογεῖτον, Κυδ. v. Ἐλλεῖν, v. Ναίνω, v. Ὑπομαχώ.

9. Qvamvis autem & alii ſint Lexici hujus nævi, d) partim ipſi Svidæ,

c) Plerumqve etiam haud nominatis, unde Joannes Rualdus animadverſ XXIV. ad Plutarchum p. 107. *Primùm quidem Suidam plerumque Arcadicum ſapere atque Midæum, multa nullo judicio curaque in ſuum Lexicon ab aliis auctoribus optimis peſſimis tranſtuliſſe ſuppreſſis fere nominibus, ignorare non potuit ſummus eruditione ac ingenio ipſe ille Baronius.* Ante Rualdum Juſt. Lipſius lib. IV. de militia Romana dialogo 10. p. 159. *Sed admoneo, ut cunque pecus Suidas eſt, aureamtamen eſſe & è meliore metallo vellus fere. Carpſit & ſumſit ex optimis qui fuerunt, & plerique non ſunt. Utinam judicio & cura, addo & fide meliori. Nam nomina fere ſupprimit, & intendere oportet quid ejus ſit, quid alienum. Cæterum etſi ille Arcadicum & Midæum ſapit, alios tamen lectores ſuos facit, qui curioſi quidem ſint & intenti*

d) In excerpendis auctorum verbis ſenſum illorum interdum pervertere notat Kuſterus in

Λείων, λείων σοι γέγονεν, αὖτ' εἴγμα σόν.

Sed fruſtra. Ex Suida enim in v. Λείων pro εἴγμα reponendum eſſe ἔκμαγμα in Notis ad illum locum probamus. Anthologiæ lib. III. cap. XIV. pag. 343. Epigramma in Proteſilaum legitur, cujus pars eſt Hexameter iſte:

Δείδρια δυσμίμητα, ἢ ἦν ποτε τεῖχος ἰδωσι.

Hic τὸ δυσμίμητα, ſenſui manifeſto adverſatur: cujus loco Brodæus reponendum cenſebat δυσμήνιτα; & Obſopœus, δυσμείλικτα. Sed uterque a ſcopo aberravit. Ex Suida enim in v. Δυσμίσητος reponendum eſſe δυσμίσητα, in Notis ad locum illum monemus. Apud Joſephum lib. I. *de Bello Jud.* cap. XIII. pag. 739. inter alia & hæc leguntur: Καὶ πᾶσα οἰκία ὁπλιτῶν ἐκτᾶτο. Vox ultima illic in mendo cubat: cujus loco ex Suida v. Νένακτο, reſcribendum eſſe νένακτο, ſenſus manifeſto ſuadet. Plura hujus generis exempla ſtudioſus Lector ex Notis noſtris colligere poterit. Nos enim hæc ſpeciminis loco tantum propoſuimus.

Porro: obſervandum eſt, Suidam res hominum cognominum perpetua ſerie interdum recitare, & ad unum caput referre ſolere: qvo fit, ut, qvæ ad diverſos pertinent, uni tribui videantur, & in hiſtoriis turbentur omnia, niſi narrationes diſtinguas, & diligenter animadvertas, ad qvos qvæqve Eclogæ referendæ ſint. Exempla habes in v. Εὐμένης, v. Ἥρων, v. Σεβῆρος, & alibi.

7. Interdum vero (qvod majus eſt peccatum) Grammaticus noſter res hominum prorſus diverſorum, & ne nomen qvidem commune habentium, b) miſcet, Eclogaſqve hiſtoricas ad alienum prorſus caput refert: cujus ἀβλεψίας pauca exempla in medium hic producam. In v. Μαξιμῖνος, ea, qvæ leguntur ab initio uſqve ad verba illa, ἐκ βλακὸς ὑπερπλεύσαι, de Imperatore Maximino Thrace intelligenda ſunt. Qvæ vero deinceps abſqve ulla nota diſtinctionis ſubjiciuntur, ad Galerium Maximianum pertinent: ut patet ex Euſeb. *Hiſt. Eccleſ.* lib. III. cap. XIV. & XVI. In v. Ἀλυάττης, verba illa priora, Λυδῶν βασιλεύς, — ἀδελφὴν ἠγάγετο, apud

Gggg Nicol.

b) tanto minus mirum ab eo confundi res diverſorum ſed ejusdem nominis hominum, unde Reineſius lib. 3. Var lect. p 762. *Sunt iſta de Philoxeno apud Suidam excerpta ex Athenæo, ſed indiligenter diſpoſita & ſine judicio, quod aliis ſexcentis locis quoque factum probabimus alibi, convaſata. Qua enim de diverſis eodem nomine Philoxenis, qui tamen omnes cupediarum culinarumque adſecla fuiſſent, narrat Athenæus, ea Suidas omnia uni adſcribit* &c. Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis c. 2, p 156. n tans Joſid cit Alexandrini hiſtorias a Svida tributas P. ſidonio Apamenſi, *Solennia igitur errat Suidas, cum ejusdem nominis ſcriptores confundit.*

Nicol. Damaſcenum in Collectaneis Conſtantini a Valeſio editis, pag. 453. unde locus iſte depromptus eſt, de Sadyatte, patre Alyattis, dicuntur; qvæ proinde Noſter male ad Alyattem refert. In v. Νίκων Grammaticus noſter ſupina negligentia ad Niconem refert, qvæ apud Pauſaniam lib. VI. pag. 464. unde totus iſte locus excerptus eſt, de Theagene Thaſio narrantur. In v. Εὐνομιανὸς Suidas Eunomianum quendam a Belliſario e ſacro baptiſmi fonte ſuſceptum fuiſſe narrat. Locus ſcriptoris, qvi ibi adducitur, ſumptus eſt ex Procopii *Hiſt. Arc.* cap. 1. ſed ubi de Theodoſio qvodam, Eunomianis parentibus nato, non autem homine aliqvo, *Eunomianus* appellato, verba fiunt. Gothofredus in *Prolegom.* ad Philoſtorgium, pag. 2. ex loco hoc Svidæ Eunomianum aliqvem ſibi confinxit, qvi nullus exſtitit: ut in Notis noſtris ad v. Εὐνομιανὸς pluribus docemus. In v. Πῶρος, verba illa, Τοῦτον ἤγετο περὶ διαίτης ὁ Ἀπολλώνιος, &c. excerpta ſunt ex Philoſtrati lib. II. *de Vita Apollonii* cap. XI. ſed qvæ Svidas peſſime ad Porum refert, cum apud Philoſtratum de Phraorte Indorum Rege dicantur. Plura exempla brevitatis gratia adducere ſuperſedeo.

8. Eſt & alius Lexici hujus nævus, qvi in eo conſiſtit, qvod ſexcentis in locis exempla, qvæ ex ſcriptoribus veteribus c) adducuntur, a capite articuli aliena ſint, nec qvicqvam faciant ad probandam ſignificationem vocis propoſitæ. Sed iſtius rei culpam non tam in Suidam confero, qvam in eos, qui varia auctorum loca Lexico huic vel ipſi adſuerunt, vel ea, quæ ad marginem ſcripta erant, abſqve judicio & delectu in textum receperunt. Multa enim eſſe apud Svidam loca, qvæ ex margine in textum irrepſerint, & imperitiam librariorum manifeſto prodant, nemo niſi plane in Lexico hoc hoſpes negabit. Videat ſaltem Lector, qvæ notavimus ad v. Ἀγροώτης, v. Διαθῆναι. v. Ἀμισογείτων, Κυδ. v. Ἐλλεῖν, v. Νάνος, v. Τἀνομαχῶ.

9. Qvamvis autem & alii ſint Lexici hujus nævi, d) partim ipſi Svidæ,

c) Plerumqve etiam haud nominatis, unde Joannes Rualdus animadverſ XXIV. ad Plutarchum p. 107. *Primùm quidem Suidam plerumque Arcadicum ſapere atque Midæum, multa nullo judicio curaque in ſuum Lexicon ab aliis autoribus optimis peſſimis tranſtuliſſe ſuppreſſis fere nominibus, ignorare non potuit ſummus eruditione ac ingenio ipſe ille Baronius.* Ante Rualdum Juſt. Lipſius lib. IV. de militia Romana dialogo 10. p. 159. *Sed admoneo, utcunque pecus Suidas eſt, auream tamen eſſe & è meliore metallo vellus fere. Carpſit & ſumſit ex optimis qui fuerunt, & plerique non ſunt. Utinam judicio & cura, addo & fide meliori. Nam nomina fere ſupprimit, & intendere oportet quid ejus ſit, quid alienum. Cæterum etſi ille Arcadicum & Midæum ſapit, alios tamen lectores ſuos facit, qui curioſi quidem ſint & intenti*

d) In excerpendis auctorum verbis ſenſum illorum interdum pervertere notat Kuſterus in

Svidæ, partim librariis & recentioribus compilatoribus tribuendi; est tamen liber longe utilissimus, e) & quem Thesaurum, omnigenæque eruditionis penu cum incomparabili Reinesio merito appellaveris. Vel sola historia Poetarum, Oratorum, Historicorum, &c. qvæ in eo continetur, auro contra cara est, & qva sine irreparabili damno Respubl. literaria carere non possit. Taceo tot & tam præclara fragmenta veterum scriptorum, hodie amissorum, quæ in Lexico hoc nobis conservantur, & pretium ei non parvum conciliant.

10. Prodierunt autem hæc Collectanea Svidæ primo Mediolani, f) A. C. 1499. Græce tantum: in qua Editione nonnulla loca desunt, quæ in

notis ad vocem πυλαώρης. Porro, non nævis qvidem adscribendum sed tamen evolventibus perqvam incommodum est, qvod cum opus Svidæ lexicorum more, ordine litterarum digestum sit, tamen in qvibusdam longe alium ordinem observat qvam vulgo uti consvevimus. Nam κ post λ qværendum est, ει post ζ, θ post ι, α post ο. Præterea consonantes duplicatæ statim post simplices, verbi gratia ἀλλαχῆ statim post ἀλᾶται, ante κ[illegible] &c. Etiam Jacobo Gronovio præfat. ad Harpocrationem probe notatum veteres in digerendis juxta seriem literarum vocibus non ita fuisse semper curiosos ut nos hodie, primam enim litteram observasse contentos, non raro in syllabis integris minus sollicite adhibuisse accuratum litterarum ordinem. Hujus tamen incuriositatis exigua in Svidæ Lexico vestigia deprehenduntur. Et nescio an fuisset vitio dandum novo Svidæ editori, si ob lectorum commodum etiam illam qvam dixi ordinis anomaliam eliminasset, & consveta omnibusqve obvia serie voces evolvendas exhibuisset.

e) Leo Allatius de scriptis Socratis p. 117. *Non tantum tribus Suida, at pannis ex quibus consutus ille liber est, cum sint admodum pretiosi & rari, multum tribuendum est.* Certe qvamplurima præclara & digna scitu iisdem qvibus alia innumera antiqvitatis tenebris sepulta nos laterent, hoc Svidæ opere si careremus.

f) Prima editio Svidæ qvæ A. 1499 fol. *Mediolani* prodiit (non Romæ, ut post Gesnerum in Bibl. opinabatur Mich. Neander in notitia auctorum Gnomologiæ Stobæanæ præmissa p. 68.) charta magna & nitida, typis luculentis, debetur *Demetrio Chalcondylæ* doctissimo Græco Jo. Mariæ Catanæi, qvi Latinam præfationem præfixit, Præceptori, & typorum operam sumtusqve cum eo præbentibus Joanni Bisolo & Benedicto Mangio Carpensibus. Hic est Catanæi Svidas, qui memoratur in C. S. Schurtzfleischii Epistolis arcanis p. 5. Chalcondyles in græca præfatione præfixa testatur pluribus se usum Codicibus MSS. in castigando opere nulli peperciisse studio: nonnulla autem, cum non posset emendare, ita ut reperit, reliqvisse, nonnulla etiam aliunde adscita addidisse. Ὁ δὲ τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἐκ βιβλίων πεντακοσίων Δημήτριός ἐστιν ὁ Χαλκοκονδύλης, ὡς πλείοσιν ἀντιγράφοις χρησάμενος καὶ πάντας πᾶσιν ἐπιμελέστατα ἀμαρτήματα ἐυρηκὼς, ὧν τὰ πλείω ἐν ἅπασιν ὡταύτως ἐτύγχανεν ὄντα πολλὰ μὲν φιλοτιμησάμενος ἐπηνώρθωσεν, ἔστι δ' ὧν ἐχ οἷός τ' ἐγένετο ἐ προσηκάσης διορ-

reliquis Editt. reperiuntur. Eam secuta est Editio Veneta, g) sive Aldina, A. 1514. & ea Græce tantum. Hæc nonnunquam a Mediolanensi discrepat: unde ex alio codice MS. eam expressam esse apparet. Deinde Svidas

θώσεως τέτυχηκέναι, ἀλλὰ τὴν μὲν τὸ λέξεως ἑρμηνείαν διὰ στυδῆς ἔχει διὰ φυλάξαι. τὴν μέντοι παρεισαγομένην ῥησιν πρὸς σαφήνειαν τὸ λέξεως ἠμελημένην ἦσαν, ὡς εἶχεν αφῆναι. ὁ μὲν ἀλλὰ ἡ λέξεως ἰνίας, αὖτις ἦ ὠφελῆσαι ἐχ ὑπῆρχον ἐν Σούδᾳ, ἄλλοθέν ποθεν συλλέξας προσέθηκεν, ὡς ἂν οἱ ζηλωτὴς τὸ σημαινόμενον αὐτῶν ἔχοιεν ἀπονώτερόν τε καὶ ἑτοιμότερον ἐντεῦθεν πορίζεσθαι. καὶ λέξεις δέ τινας ἀνερμηνεύτους, ἔνθα ἐνεχώρει, ἐπιμελὲς αὐτῷ γέγονε σαφηνίσαι. Addit idem Demetrius, Svidæ librum in Græcia pridem atque Italia ita fuisse rarum ac pretiosum, ut qui eum haberet, eo gloriaretur quasi thesaurum insignem, & Amaltheæ, qvod ajunt, cornu possideret. τόδε βιβλίον, ἴτω τοι σπάνιον καὶ πολύτιμον ἦτε ἐν τε τῇ Ἑλλάδι καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ὡς τὸν ἔχοντα κεκτημένον μέγα φρονεῖν ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον κέρας ἀμαλθίας παρὰ θαι. In titulo græcus exstat dialogus bibliopolæ & lectoris φιλομαθὴς, qvo liber commendatur, indicaturque tribus aureis venum exponi. ἡ ἀνάπυσις πόση τις ἐστι; χρυσῶν τριῶν. λάμβανε δὴ καὶ δὸς βιβλίον. De Demetrio Chalcondyla qvi A. 1510. obiit octogenario major, præter Jovium in elogiis consulere juvabit Jani Parrhasii (cui filia Demetrii nupserat) qvæsita per Epistolas p. 45. 144. 146. Alcyonium II. de exilio p. 247. Lambecium VI. p. 277. Vossium de arte Grammatica p. 15. Varillasium lib. 4. anecdoton Florentin. Bullartium T. I. Academiæ scientiar. p 280. &c. Antonius Motta Demetrii præceptor Lexico Svidæ hocce præfixit epigramma:

Demetri æternos debet tibi mundus honores,
Quod dignum, quod tam nobile tradis opus.
Debet Motta magis, cari cui tanta resultat
Gloria discipulo, te duce quanta datur.

Alterum item hoc, in qvo majorem Mediolano honorem ex editione Svidæ, qvam iis pollicetur locis qvi Hesiodum, Homerum, ac Pindarum Poetas in lucem protulere.

Olim Phocis erat doctis celebrata Poëtis
Unde novum exhausit funditus Ascra melos.
Proximus huic Helicon, vivo forte æmulus illi
In quo tam expressit nobile Smyrna sophos.
Cadmeas Dircæus olor volitare per arces
Dictus & immenso est perstrepuisse sono.
Dignius Insubri Svidæ decus exit ab urbe,
In cujus lapsa est Græcia tota sinum.

g) Editio Aldina Venet. A. 1514. viri docti manu passim notata exstat in Bibliotheca Leidensi inter libros, qvos Academiæ legavit clarissimus Perizonius. Svidæ exemplaria MSS.

das editus est Basileæ h) apud Frobenium, A. 1544. itidem Græce tantum. Hæc Editio haud fere ab Aldina discrepat, nisi, ubi vel sphalmata typographica habet, vel ab Editoribus Basileensibus interpolata est. Anno 1564. Hieronymus Wolfius i) Svidam (omissis notis mere Grammaticis, & fragmentis brevioribus) Latine a se versum absque textu Græco Basileæ edidit. Hæc versio Svidæ, ab ipso Wolfio recognita, postea recusa est Basileæ A. 1581. Mirum autem non est, Wolfio rem minus feliciter successisse, cum nullis codicibus MStis instructus, textum Svidæ, ut tunc erat, corruptum in versione sua secutus sit. Tandem Æmilius Portus, Francisci filius, Græce Lingvæ in Academia Heidelbergensi quondam

si non omnia, certe multa sic scripta fuisse qvemadmodum ἐκδόσις Aldina & Basileensis exscriptæ sunt, ut paginæ faciem diviserint in duas, qvod dicitur columnas sive σελιδας, & forsan id ipsum Svidam primum ita probasse, notat Jac. Gronovius in emendationibus ex Svida p. 110. Editio Aldina præfationis loco habet præfixum monitum Aldi de modo singulari qvem in ordine seriei literarum scriptor hic observat, qvod deinde in Basileensi quoqve & Porti, Kusterique editione repetitum legitur.

h) Editio *Basileensis* A. 1544. qvæ Aldinam per omnia exprimit, manu Isaaci Casauboni passim notata exstat Lugduni Batavorum in Bibl. Academiæ. Inter libros Gudianos qui servantur in Bibl. Gvelpherbytana, habetur eadem notata passim manu Salmasii.

i) Prima editio Latina *Hieron. Wolfii* viri, si qvisqvam, immortaliter meriti de Græcis litteris, una cum nonnullis *Joachimi Camerarii* qvæ ad calcem voluminis subjiciuntur declarationibus lucem vidit Basileæ ex Oporini officina, A. 1564. minus emendate quidem, ut ipse queritur in titulo posterioris edit. A. 1581.

Peste meam vastante domum, vastante librari
Editus hic propere est, nec sine labe liber.
Nunc positis novus exuviis nitidusque juventâ
Eusebii prodit munere Episcopii.

David Hœschelius in litteris ad Jungermannum datis Kal. April. A. 1606. 4. testatur Wolfium integri Svidæ editionem Græcolatinam paullo ante mortem adornasse, *verum aurore*, inqvit, *mortuo, fidem typographus fefellit.* Non eâdem diligentia versatum Wolfium in Svida interpretando, qva in Isocrate, Demosthene & Zonara usus fuit. Notat Andreas Schottus præfat ad *proverbiorum Centurias XIV. è Suida* collectas, & cum aliis Græcorum proverbiis Zenobii sive Zenodoti, Diogeniani & Anonymi Vaticani, utraqve lingva editas & notis illustratas Antwerp. 1612 4 Paulus Colomesius notis ad Gyraldi Histor. poëtar p 276. *Epigramma in Soranum Ducem, sub Ælii Adriani nathine ex Gerardo Geldenhaurio Noviomago profert Wolfius in historicis Suida., voce Adrianus*; *quem locum, si me audias, Lector, consules*; *ibi enim Suidam attingit Wolfius, vir alioqui naris obesa, nequaquam infeliciter*

Si præstantissimo Vossio credimus, lib 2 de Hist. Græcis c. 26. p 302. diu ante Wolfium Svidas Latine versus est a *Roberto Grosseteste* sive Capitone, Episcopo Lincolniensi, qvi A. C. 1253. diem obiit supremum. Sed licet Joannes Balæus Cen-

Professor, *Suidam* cum nova versione Latina, seu potius paraphrasi, & Notis, edidit Genevæ, A. 1619. 2. Volum. Hæc Editio, quoniam omnium earum, quæ Nostram præcesserunt, novissima est; quodnam de ea nostrum sit judicium, paulo fusius Lectori exponemus.

11. Dicimus igitur, Portum non eam, quam par erat, diligentiam in Editione sua *Suidæ* adhibuisse, nec idoneo satis instructum apparatu operi isti manum admovisse. Non solum enim cum nullis codicibus MStis Suidam contulit. (qua in re tamen contingere potuit, ut fortuna votis ejus non responderet) sed ne omnes quidem Editiones, tunc exstantes,

tur. IV. c. 18 p. 306. inter scripta Roberti, annotationes in Suidam, & Suidam ab eo translatum memorat, id tamen non intelligendum videtur nisi de narratione apocrypha quæ exstat apud Suidam in Ἰησοῦς, & ex Roberti versione in variis Bibl. adhuc superest manu exarata Eadem narratio MS. fertur ex alia versione *Lauri Quirini* Cretensis, Patricii Veneti, qui claruit circa A. C. 1453. ut alias interpretationes editas jam præteream, de quibus dixi in Codice Apocrypho Novi Test. T. 1. p. 371. * & T. 2. p. 947.

Præter Wolfium Suidæ editionem emendatiorem etiam molitus est *Hadrianus Junius* teste Valerio Andrea in Bibl. Belgica p. 109 & Joanne Sambuco in literis ad Junium datis IV. Id Febr. A. 1564. p. 620 *Tu verò tandem nobis Suidam restitutum, Epitheterum Græcorum explicationes, Nonnum & alia extrudes.* Et quantum in eo operæ ac studii posuerit, narrat ipse Junius in Epistola ad Arnoldum Birckmannum p. 74. seq. & ad Petrum Bloccium p. 116. *Habeo & Suidam locis ter mille, quid ajo? immo μυριάκις à me interpolatum & genuina lectioni restitutum, cum indicio authorum unde sua mutuatus est,* & in alia data A. 1562 ad Marchionem Anglum p. 173. *Habeo præter alia pro manibus vertendam Suidam, opus ingens & maximi usus ad omnigenam historiarum & rerum omnium abditarum cognitionem, in quo eam navavi operam, quæ & mihi honorifica, & utrinsque linguæ vetustatisque studiosis cum primis utilis atque adeo necessaria futura est, nam supra quinque aut sex millia locorum ex omnis generis autoribus petita, germanæ lectioni restituí immenso cum labore, quæ citra nostra industria opem intelligi omnino non possint* Sed p. 136 ad eundem Bloccium: *Suidas meus prius quam in manus hominum veniat, publici juris factus, biennium aut plus eo elabetur.* De Wolfii Suida sermo videtur esse Junio Epistola ad Gvil. Lindanum p. 267. *Wolfii operæ vereor ut illi parum sit futura glorioſa, nisi iis instructus veniat copiis, quas præter me an alius habeat ignoro: nunc illi in manibus quæsita gloriola frus aliquanti sper liceat.*

De magni *Pearsonii* consilio Mericus Casaubonus notis ad Hieroclem A. 1655. Londini editis p. 8. *Joannes Pearsonius vir doctissimus & in Græcis litteris & libris omne genus, quod ex luculentis* Hesychii & Suidæ, *quas dudum molitur editionibus, si vita suppetet, qua dignissimus est, literatis aliquando constituet, eximiè versatus* Suidas Pearsonii manu passim notatus servatur Cantabrigiæ, cujus notis MSS. usus est easque passim laudat Küsterus. De *Beveregio* autem falsus rumor venit ad Schurtzfleischium, qui in Epistolis arcanis T. 1. p. 5. scripsit A. 1679. *Suidas Beveregii brevi veniet in nostras manus, quem multa diligentia curat vir doctus & laboriosus apud Anglos.*

ſtantes, inter ſe comparavit. Ex tribus enim, qvæ tunc prodierant, Editionibus, Mediolanenſem (quæ omnium prima eſt, & nonnullis in locis emendatior reliquis) nunqvam inſpexit: qvæ cauſa eſt, qvare non paucos errores typographicos Editionis Aldinæ, in Editionem Baſileenſem, qvam κατα πόδα ſecutus eſt, poſtea transfuſos, imprudenter in textum receperit, eoſqve tanqvam variantes codicum MStorum lectiones, magno molimine interdum emendare conetur. Adhæc, cum totum fere Svidæ Lexicon ex fragmentis variorum auctorum, qvorum major pars hodie adhuc exſtat, compoſitum ſit; Portus exiguam plane in inveſtigandis auctoribus, ex qvibus Svidas ſua ſumpſit, diligentiam adhibuit: unde mirum non eſt, ſexcentis in locis Lexici hujus, qvæ non niſi ex auctoribus ſuis illuſtrari & emendari poſſunt, aqvam ei hæſiſſe. Præterea, (qvæ major eſt negligentia) ne ipſum qvidem Svidam ſecum contulit; cum ſæpe contingat, ut eædem ῥήσεις bis, vel ter, apud eum occurrant; hic corruptæ forſan & mutilæ; alibi vero ſanæ & integræ: ut proinde Svidas ex ipſo Svida non raro emendari & illuſtrari poſſit. Hoc cum non obſervaverit Protus, (obſervare autem debuit) ſæpe fit, ut, qvæ uno in loco recte interpretatus fuerat, alibi, vitioſam lectionem ſecutus, ſuiqve prorſus immemor, peſſime vertat, & a ſcopo longe aberret. Ne autem hæc in virum, cujus conatus ſaltem de re litteraria bene merendi laudandus eſt, immerito a me dici qviſqvam putet; allatis qvibuſdam exemplis rem probare, & omnem calumniandi ſuſpicionem a me amovere conabor.

12. Dixi, Portum Editionem Mediolanenſem nunqvam inſpexiſſe: qvod ex ſeqventibus manifeſtum fiet. In v. Ἄβαρις Editiones Aldina & Baſileenſis habent, χρησμὸς τὸς καλυμένυς Σκυθίνυς; qvam lectionem Portus ſecutus eſt: cum in Editione Mediolanenſi rectius legatur, Σκυθικὸς. In eadem voce, pro ἀΦάνισαν, Mſti. & Ed. Med. recte exhibent ἠΦάνισαν: ad qvem locum Portus: ἀΦάνισαν) *Aldinus codex*, ἰΦάνισαν. *Utrumqve vitioſum. Scribendum enim* ἠΦάνισαν, *ab* ἀΦανίζω. Recte qvidem mones Porte: ſed qvid opus fuit manifeſta menda typographica Editionis Baſileenſis in textum recipere, & inutilibus obſervatiunculis Svidam onerare? In v. Ἀγεραία, priores Editt. (ſi Mediolanenſem excipias) habent, ὅτι ἡ ἄγερα πόδας ἔχει; qvod Portus vertit, *Rus pedes habere dicitur;* addita nota ſolita N. L. i. e. *Non liqvet.* Si Editionem Mediolanenſem conſuluiſſet, non diu ei de emendatione hujus loci laborandum fuiſſet. In ea enim recte legitur, ὅτι ἡ ἄγερα πόδας ἔχει γ': i. e.

i. e. *Arura* (qvæ est certa agri mensura, ita dicta) *pedes habet quinquaginta*: qvam lectionem non solum confirmant Msti, sed etiam ipse Svidas alio loco, nimirum in v. Στάδιον, ubi idem locus repetitur. In v. Γηγενεῖς, in omnibus Editionibus præcedentibus, si Mediolanensem excipias, ante Φυσήμασι desideratur vox Γηγενεῖ; sine qva loci illius sensus omnino est obscurus & mutilus. Hæc ratio est, qvare Portus falso existimaverit, verba illa, Φυσήμασι· ἀντὶ τοῦ μεγάλῳ, & qvæ sequvuntur, non pertinere ad v. Γηγενεῖς, sed alibi esse collocanda. Aliter certe sensisset, si inspecta Editione Mediolanensi locum hunc unius vocis adjectione suppleri & sanari posse intellexisset: id qvod etiam ex alio loco Svidæ in v. Σεσμός, ubi eadem ῥῆσις repetitur, discere poterat. Post v. Ἐπιβολῷ in Editione Basileensi & Porti legitur, Ἐπιβολώτατῳ, προσοικειότατῳ: ubi nemo non videt, vocem posteriorem esse ὑποκειμένῳ, & nullo modo ἐκ ὑποβολῆς respondere posse voci Ἐπιβολώτατῳ. Rectius igitur in Edit. Mediol. cui etiam suffragantur Msti, sic legitur: Ἐπιβολώτατῳ. † Ἐπηγάγετο. προσωκειώσατο. ἰδιοποιήσατο. Nusqvam hic comparet vox adulterina προσοικειότατῳ, qvam certum est, ex voce προσωκειώσατο esse corruptam, & e genuina sede sua, qvæ est post Ἐπηγάγετο, motam, alienum locum in Editione Basileensi & Porti hodie occupare. In v. Εἰρύσατο, Editiones Aldina & Basileensis mendose exhibent ἐπικύρᾳ; qvam lectionem secutus est Portus: qvi, si Editionem Mediolanensem consuluisset, in qva recte legitur Ἐπικυρᾳ, vidisset utiqve, τὸ ἐπικύρᾳ esse sphalma typograph. cum, & proinde in Textum minime recipi debuisse. In v. Ὅμηρος, pag. 301. Edit. Genev. pro ἀφίκετο εἰς γάμον (qvod Portus bona fide vertit, *Venit ad nuptias*) reponendum est, ἀφίκετο εἰς Σάμον, i. e. *Venit in Samum*; ut in Mstis, & Editione Mediolanensi recte legitur. Possem plura hujus generis in medium adferre: sed cum ex hisce Lectori abunda patere arbitrer, Portum Edit. Mediolanensem nunqvam consuluisse, ad alia pergo.

13. Dixi secundo, Portum exiguam diligentiam in investigandis auctoribus unde Svidas sua sumpsit, adhibuisse: qvod omnibus editionem ejus inspicientibus per se manifestum est. Si enim Aristophanem, ejusqve Scholiasten, Anthologiam Epigrammatum editam, Sophoclem, ejusqve Scholiasten, Herodotum, Thucydidem, & paucos alios excipias; de reliqvis scriptoribus, ex qvibus Lexicon hoc compilatum est, Portus ne somniavit qvidem. Cæterum, qvantam in hac Editione lucem Svidæ ex diligenti fragmentorum cum ipsis auctoribus, ex qvibus sumpta

pta ſunt, collatione attulerimus, ex Notis noſtris Lectori patere poterit.

14. Dixi porro, Portum ne ipſum qvidem Svidam ſecum contuliſſe; qvod itidem exemplis qvibusdam in medium allatis probabo.

In v. Διακωδώνισα priores Editt. habent, διαπείρασα ἢ ἐξεπείρασα: quod Portus vertit, *Tentavit, exploravit, periculum fecit. Item, decepit.* Sed pro ἐξεπείρασα ſcribendum eſſe ἐξέτασα, non ſolum res ipſa docet, ſed etiam Svidas alio loco, nimirum in v. Κακωδώνισμόν; ubi in omnibus Editionibus expreſſe legitur, ἢ Διακωδώνισα, τὸ ἐξέτασα.

In v. Θέμιν Portus fruſtra ſeſe torqvet, dum non animadvertit, pro Βύλετα, vel, ut Editt. Mediol. & Aldina habent, Βύλεται, reponendum eſſe Βύχετα, ut non ſolum in MStis, ſed etiam alibi apud Suidam in v. Βύχετα recte legitur. Locum Svidæ, ut in Editt. Baſil. & Genev. legitur, & verſionem Porti ſubjungam, ut Lector in rem præſentem quaſi deducatur. Θέμιν, (inquit Suidas) δικαιοσύνην. Βύλετα, πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, ὑδετέρως ἢ πληθυντικῶς λεγομένη· ἣν φησι Φιλόχορος ὀνομάσθαι ἀπὸ τοῦ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ, ἢ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν. Portus hæc ita vertit: Θέμιν, *Themin. Hoc nomen juſtitiam ſignificare vult, (i. e. ſignificat. Unde compoſitum* Θεμίσκυρα, *Themiſcyra. Hæc autem urbs eſt Epiri, quæ per neutrum genus & pluraliter effertur: quam Philochorus ait ſic appellatam, quod Themis vecta bove illuc iverit, tempore diluvii Deucalionis.* Nugas agit Portus, dum Lectori perſuadere conatur, Suidam hic de Themiſcyra urbe loqui: quod eſt ab ejus mente alieniſſimum. Neque ſaniora ſunt, quæ in notis affert; in quibus locum hunc ſic emendare & ſupplere conatur: Θέμιν. δικαιοσύνην.) *Hæc ita fortaſſe legenda:* Θέμιν, δικαιοσύνην Βύλεται σημαίνειν. ὅθεν Θεμίσκυρα. πόλις δ' ἐστὶ τῆς Ἠπείρου. *Conſule Geographos in* Θεμίσκυρα. *Sed* Βύλετα *urbem apud nullos reperio.* Omnia hæc ſunt prorſus ἀπροσδιόνυσα, neque veram iſtius loci emendationem vel per ſomnium Portus vidit. Quam facile autem has tenebras diſcutere potuiſſet, ſi conſuluiſſet Suidam in v. Βύχετα, ubi recte ſic legitur: Βύχετα, πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, ὑδετέρως, ἢ πολλαχῶς * lege πληθυντικῶς, ut in v. Θέμιν) λεγομένη· ἣν φησι Φιλόχορος ὀνομάσθαι, ἀπὸ τοῦ τὴν Θέμιν βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ, &c. Quam clara hic omnia? Dicit Suidas, Bucheta eſſe urbem Epiri, ſic dictam, quod Themis ἐπὶ βοὸς ὀχουμένη, *bove vecta*, illuc veniſſet: quam etymologiam voci Θεμίσκυρα minime convenire, nemo eſt adeo hebes, quin facile intelligat.

Poſt v. Ταγήν. ὄρ. ὄρν. in prioribus Editt. mendoſe legitur, Ταγὴν ὁ

* πολλαχῶς pro *pluraliter* à Suida poſitum eſſe videtur.

κνισσοθήρας. ὁ Ἰούνιος ἦν. Ad quem locum Portus: *Tagen. ὁ κνισσοθήρας Cnissotheras. q. d. nidoris venator. Iunius mensis. Legendum videtur ὁ Ἰούνιος μήν. Sed N. L.* Apage nugas istas. Ex ipso Suida in v. Φαγεῖν ζῶν constat, legendum esse, ταγηνοκνισσοθήρας; quæ est vox comica, eleganter significans lurconem, vel parasitum, (proprie eum, qui sartaginis nidorem captat) qualis erat Junius iste; quem Portus ridicule in Junium mensem transformat. Eadem vox in v. Ἰούνιος, sed alio modo ante depravata erat. Ibi enim in Editt. prioribus legitur, ταγηνοκνιγοθήρας; in MSS. vero, ταγηνοκνιγοθήρας: unde, unius literæ mutatione facta, veram lectionem ταγηνοκνισσοθήρας facile erueris.

In v. Τῷ τῦν λόγῳ, pulchra sententia Polybii (cujus nomen ibi quidem a Suida reticetur, sed alio loco, quem mox indicabo, laudatur) pessime corrupta, & mendo non leviter obscurata est. Quid enim sibi volunt verba ista, ἠτύχησεν ὡς κεκληρονόμηκε τοιαύτην φήμην? Portus ea sic interpretatus est, *Infelix fuit, postquam talem famam jure hæreditario consecutus est.* Quam longe a scopo & mente Polybii? Ex MStis, & ipso Suida in v. Τύχη patet, legendum esse, ἡ τύχη κενῶς κεκληρονόμηκε τοιαύτην φήμην: quorum verborum sensus est, inane esse fortunæ nomen, & omnia, quæ vulgus ei tribuat, divinæ providentiæ re vera adscribenda esse.

In v. Καρῖνος hodie legitur, Γενόμενος ἐν ἐξουσίᾳ καὶ βουλήσεως κύριος ἀνὴρ θαμὰ τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα· ὥστε καὶ τοῦνομα τοῖς ἔργοις μακρῷ παρῆλθε, &c. quem locum non solum omnes Editt. sed ipsi etiam MSti sic mutilatum exhibent: cujus proinde supplendi spes nulla esset (præsertim cum Eunapii historia, unde locum illum depromptum esse ex v. Μακρῷ apparet, non amplius exstet) nisi Suidas ipse hic sibi opem ferret. Ex eo enim in v. Μακρῷ constat, locum hunc sic supplendum esse: Ἀνὴρ θαμὰ τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα, ὥστε ἀπεδείξε χρυσὸν τὴν τραγῳδουμένην τυραννίδα. ὥστε καὶ τοῦνομα, &c. Quorum verborum sensus est: Carinum tam malum & sævum fuisse principem, ut veterum tyrannorum sævitia, cum ejus tyrannide collata, aurum quasi videretur. Elegans proverbium & frequens apud Græcos scriptores: quo etiam idem Eunapius in Excerptis Legationum, ab Hœschelio editis, pag. 13. usus est. Ibi enim de Thracia agens, eam a Scythis tam fœde devastatam esse ait, ὥστε χρυσὸν ἀποδεῖχθηναι πρὸς τὰ Θρᾴκια πάθη τὴν Μυσῶν παροιμιώδη λείαν: i. e. *Ut vetus illa Mysorum prædatio, proverbio celebrata, cum hac Thraciæ vastatione collata, aurum esse videretur.* Sic enim locus hic reddendus est; quem Cantoclarus ita vertit, ut sensum ejus minime intellexisse appareat.

In

In v. Λευκὴ ἡμέρα refertur mos Scytharum, calculum album vel nigrum, prout rem ex animi ſententia, vel ſecus, geſſiſſent, anteqvam qvieti ſe darent, in pharetram condendi, ut poſt illorum mortem ex numero calculorum de proſpera vel adverſa fortuna, qva in vita uſi fuiſſent, judicari poſſet. Sed in prioribus Editt. ante μέλλοντας deſideratur vox Σκύθας, qvæ totius ſententiæ cardo eſt. Eam proinde loco illi reſtituendam eſſe, etiamſi codices Mſti non docerent, clare tamen oſtenderet Svidas in v. τῶν εἰς τὴν Φαρέτραν; ubi de eodem Scytharum more agens, expreſſe inqvit, Φασὶ τὰς Σκύθας μέλλοντας καθεύδειν, &c.

In v. Ἐχέμυθος Svidas inquit: Εἰς τε συναύξησιν ἀρετῆς, καὶ κακίας μείωσιν ὅλην ἐξεκέχυτο τὴν ψυχήν. Id eſt, *Omne ſuum ſtudium ad augendam virtutem & imminuenda vitia conferebat.* Sed pro κακίας μείωσιν in prioribus Editt. ridicule legitur, κωμῳδίας μείωσιν: qvo Portus, fidus interpres, *comœdiæ imminutionem* vertit. Sana, qvam dixi, lectio apud Svidam alibi tribus diverſis in locis occurrit, nimirum in v. Ἰδιώτης, v. Μείων & v. Ὅλην ἐξεκέχυτο: qvod tamen a Porto obſervatum non fuerat.

In S. Ἡρεῖτο, pro ἐστιποιεῖτο legendum eſt σῖτον ᾑρεῖτο; ut in v. Βατάλης, ubi idem locus exſtat. Portus, cum hoc non obſervaret, exiſtimabat loco iſti aliquid deeſſe; qva de re Lectorem hiſce verbis monere voluit. *N. L. Deſideratur enim verbum* ᾑρεῖτο, *cujus cauſa hæc videntur allata.* Sed nihil deerit, ſi, ut diximus, ſcribatur, σῖτον ᾑρεῖτο. Non me qvidem latet, in Excerptis Joannis Antiocheni, ab Henr. Valeſio editis, unde locus iſte depromptus eſt, legi ἐστιποιεῖτο: ſed utra lectio præſtet, nunc non diſputo. Illud ſaltem conſtat, mente Svidæ, qui ῥήσεις iſtam ſub voce Ἡρεῖτο collocavit, legendum eſſe, σῖτον ᾑρεῖτο.

Ex hiſce paucis (ſunt autem alia ejus generis qvam plurima) manifeſtum eſt, operæ pretium facturum fuiſſe Portum, ſi ῥήσεις eaſdem, qvæ apud Svidam diverſis in locis repetuntur, diligentius inter ſe contuliſſet.

15. Qvæ autem hactenus dicta ſunt, oſtendunt, Portum non eam, qvam par erat, diligentiam in adornanda Svidæ editione adhibuiſſe. Sunt autem alia, haud ſane leviora, nec pauciora, in quibus eruditionem qvoqve & judicium ejus merito deſideres. Hoc ut Lectori manifeſtum fiat, pauca loca ex ex multis, in qvibus nec accurati interpretis, nec acuti Critici partes implevit, in medium adducam.

In v. Αὐκάφρων Svidas ait, Λέγεται δ' ἐκ τούτων ἐξῆν ὁ Ναύπλιος: qvorum verborum ſenſus eſt, fabulam *Nauplius*, cum recto talo prius non ſtetiſſet, a Lycophrone ad incudem revocatam, & denuo in Scena exhibi-

tam fuiſſe. Διασκευὰς enim, ſive διασκευασθέντα δράματα, appellatas fuiſſe fabulas, a Poetis nova lima perpolitas, & poſtea in Scena repetitas, accurate oſtendit Magnus Caſaubonus ad Athenæi lib. III. cap. XXVI. quem lector conſulat. Hinc ergo apparet, quam parum intellexerit Portus ſenſum verborum illorum, qvæ ſic Latine reddidit: *Ex his vero diaſseve, ſive hiſtorica narratio, eſt Nauplius.*

In v. Ἐωθὸς Svidas ait: Ἐωθός. χωρὶς τοῦ ι. Ἄρχιππος. καὶ Ἀραρὼς, ἐωθας. καὶ Θουκυδίδης, ἐώθεσαν. Qvem locum Portus ſic vertit: Ἐωθός. *Sine ι. Solitum, conſuetum. Archippus. Et aptatus conſueviſti.* Male omnino. Vox enim Ἀραρὼς hic non ſignificat *aptatus*, ſed eſt nomen proprium poetæ, apud qvem Svidas dicit τὸ ἐωθας abſqve ι legi, pro ἔωθας; uti τὸ ἐωθὸς, apud Archippum, pro εἰωθὸς; & apud Thucydidem ἐώθεσαν, pro εἰώθεσαν, reperiatur. De poeta autem Arato Svidas non ſolum ſuo loco agit, ſed etiam fabulam ejusdem Τμῆναι laudat in v. Ἀναθεῖναι; cui loco imperitus aliqvis homo, qvem itidem fugiebat, τὸ Ἀραρὼς ibi nomen proprium viri eſſe, notam hanc omnino ἀπροσδιόνυσον addidit: Ὅτι ἀραρὼς ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ πρωτίστως. ἀραρὼς δὲ, ἀρμόσας. Cæterum, errorem priori ſimilem Portus commiſit in v. Γηώρας, ubi τὸ ψιλῶ vertit, *balbi vel blaſi*; cum ibi ſit nomen proprium viri, & Michaëlem Pſellum deſignet.

In v. Νοθεύει, Portus verba hæc Svidæ, ἐν τῇ δὲ μακαρίτου Λογοθέτου Μεταφράσει, reddit, *In interpretatione beati Hiſtorici.* At qvis non videt, in verſione retinendum fuiſſe nomen *Logothetæ*, cum manifeſtum ſit, citari illic Μετάφρασιν certi alicujus ſcriptoris, ab officio, qvo functus fuerat, *Logothetes* dicti. Eundem errorem erravit Portus in v. Ἀβαξι, v. Ἀλκαῖα, v. Ἀναίμονες, Καταπέλτης, v. Ὑπαγορεύσας: in qvibus omnibus locis τὸ Λογοθέτης, *Hiſtoricus*, vel *Hiſtoriæ Scriptor*, interpretatur. In ſola voce Ἐξαπάτη cautior fuiſſe videtur, ubi nomen *Logothetæ* in verſione retinuit. Sed hoc non tam certa ratione, qvam caſu potius ab eo factum fuiſſe crediderim.

In v. Ἀυτόλυκος priores Editt. Svidæ habent, ἐν τοῖς χαρωνικοῖς: qvem locum Portus de locis Charonicis, ſive ſpeluncis peſtiferis intelligendum cenſebat. Sed non animadvertit, reſcribendum ibi eſſe, ἐν τοῖς Χαιρωνικοῖς, i. e. *tempore belli Chæronenſis*: qvæ mutatio levis qvidem eſt, ſed immanem in ſenſu differentiam parit.

In v. Σοφοκλῆς, Σοφ. Svidas inqvit, Καὶ αὐτὸς ἦρξε δὲ δράματα πρὸς δράματα ἀγωνίζεσθαι. ἀλλὰ μὴ ῥᾳστολογίαν. Qvæ verba Portus ſic vertit:

Primus

Primus etiam ipse Tragicas inter se fabularum contentiones instituit: sed non delectum militum. Quæ ἀβλεψία! Adeo nimirum obesæ naris Criticus fuit Portus, ut non animadverteret, pro τραγολογίαν legendum esse τετραλογίαν, & Suidam hic loqui de notissimo more Tragicorum apud Græcos, qui Τετραλογία, sive quaternis fabulis in scena certare solebant. Ab isto ergo more ante recepto Sophoclem Tragicum primum recessisse, & non quaternis sed singulis fabulis certasse, Suidas hoc loco observat.

In v. Τὸ ἦδε Suidas ex Scholiaste Aristophanis refert, eos, qui olim Diis libaturi essent, ad adstantes dixisse, *Quis adest?* Eos deinde lingvis faventes respondisse, *Multi & boni.* Suidæ verba hæc sunt: Εἶτα οἱ παρόντες εὐφημιζόμενοι ἔλεγον, πολλοὶ καὶ ἀγαθοί: quæ Portus sic vertit: *Deinde, qui aderant, sese laudantes, dicebant, multique bonique.* En peritum interpretem, qui τὸ εὐφημιζόμενοι interpretatur, *sese laudantes;* cum vertendum esse, *lingvis faventes*, vel, *bona verba dicentes*, vix tirones ignorent. Notissimum enim est, veteres existimasse, religionem violari, si quo tempore sacra peragebantur, verba male ominata proferuntur: unde eos, qui aderant, vel tacere omnino; vel, si loqui quicquam vellent, bona verba (ut ajebant) dicere oportebat. Utrumque apud Latinos continetur significatione phrasis *lingvis favere;* cui apud Græcos τὸ εὐφημεῖν, vel εὐφημίζεσθαι respondet.

Alibi Portus vocem εὐφημία non minori errore *beneficentia* interpretatur. Suidæ verba in v. Εὐφημία hæc sunt: Εὐφημίας γὰρ μᾶλλον τὴν Λακεδαίμονα τὸ θεῖον, ἢ πάσας τῶν Ἀθηναίων βωμοὺς σύμπαντας καὶ νεώς, &c. Portus hunc locum sic Latine vertit: *Beneficentiam enim Laconicam Deus pluris facit, quam universas Athenienfium aras & templa.* Scopum non ferit interpres. Ex iis enim, quæ de voce εὐφημεῖν & εὐφημίζεσθαι paulo ante diximus, liquet, τὸ εὐφημία proprie *faventiam*, ut Accii verbo utar, sive, silentium religiosum, vel bona verba, significare. Sensus ergo illius loci est, Deo magis placere Lacedæmoniorum pietatem, & animum religiosum, cujus index & argumentum sit ipsorum εὐφημία, quam universas Athenienfium aras & templa.

16. Plura de Editione Porti, k) ejusque nævis, non addam; cum hæc sufficere putem. Venio tandem ad Nostram; in qua quid a Nobis

k) Huic acri Kusteri de Porti labore censuræ, qvam in diatriba de Svida seperatim vulgata similiter tulerat, consentiunt aliorum virorum doctorum ante Kusterum publice de eo edita judicia, ut Reinesii III. Var. Lect & Gisberti Cuperi libro IV. Observationum cap. 12. ubi Portum subinde reprehendunt, Svidæque loca complura illustrant; *Frigi-*

præſtitum ſit, paucis Lectorem docebimus. Primo, Textum Græcum cum tribus codicibus Mſtis Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis contulimus; quorum unus (quem in Notis noſtris Mſtum A. appellare ſolemus) optimus eſt, & quingentorum ſaltem annorum vetuſtatem habet. Hujus præcipue Codicis ope ingentem mendorum numerum ex Suida ſuſtulimus, & non paucas lacunas in eodem ſupplevimus; ut ex Notis noſtris Lectori patere poterit. Alter eſt MS. B. cum priore nec vetuſtate nec bonitate comparandus: unde pauciores emendationes nobis ſuggeſſit. Tertius eſt MS. C. ſecundo deterior: qui proinde admodum exiguo nobis uſui fuit. Præterea uſi ſumus variantibus lectionibus Mſti Vaticani, l) quas Illuſtriſſ. Pearſonius, Magnus ille Epiſcopus Ceſtrienſis, ad marginem Suidæ ſui annotaverat. Sunt eæ pauciores quidem, ſed interdum

diſſimum interpretem vocat Jacobus Windetus, Suidæ locum explicans in libro de vita functorum ſtatu p. 64. Et Joanne Pearſonio judice, præfat. ad Hieroclem, Portus *Suidam adeo infeliciter tranſtulit, maculisque plurimis aut affectum invenit aut affecit*, Lambecius lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 534. *totum Suida Lexicon, licet Æmilius Portus illi recenſendo, emendando, & Latine vertendo non mediocrem impenderit operam, innumeris tamen adhuc ſcatet erroribus.* Jacobus Gronovius ad Harpocrationem p. 69. *Suidam igitur relinquamus Porto, infandis modis corruptum.* Omitto qvæ in eandem ſententiam Mericus Caſaubonus libro Anglice edito de enthuſiaſmo c. 3. p. 83. Richardus Bentleius Epiſtola ad Joannem Millium p. 51. &c. Quanqvam vero certum eſt in multis aqvam ei hæſiſſe, plurimaqve ipſum aliis melius explicanda reliqviſſe, tamen in tam vaſto opere ac vario qvod tantum laborem in ſe ſuſcepit boni publici cauſa, ac pro virili, licet non ubiqve pari felicitate exhauſit, gratis potius laudibus proſeqvenda qvæ bene obſervavit ac utiliter, quam in quibus cæſpitavit, inſolenter exagitanda exiſtimo.

l) Plures Suidæ MSS. Codices Vaticanos memorat Nic. Alemannus ad Hiſt. arcanam Procopii p. 101. ubi Suidam à Chalcondyle de Græcis litteris bene merito emendatum laudat. Editio Baſileenſis cum Variis Lectionibus ex Codice Sfortiano aſſervatur Romæ in Bibl. Barberina. Venetus exſtat Suidas MS. inter libros à Card. Beſſarione legatos ſereniſſimæ Reip. & alius Codex in Bibl. SS. Joannis & Pauli. Claudius Dausqveius in limine notarum ad Baſilium Seleuc. enſem p. 7. meminit Suidæ MSti in Bibl. eſuitarum Antverpiæ, in qvo nonnulla deſiderata in vulgatis. Eundem codicem contuliſſe ſe teſtatur Andreas Schottus præf. ad proverbia è Suidæ Lexico collecta. Lugduni Batavorum in Bibl. Academiæ inter libros Is. Voſſii ſervatur Codex Suidæ inſignis etſi mutilus, cui plurimum tribuit Jacobus Gronovius. Alius Codex MS. Chartaceus Oxoniæ in Collegio Corporis Chriſti. Ad Codices Regis Chriſtianiſſimi aliquoties provocat ex iisqve loca Suidæ emendat Menagius notis ad Laërtium. In tribus illis MSS. qvos Kuſterus inſpexit, Σ. . . auctor, ut in Colbertino qui olim Memmianus fuit, appellatur & in Codice Florentino Mediceo: in quo ut in Dreſdenſi tantum epitome Suidæ continetur, reſciſſis hiſtoricis & nominibus propriis. De hac infra dicturus ſum. In Bibl. Cæſarea Vindobonenſi excerpta è Suida, auctiora editis, ut exemplo adducto oſtendit Lambecius III. p. 103. Alia ex Coiſlinianæ Bibl. excerptus ſupplet eruditiſſ. Montfauconus p. 603. ſqq.

dum bonæ, & quæ plerumque auctoritate MSti Pariſ. A. confirmantur. Adhæc, ſpecimina quædam variantium lectionum opera amicorum nacti ſumus ex codice MS. Colbertino, (qui eſt in Bibliotheca Colbertina Lutetiæ Pariſiorum) ex codice Voſſiano, qui nunc eſt Lugduni Batavorum, & Antwerpiano Jeſuitarum. Sed omnibus iſtis codicibus præſtat ante dictus MS. Pariſ. A. quo meliorem vix in Europa noſtra exſtare puto.

17. Porro, verſionem Latinam Porti infinitis in locis emendavimus, reſecta ubique inutili, qua luxuriabat, paraphraſi. Ultimam tamen limam, m) propter temporis anguſtiam, ei adhibere non potuimus. Unde, ſi quos forte errores vel reliquimus, vel ipſi commiſimus, eos æquus Lector nobis facile condonabit; reputans, quam difficile ſit & lubricum, moliri verſionem fragmentorum, quorum ſenſus obſcurus plerumque eſt & mutilus.

In Notis noſtris brevitati, quantum fieri potuit, ſtuduimus, idque operam præcipue dedimus, ut Suidam partim ex MStis; partim ex Scriptoribus, ex quibus fragmenta ſumpta ſunt; & partim ex ingenio emendaremus. Tranſtulimus autem in Notas noſtras ea, quæ Illuſtriſſ. *Pearſonius*, magnum illud Orbis literati decus, ad marginem Suidæ ſui, qui hic Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegii Trinitatis adſervatur, annotaverat: addito ubique ejus nomine. Perlegerat Vir ille Magnus Suidam magna cum cura, eumque cum variis auctoribus diligenter contulerat: unde obſervationes ejus magno nobis uſui fuerunt.

Ex Notis Æmilii Porti ea excerpſimus, quæ ad rem facere, & alicujus momenti nobis eſſe videbantur. n) Sunt enim annotationes ejus leviores

m) Kuſterus in notis ad Suidam v. Διϊστάσθαι, T. 1. p. 598. *Hucusque verſionem Porti, invitis ſane Muſis elaboratam, totam fere induxi, aliamque in ejus locum ſubſtitui: ſed cum propter magnitudinem laboris & temporis anguſtiam eodem tenore ulterius pergere non poſſim, interpretationem ejus qualemcunque, ſaltem in articulis longioribus, retinere decreveram conſtituti, quod ideo moneo ne quis forte hallucinationes & peccata Porti mihi tribuenda putet.* Ad v. Ἐξελεγμῶν T. 1. p. 5. *Verſionem Porti hic retinui, non quod eam probarem, ſed quia per temporis anguſtiam aliter hac vertere non licebat. Quare lector veniam mihi dabit ſpero.* Ad v. Μενοικεῖν. T. 2. p. 500. *Portus locum hunc parum feliciter vertit, ut peritus Lector facile animadvertet. Nos enim ad alia properantes verſionem ejus hic inſectam relinquimus.*

n) Si uſum legentium cogites, Kuſterus rectius fuiſſe facturus, ſi ex notis Porti non plerasque expunxiſſet, ſed ut initio operis fecit, plures in gratiam linguæ Græcæ ſtudioſorum adſcripſiſſet: ſunt enim inter omiſſas ab Illo aliquammultæ haud contemnendæ, licet Kuſteri judicio leves & unonibus tantum aptæ viderentur.

res plerumque, & tironibus tantum aptæ; quibus proinde Suidam onerare noluimus.

III. *Hactenus eruditissimus Kusterus*, in Suidam suum præfatus, quem per quadriennium amplius quod Cantabrigiæ insumsit, incredibili labore, per dies singulos, ut in litteris ad me datis profiteri eum memini, quatuordecim plerumque horas illi impensis ita expolivit, ut in editione quam dixi lucem vidisse Cantabrig. 1705. fol. 3. Voluminibus, Suidas jam se usibus lectorum sistat pulchriorem longe, & locis quamplurimis per singulas paginas emendatiorem quam in Genevensi, annotatis passim vel ex Pearsonii vel ex propria Kusteri observatione scriptoribus, ex quibus illa Suidas excerpsit: emendata etiam passim versione Porti, & notis additis, judicium & doctrinam editoris ubique testantibus. Igitur qui eum propterea tam aspere reprehendunt o) vel maximos ejus & præclarissimos labores aspernantur, quod spicilegium aliquod observationum aliis etiam post se reliquerit, vel non omnia unus viderit, illis merito regerat aliquis quod adversario suo Kusterus respondit in Diatribe anti-Gronoviana pe 6. *Si ipse Suidam edidisses, Domine Professor, an existimas te nullum παρέρμα admissurum, nullumve alienæ industriæ locum relicturum fuisse? Haud sanè id dicere ausis: vel saltim id affirmanti tibi nemo credat - - - Finge igitur, te novem circiter, vel decem millia locorum in Suida, partim ex MSS. partim ex ingenio & collatione aliorum Scriptorum feliciter restituisse, emendasse, & illustrasse (quod quidem, si ex ejusmodi ludicris gloriam captare vellem, haud falso de me gloriari possem) annon præclarè te de illo Scriptore meritum esse censeres? Censeres utique: & nemo quidem jure id tibi vitio vertere posset. Quod si igitur existeret homuncio aliquis, qui leviculum supplementum in Suidam ederet, in quo callide κατορθώματα tua dissimulans (quasi nihil omnino post alios Editores in Auctorem illum præstitisses) spinas tantum ex Editione tua studiose colligeret, & quæcunque in ea posset, inepta cum ostentatione carperet & vellicaret;*

o) *Jacobus Gronovius* in tribus maxime scriptis, Kusteri Suidam perstrinxit acerrime, primum edidit nomine suo præterito Lugd. Bat. 1710. 12. hoc titulo: *infamia emendationum in Menandri reliquias*, ubi p. 89. seq & 157 seq. vitia in versione Porti relicta arguit. Alterum subjecit decretis Romanis & Asiaticis pro Judæis, Josepho lib. XIV. Archæolog. supplendo vulgatis, sub titulo: *Suidæ aliquot loca in historia* A, B, Γ, Δ, *ab vitiis purgata ex MSS. Codicibus Academiæ Lugduno Batavæ*, ibid. p 1712. 8. Tertium denique A. 1713. § *Recensio brevis mutilationum quas patitur Suidas in editione nupera Cantabrigiæ A 1705. ubi varia ejus auctoris loca perperam intellecta illustrantur, emendantur & supplentur.* Kusteri diatribe Anti Gronoviana prodiit in 12. primum separatim, & inserta tomo XXIV. Bibliothecæ selectæ Joannis Clerici pag. 49. atque iterum Amstelodami A. 1712. 8. Nonnullæ etiam *Stephani Bergleri* V. C. in emendationes Gronovianas strictiuræ leguntur in Actis Eruditor. A 1713. p. 161. seq.

ret; licèt ipse cæteroqui nihil unquam præstitisset, quod cum Editione tua Suidæ comparari posset: quo animo, quæso, istum cavillatorem ferres?

Est vero aliqvid qvod a præstantissimo Suidæ editore factum nolles, & qvod præter Gronovium in eo notavit etiam *Lambertus Bos*, vir paucis comparandus & cum magno litterarum detrimento extinctus 3. Jan. A. 1717. qvi præclaras suas in Suidam observationes sine ulla obtrectandi Kustero aut famæ ejus detrahendi libidine vulgavit in suis ad scriptores qvosdam Græcos observationibus, in lucem datis Franeqveræ A. 1715. 8. p. 139 - 201. Nimirum hinc inde loca aliqva Kusterus omisit, quæ in prioribus Suidæ editionibus legebantur, & licet editor illa putaverit esse ab aliena manu, debebat tamen vel signo aliquo distincta addere, neqve tot vocibus Suidæ codices truncare, qvæ in sola littera M à laudato Bosio p. 171. notantur hæc:

Μανείην, ὑυκτικόν. omissum ante Μάνης.
Μαργαρίτης. ante Μαργαρίτης.
Μαρδόνιος. ante Μασδοχαῖος.
Μαρίων, αἰτιατικῆ. ante Μάρης.
Μασιλίχης. ante Μασσάγεται.
Μᾶς ῥεῖθρον. ante Μελαγρία.
Μελαίνω, αἰτιατικῆ. ante Μελαγρία
Μελίτων, &
Μελιτρός. ante Μελίθρων.
Μεμβλιάρ. ante Μεμβρᾶς.
Μενανδρίς. ante Μενουν.
Μενωνῶν. post Μενουν.
Μεσαβάτην γενικῆ. ante Μεσαβολή.
Μεσαλάτων αἰτιατικῆ. ante Μετὰ Λίσβιον.
Μετανισταμὶ γενικῆ, &
Μετάνοια. ante Μετάξυ.
Μετίναι. ante Μετίναι.
Μετρᾶ αἰτιατικῆ. ante Μετρεῖται.
Μεσηξία. ante Μεσα.
Μεῖται. post Μεῖς.
Μὴ ἴλλατης.
Μὴ ἰμβαιη.
Μὴ ἐπιχειρῆτε. ante Μεθάνη.
Μηδόσι. ante Μηκάδες.

Μηκύθειν ante Μῆκος Φάλαγγος.
Μηκώμιος ante Μήκων.
Μηλιεὺς καὶ Μήλιος. ante Μηλιῶν.
Μηνύσας. &
Μήνης, ἰθυκόν. ante Μὴ ἀχέ.
Μητιώσασι. ante Μετίσομαι.
Μὴ δὲ λέγοντος ἴσθι. ante Μὴ πείθε ἴσως Δημοβαΐλωνι.
Μίμησις ante Μίμερνος vel Μίμνερμος.
Μιμήσκω, γενικῆ. &
Μίμνος. καὶ Μιμῆται, αἰτιατικῆ. ante Μυθοφοραί.
Μηνθῶ, γενικῆ. ante Μνησί.
Μολυνῶ, αἰτιατικῆ. ante Μολυρίς.
Μῦες. ante Μυζεῖ.
Μυσηρὸ. ante Μυσήρια.

Agnovit ipse Kusterus, minus consulto hoc à se factum, & in *supplemento* suo atque *secundis* quas parabat *ad Suidam curis* p) omnia illa supplere promiserat, nisi mors inopina & hoc ejus propositum, & emendatiorem multis millenis locis quam parabat *Hesychii* editionem, atque tot alios præclaros ipsius conatus intervertisset. Ita enim ipse in diatribe anti-Gronoviana p. 27. *Plus semel Aristarchus mihi objicit, vel potius exprobrat, quod loca quædam in mea Editione Suidæ de industria omiserim, quæ in aliis Editt. reperiantur: ut, scilicet, hac ratione suspicionem Lectori moveat, Editionem meam eatenus saltem reliquis deteriorem esse, quòd pauciora illis contineat. At verò uti ubique alibi Aristarchus καλοκαγαθήματα mea qualiacunque in Suidam, tanquam mysteria Cereris, religiosè celat; ita & hic pro solito suo candore dissimulat, supplementa, quibus Editionem meam ex MSS. auxi, pondere & numero omissiunculas meas longè vincere. Vide saltem, Lector, v. Ἐμβαρὸς, v. Ἐνδοξα, v. Ἐξεριθιοῦσαι, v. Ἐπιβάθραι, v. Ἐπιφθόνως, v. Αἴθερια, v. Μυκώνιος γείτων, &c. ubi tam fœdos hiatus priorum Editt. ex MSS. supplevi, ut vel unica harum restitutionum omnes omissiones meas facilè redimere possit. Nam & paucissima sunt, quæ de industria omisi, eademque tam frivola & levia, ut mireris, Lector, si sciveris. Inter hæc, nimirum, sunt vocabula quædam interpretatione carentia: ut, Διϊκέλαι, αἰτιατικῆ: Καταπλήσω, αἰτιατικῆ: Καταπαλάσσαι: Καλαπατῶ, αἰτιατικῆ: Δαμκωλύω, αἰτιατικῆ: Παραγράφω, αἰτιατικῆ, &c. cujus generis quisquilias ab otiosis librariis Suidæ additas fuisse, etiamsi MSSti meliores non testarentur, res ipsa clamaret. Et tamen vide, Lector, quam indulgens fuerim; qui ne quidem omnes ejusmodi ineptias*

p) Harum specimen dat in jam dicta diatribe p. 31. sqq.

ineptias abjicere voluerim, sed potiores ex illis retinuerim: ut, ex. gr. vocem * Διαθηγή: quam in serie sua unde & fine interpretatione sic positam, quia singularis mihi videbatur, in Editionem meam recepi: licet in 2 MSS. Paris. eam deesse, in schedis meis notassem. Fateor quidem me ad ipsum Suidam hac de re Lectorem non monuisse: se per festinationem, vel potius nimiam rerum, quæ animum meum distrahebat, varietatem, & alia nonnulla, quæ in schedis meis ex MSS. notata habebam, attentionem meam effugisse video. Sic in Διαβάλλων, hiatum sententia, qui occurrit in verbis illis, ναῦν Ἀργοβάλλων ἐπιχειρῶν, &c. 2 MSS. Paris. eodem modo supplent, quo Cod. Lugdun. & in v. Ἀστιζόμενος, itidem 2 MSS. Paris. addunt ὡραϊζόμενος: & in v. Διατυπῶν itidem Codd. legunt μεταπλαττῶν pro μεταβαλλόντων: ut schedis meis admoneor. Sed omnia ejusmodi supplementa constitui aliquando publici juris facere; unà cum Secundis Curis meis in Suidam; quarum exiguum tantum specimen inferius exhibebo; ut Aristarchum ad simile faciendum excitem, vel potius provocem. Valde enim credibile est, tantum Suidæ amatorem & admiratorem, mulcas capitales, & (ut sic loqui mihi liceat) sesquipedales in Lexicographum illum habere observationes & emendationes, à longo jam tempore collectas: quas quare tam pertinaciter nobis invideat, ut præter varias lectiones ex Codice Lugdun. depromtas, nihil memoratu dignum ex proprio & domestico penu ad illustrandum Suidam in medium adferat, haud sane capio. Nisi fortè ea, quæ insigniora sunt, secundo supplemento reservaverit: ut imitetur, scilicet, morem ducum bellicorum, qui expeditos & leviter armatos in pugnam præmittere solent, graviore armatura subsequente. Et hæc quidem conjectura ne me fallat, quam magno redemtum velim. Novi enim haud pauca adhuc in Suida esse ulcera Chironia, quæ solâ (scilicet) Æsculapii illius manu persanari posse puto. Idem Kusterus p. 70. non dubitavit diffiteri multas ex variantibus Lectionibus quas ex Cod. MS. Lugd. Gronovius produxit, esse probas & sinceras, itaque eum rogavit, ut si tantum ipsi ab aliis rebus esset otii, cœptam collationem absolveret. Sed hunc A. 1616. d. 19. Octobr. mors literis, jurgiis que exemit.

De Suidæ Epitome MS. & Etymologico inedito.

Quemadmodum *Hieronymo Wolfio* de quo supra p. 653. placuit Historica è Suida colligere, sic aliis ante eum venit in mentem, solas, Historicis omissis, ex eodem observationes excerpere Grammaticas, ut *Thomæ* cuidam *Cretensi*

* Διαθηγή *ordo*, Democriti vox. Supra p. 605. 610.

(qui adeo a Thoma Magistro, Thessalonicensi est diversus) cujus liber MStus extat in variis Bibliothecis. De Dresdensi Codice ita Thomas Reinesius Epistola XLVI. ad Christoph. Adamum Rupertum p. 412. *Suideorum epitome Manuscripta, titulo:* ἀπὸ τῆς Σουΐδα παραθλὴ καὶ συναθροισις λέξεων χρησίμων τῶν μᾶλλον τετριμμένων ἐν λογογραφοις καὶ ῥήτορσι, καὶ τοιχεῖον ἀπογεγραμμένη. *Cujus autor* Thomas *quidam* Cretensis ἱερομόναχος, *ut apparet in fine, servatur in Electorali Bibliotheca Dresdæ. Verum inceptus* ἐκλογὰς, *cum contrahere Suidæ vellet, ea prorsum corrupit. Præterquam enim quod quamplurima vocabula omisit, cujusque unam solum significationem, resectis reliqvis reddidit, neglexit nomina propria, historica omnia & testimonia scriptorum quas plurimas citat Suidas: qua factum plane est, ut ea nullius sit usus, dignaque ideo ut inter tineas putrefcat.* Eadem Epitome MS. in Bibl. Medicea, pluteo LV. scripta manu Petri cujusdam Cretensis A. 6930. hoc est CHristi 1438. Exstat etiam in Bibl. Segvieriana, sive Coisliniana, ex qvo Codice specimina vulgavit eruditissimus Montfaucon. p. 231-238. testatus esse qvasi compendium Svidæ, non pauca tamen referre quæ apud Svidam non exstant, & plurima posse ex hoc Lexico apud Svidam loca restitui.

Addit Reinesius: *De altera, quam* Michaëlis Apostolii, *Byzantii mane ante ducentos annos scriptam in Bibliotheca Palatina Heidelberga viderunt, & ab exemplari Suideorum, quod habemus hodie, multis modis differre ferunt viri docti, vidérint alii.* Respicit sine dubio opus à Lexico Svidæ edito penitus diversum, *Etymologicum* adhuc ineditum eodem Svida autore, de qvo Fridericus Sylburgius præfat. ad Etymologicum Magnum: *nonnunquam etiam Suidæ Etymologicum, Michaëlis Apostolii manu in Creta ἀπὸ πρωτοτύπου πάνυ διαφθαρμένου (ut ipse testatur) exscriptum, ex illustrissimi Electoris nostri* (Palatini) *Bibliotheca mihi communicatum consului.* Hoc Svidæ Etymologicum video etiam laudari à Salmasio ad Historiam Augustam, plurimis locis: & à Cangio in glossario Græco ut in πραιτώριον & alibi. Servatur qvoqve Lugduni Batavorum inter libros qvi fuere Isaaci Vossii, in cujus MStorum Codicum Catalogo Paulus Colomesius ejus fecerat mentionem, Svidæ auctoris nomine prætermisso, his verbis: *Etymologicum μέγα longe auctius edito, & alius ut videtur auctoris. Codex fuit Henrici Stephani.* Sed Jacobus Gronovius monet in Codice illo MS. diserte legi auctoris nomen, ὁ θαυμασιώτατος καὶ σοφώτατος καὶ τεχνοπολυμαθὴς Σουΐδας. Vide ejus emendationes in Svida p. 57. & p. 92. seq. ubi loca duo ex eo adducit, testatus p. 58. codicem nimis minuto charactere esse exaratum, quam ut oculi ipsius ferrent.

IV.

IV. INDICES SCRIPTORUM à Svida memoratorum.

1. *Index qui Lexico Svidæ præmittitur.* q)

Τὸ μὲν παρὸν βιβλίον Σουίδα, οἱ δὲ συνταξάμενοι ἦσαν ἄνδρες σοφοί.	Præstat quidem liber est Svidæ, qui vero ipsum composuerunt, viri docti fuerunt, qvorum hæc sunt nomina:
ΕὐΔΗΜΟΣ Ῥήτωρ περὶ λέξεων κατὰ στοιχεῖον.	EUDEMUS Rhetor, r) *de dictionibus* ordine alphabetico.
ΕΛΛΑΔΙΟΣ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ νέου, ὁμοίως.	HELLADIUS s) Theodosii junioris tempore, similiter.
ΕὐΓΕΝΙΟΣ Ἀνυσταπολέως τῆς ἐν Φρυ-	EUGENIUS ex Augustopoli in Phry-

q) Hunc non ab ipso Svidas, sed alio nescio qvo fronti Lexici præscriptum esse, parum est credibile, licet id parare legentibus ait Conringius in apologetico contra Borrichium p. 440.

r) Ex omnibus hisce Lexicis in fronte Svidæ memoratis ne unum qvidem editum exstat, solum Eudemi illud ætatem vidcur tulisse, atque in variis Bibliothecis fertur MStum, quod Kusterus etiam testatur se evolvisse. Εὐδήμου Ῥήτορος περὶ λέξεων ῥητορικῶν, in Bibl. Cæsarea, Regia Paris. Medicea &c. Apud Svidam in Εὐδήμου inscribitur περὶ λέξεων αἷς κέχρηνται ῥήτορες τε καὶ τῶν συγγραφέων οἱ λογιώτατοι, laudaturqve tanquam πάνυ ὠφέλιμον, utilissimum. Sed illud qvod MStum in Bibliothecis dixi exstare, Kusterus putat esse ψευδεπίγραφον, & à Græculo aliqvo recentiore ex aliis Lexicis exiguo cum judicio compilatum & consarcinatum. Fallitur Gaddius qvi T. I. p. 173. Eudemum hunc eundem putat cum Eudemo Rhodio Philosopho Aristotelis discipulo, de qvo dixi lib 3. cap. 21, ubi etiam de Eudemo Cyprio qvem defunctum Aristoteles dialogo de anima celebravit, nec non de Eudemo tertio, Galeni æqvali, Peripatetico Diversus etiam fuit Eudemus Pergamenus de qvo Plutarchus in Gracchorum vita p. 830. De aliis Eudemis consulendus Ionsius lib. 1. cap. 15. Quem vero idem ait Eudemum Oratorem Magapolitanorum, Philopœmenis Magistrum, is in Plutarchi codicibus p. 356 non est Εὐδήμου sed Εὐδώρου, Academici Arcesilai discipulus, idem qvi Εὐδήλου apud eundem in vita Arati p. 1028 1030.

s) Hic est Helladius Alexandrinus de cujus Lexico Photius Cod. CXLV. qvi ejus iterum meminit Cod. 158. Svidas in Ἑλλάδ. titulum operis refert: λέξεως παροιμιακῆς χρῆσις κατὰ στοιχεῖον. Non alius Helladius Grammaticus, cujus apud Socratem mentio lib. V. Hist. cap. 16. Alius vero Helladius Besantionus de qvo supra p. 504. ad Photii Codicem CCLXXIX. Dictus hic Besantinous à patria opido Ægypti in Thebaïde, qvæ nomen accepit ab Antinoo Hadriani & Besa Deo, cujus oraculum ibi fuisse testatur Ammianus Marcellinus lib. XIX. cap. 12. Vide ibi notam H. Valesii, Casaubonum ad Spartiani Hadrianam cap. 14 & Claud. Nicasium, ad numum pantheon Hadriani p. 53. Helladii pantomimi mentio in Chronico Malalæ T. 2. p. 98.

γλα, παμμιγῆ λέξιν κατὰ στοιχεῖον.

ΖΩΣΙΜΟΣ Γαζαῖος λέξεις ῥητορικὰς κ̄τ̄ στοιχεῖον.

ΚΑΙΚΙΛΙΟΣ Σικελιώτης ἐκλογὴν λέξεων κ̄τ̄ στοιχεῖον.

ΛΟΓΓΙΝΟΣ ὁ ΚΑΣΣΙΟΣ, λέξεις κ̄τ̄ στοιχεῖον.

ΛΟΥΠΕΡΚΟΣ Βηρυτίλιος Ἀττικὰς λέξεις.

ΙΟΥΣΤΙΝΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ σοφιστὴς ἐπιτομὴν τῶν ΠΑΜΦΙΛΟΥ γλωσσῶν βιβλίων ἐννενήκοντα ἑνός.

ΠΑΚΑΤΟΣ περὶ συνηθείας Ἀττικῆς κ̄τ̄ στοιχεῖον.

Phrygia t) *miſcellaneam dictionem*, ordine Alphabetico.

ZOSIMUS Gazæus u) *voces Rhetoricas*, ordine Alphabetico.

CÆCILIUS Siculus x) *dictionum delectum*, ordine Alphabetico.

LONGINUS CASSIUS, y) *dictiones*, ordine Alphabetico.

LUPERCUS Berytius, z) *voces Aticas.*

JUSTINUS JULIUS Sophiſta PAMPHILI *gloſſarum* librorum XCI. a) *compendium* ſcripſit.

PACATUS b) *de conſuetudine Attica*, ordine Alphabetico.

PAM-

ε) Anaſtaſii Imp. temporibus CPoli docuiſſe teſtatur Svidas in Εὐγ. ubi alia ejus ſcripta commemorat. Hermolaus in Epitome ε. νικῶ Stephani Byz. in ἀνακτορεῖον Εὐγενίου ὁ πρὸ ἡμῶν τὰς ἐν τῇ Βατιλιδι, *in urbe Regia*, non ut Tho Pinedo *in aula Regia* vel ut Berkelius, *regia ſchola*) τγολὰς διδάσκων ἐν συλλογῇ λέξεων. Alius Eugenius Philoſophus, Themiſtii Philoſ. ac Rhetoris pater, de qvo ſupra Volum. VIII. lib. V cap. 18. Alius Eugenius de qvo Photius Cod. XXIII.

υ) Zoſimus hic ex Gaza ſive Aſcalone Syriæ, Sophiſta, ejusdem Anaſtaſii temporibus clarus teſte Svida in ζωσ. De illo qvemadmodum & de alii Zoſimis dictum Volum. VI. p. 612.

χ) Cæcilius hic Calantianus Siculus Romæ Auguſti temporibus docuit teſte Svida in Ἐκλογάδες. Videndus idem in Καικιλίῳ, & qvæ de ejus ſcriptis notant viri docti ad Longinum

ψ) De Longino hoc dictum à me lib. IV. cap. 31. ubi inter ſcripta ejus deperdita è Svida in Λογγ. retuli ἀττικῶν λέξεων ἐκδοσεις β̄ κ̄τ̄ στοιχεῖον. & λέξεις Ἀνίμακτι καὶ Ἡσυχλεῖ.

ζ) Lupercum Berytium Grammaticum paullo ante tempora Claudii ſecundi, qvi ab A. 268. ad 270 imperium tenuit, vixiſſe è Svida in Λύπερκος cognoſcimus. Euſtathii tempore jam ejus ſcripta interciderant, qvæ ex ſcholiaſtis tantum ſe cognoviſſe teſtatur ad Dionyſ. v. 492. Δύπερκος γὰρ ἀνὴρ παλαιὸς ὡς οἱ σχολιασταὶ λέγουσιν. Citat Steph. in Νήριτος.

a) Clariſſ. Kuſterus ita accepit, ac ſi epitome libris XCI conſtitiſſet, qvod non eſt veriſimile, ſed libros Pamphili XCI. ſive ut infra XCV. in epitomen Juſtinus Julius contraxerat. Ulius ille, incertum ad diverſus a Juliano Sophiſta Cappadoce cujus Lexicon in Rhetores memorat Photius Cod. 150.

b) Hic eſt Minucius Pacatus Grammaticus, qvi Græco nomine etiam pro Pacato Irenæus

ΠΑΜΦΙΛΟΣ λειμῶνα λέξεων ποικίλων πρὸς γὴν βιβλίων ἐνενήκοντα πέντε. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ε ἕως τοῦ ω, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ α μέχρι τοῦ δ ΖΩΠΥΡΙΩΝ ἐπεποίηκε.

ΠΩΛΙΩΝ Ἀλεξανδρεὺς, Ἀττικῶν λέξεων συναγωγὴν κατὰ στοιχεῖον.

PAMPHILUS c) *pratum variarum dictionum* constans libris XCV. Est autem à littera ε usque ad ω, nam a litera α usque ad δ ZOPYRIO d) elaboraverat.

POLLIO Alexandrinus e) *dictionum Atticarum collectaneum volumen* ordine Alphabetico.

2. Index Scriptorum, quorum Svidas notitiam tradit per ordinem literarum.

Abaris Scytha Scythæ filius χρησμὸς scripsit σκυθικὸς, *Oracula Scythica*, γάμων Ἕβρου τοῦ ποταμοῦ, *Nuptias Hebri fluvii*. καθαρμοὺς *lustrationes* & θεογονίαν prosa & Ἀπόλλωνος ἄφιξιν εἰς Ὑπερβορέους *Apollinis adventum ad Hyperboreos*, carmine.

Abas Sophista, ἱστορικὰ ὑπομνήματα, *commentarios historicos*. τέχνην ῥητορικὴν, *artem Rhetoricam*.

Abron Phryx sive Rhodius, Grammaticus Tryphonis discipulus, libertus, σοφιεύσας sive qui Rhetoricam docuit Romæ.

Acacius Patriarcha Cpolitanus.

Acacius ῥήτωρ δεινότατος æqualis Libanii & Juliani Imp. cujus judicia cum Tusciano Phryge, rhetore insigni, reprehendit.

Acamatius Heliopolitanus, Philosophi affectans nomen, cum rudis esset & imperitus.

Achæus Syracusanus Tragicus scripsit *tragœdias decem*.

Achæus Pythodori seu Pythodoridis F. Eretriensis Tragicus, docuit *fabulas XLIV.* vel ut alii *XXX.* vel *XXIV.* quarum una vicit. Sophocle paulo junior, cum Euripide fabulas edidit ab Olympiade LXXXIII.

Achias Propheta.

Achilles

dictus est, & cujus τὸν κατὰ στοιχεῖον κατήλεξιν laudat Socrates lib. III. Histor. cap. 7. De illo dixi lib. IV. cap. 34 p. 518. seq.

c) Pamphili Alexandrini Grammatici Atticarum glossæ citantur ab Athenæo, autore magni Etymologici, Eustathio &c. Alia ejus scripta memorat Svidas in Παμφίλου.

d) Valerius Pollio, Alexandrinus, Diodori Philosophi pater clarus Hadriani tempore, de cujus Lexico Photius Cod. 149. De scriptore plura Svidas in Πωλίων & de recensioribus Jonsius III. 7. p. 246. seq.

Achilles Statius Alexandrinus scripsit τὰ κατ' Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα καὶ ἄλλα ἐρωτικά, *de Leucippe & Clitophonte & alia amatoria libris VIII.* Tandem factus Christianus & Episcopus. Scripsit καὶ σφαίρας καὶ ἐτυμολογίας *de sphæra, & Etymologia & ἱστορίαν σύμμικτον, historiam miscellaneam*, quæ multorum & magnorum virorum mentionem facit. Stylus ubique similis illi quo in amatoriis utitur.

Acesius Novatianorum Episcopus qui Concilio (Nicæno) interfuit.

Acron Acigentinus Medicus Xenonis F. Athenis ἐσοφίσευσεν philosophiam docuit Empedoclis tempore, ante Hippocratem scripsit καὶ ἰατρικῆς, *de arte Medica* Dorice. & καὶ λόγον ὑγιεινῶν *de salubri victus ratione.* Est hic unus illorum qui ventorum rationes observaverunt.

Acusilaus Cabæ F. Argivus ex Cercade opido prope Aulidem, Historicus antiquissimus, scripsit Genealogias æneis usus tabulis in quas ajunt patrem ejus incidisse cum locum quendam domus suæ foderet.

Acusilaus Athenienſis, Agathocliæ F. qui Romam tempore Galbæ veniens ex oratoria tantum est lucratus, ut Athenienſibus centum millia drachmarum in fœnore posita reliqverit.

Admeti μέλη & Harmodii. de rebus facilibus. σκολιὰ carmina ad vinum decantari solita.

Adrianus Imp. φύσει φιλόλογος ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ καί τινα πεζὰ καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ κατέλιπε, *natura doctrinæ amans in utraque lingva & prosa & carmine scripta omnis generis reliquit --- βουλόμενος πάντων ἐν πᾶσι κρείττων εἶναι &c. Cum vellet præstare omnibus, viros in aliquo studio præstantes oderat. Hinc & Favorinum Gallum & Dionysium Milesium Sophistas opprimere studebat cum aliis modis, tum vero adversariis eorum, hominibus nullius vel minimi pretii extollendis. Hic in Epistola quadam &c.*

Adrianus Sophista Herodis discipulus, tempore M. Antonini, Athenis æmulus Aristidæ Rhetoris, Romæ rhetoricam docuit, dictator Epistolarum Commodi Imp. scripsit μελέτας *declamationes*, μεταμορφώσεις *metamorphoses libris VII.* καὶ ἰδεῶν λόγων *de formis orationis libros V.* καὶ τῶν ἐν ταῖς στάσεσιν ἰδιωμάτων *de statuum propriatatibus libros III. Epistolas & λόγους ἐπιδεικτικούς orationes declamatorias.* Ptolemæum (orationem) & παραμυθητικὸν *consolatoriam in Celerem.*

Ædesia Alexandrina, Hermiæ uxor cognata Syriani, filios Ammonium & Heliodorum in philosophia erudiendos curavit à Proclo.

Claudius

Claudius Ælianus ex Præneſte Italiæ, ſummus pontifex & ſophiſta, poſt Adriani tempora Romæ docuit, μελίγλωσσος ſive μελιφθογγος, *melleæ linguæ* ſive *melleæ vocis* vir.

Ælianus belli dux Valentis Imp. temporibus παιδείας ὕτε ἐντὸς ὢν ὕτε ἀμοιρος.

Ἔλινον, εἶδος θρήνου καὶ ᾠδῆς, *genus lamentationis & carminis.*

Æneas ſcripſit περὶ πυρσῶν *de facibus quæ in ſpeculis accenduntur*, ut ait Polybius, & περὶ στρατηγημάτων ὑπόμνημα *commentarium de ſtrategematibus.*

Ænicus Athenienſis, Comicus antiquæ Comœdiæ. Ex fabulis ejus, Ἄνθεια.

Æneus (Αἰνεύς) Sophiſta, cujus libri, αἱ μεταίβολοι, quaſi *transmutatores* dicas.

Æſchines Charini ſartoris F. (al. Lyſaniæ) Athenienſis, Sphettius, Philoſophus Socraticus, cujus dialogi, Miltiades, Callias, Rhinon, Aſpaſia, Axiochus, confer Svid. in Ἀξίοχος) Telavges & Alcibiades. Nec non illi qui vocantur Acephali, ut Phædon, Polyænus, Dracon, Eryxias, de virtute, Eraſiſtratus, Scythici. Hic Æſchines in Siciliam ad Dionyſium pecuniæ cauſa profectus eſt.

Æſchines Athenienſis, Atrometi & Glaucotheæ ſive Levotheæ F. diſcipulus Alcidamantis Eleatæ, hiſtrio, deinde ſcriba, poſtea orator. Hic Cteſiphontis accuſator à Demoſthene victus Rhodum fugit ibique docuit.

Æſchylus Athenienſis, Tragicus, Euphorionis F. & frater Aminiæ, Euphorionis & Cynægiri. Certavit Olympiade LXIX. natus annos XLV. Primus auctor fuit ut tragici perſonis terribilibus & pictis, arbyliſque, ſive elatioribus calceis uterentur. Scripſit elegias: & tragœdias XC. Vicit octies & vicies: vel ut alii, decies ter. Filios habuit duos tragicos, Euphorionem & Bionem. obiit æt. LVIII. ut Sicilia &c.

Æſopus Samius vel Sardianus, vel Meſembrianus vel denique Cotyaënſis Phryx, fabularum conditor, à Crœſo dilectus (ante Pythagoræ tempora, circa Olymp. XL.) ſervus Xanthi Lydii: vel Samii Jadmonis, cujus ſerva erat Rhodopis Threſſa, quæ deinde Sapphonis fratri Charaxo nupſit. Scripſit Τὰ ἐν Δελφοῖς αὐτῷ συμβάντα *de iis quæ ipſi apud Delphos acciderunt, libros II.* Alii ajunt ἀποκείμενα γεγραφέναι μόνον, *fabulas ſolùm ſcripſiſſe.* Delphi Æſopum Phædriadibus præcipitatum rupibus occiderunt Olympiade LIV. &c.

Aetius Antiochenus, magiſter Eunomii, Paulini Tyrii ſectator, hæreſiarcha Ario ſuffragatus: cum diſcipulis ex Categoriis Ariſtotelis diſ-

ſeruit, *Epiſtolas* compoſuit ad Imp. Conſtantium. Sectatores ejus Aëtiani & Eunomiani.

Africanus Sextus, Afer Philoſophus qui ſcripſit κεστὸς ceſtos libris XXIV. de remediis phyſicis, & quæ ex verbis, incantationibus & ſcriptis characteribus conſtant, mirosque effectus habent. Ad ejusdem argumenta contra hiſtoriam Suſannæ allata reſpondit Origenes.

Agapetus Synadorum Epiſcopus de quo Euſeb. (imo Philoſtorgius: confer Tillemont. T. V. memor.)

Agapius Athenienſis Philoſophus poſt Procli obitum, temporibus Marini. (Ex Damaſcio.)

Agapius Alexandrinus, CPoli ἰατρικῶν μαθημάτων ἐξηγητής.

Agathias Scholaſticus, μυρινα῀ος Myrinenſis, ſcripſit Hiſtoriam ex eo tempore ubi deſiit Procopius: nec non alios libros partim ligata partim ſoluta oratione, & Ἀνθρικὰ, & κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων.

Agathon Tragicus, & Comœdiarum ſcriptor Socratis diſcipulus.

Alcæus Athenienſis Tragicus quem nonnulli primum fuiſſe Tragicum contendunt.

Alcæus Mytilenæus, deinde Athenienſis Comicus veteris Comœdiæ quintus, Micci F. ſcripſit *Comœdias X.*

Alcidamas Eleates Aſianus Philoſophus filius Dioclis qui Muſica ſcripſit & Gorgiæ Leontini diſcipulus.

Alcimenes Megarenſis Tragicus.

Alcimenes Athenienſis Comicus.

Alciphron Magnes ex Magneſia ad Mæandrum, Philoſophus.

Alcmam Lacon Meſſoates: ſecundum Cratetem παιώνια (in hoc lapſum ſive errantem) Lydus Sardibus oriundus: ex ſervitute manumiſſus, filius Damantis vel Titari. Dorice ſcripſit ut ſolent Lacedæmonii. inventor ἐρωτικῶν μελῶν, *amatoriorum carminum.* Scripſit libros ſex lyricorum carminum & κολυμβώσας, *natantes.* πρῶτο῀ εἰσήγαγε μὴ ἑξαμέτρους μελῳδεῖν, *primus introduxit uſum ut carmina melica verſibus non hexametris conſcriberentur.*

Alcman alius Meſſenius, itidem Lyricus.

Alexander Ægæus, pater Cælii, Philoſophus Peripateticus, cum Chæremone Philoſopho præceptor Neronis Imp. quem vocavit πηλὸν αἵματι πεφυρμένον, *lutum ſanguine maceratum.*

Alexan-

Alexander, Antiochenus poſt Porphyrium Epiſcopus, temporibus Chryſoſtomi virtute, philoſophia & eloquentia inſignis.

Alexander Aphrodiſienſis Philoſophus.

Alexander Caſilonis F. Rhetor, frater Euſebii Rhetoris, Juliani diſcipulus.

AlexanDer Claudius, Rhetor.

Alexander Hierapolitanus Epiſc. &. martyr. ſcripſit, τί καινὸν εἰσήνεγκε Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον, κεφάλαια Θ'. *de rebus novis quas CHriſtus in mundum intulit, capita IX.* librum egregiis ſententiis refertum.

Alexander Mileſius * Polyhiſtor, Romæ fuit temporibus Syllæ & ante: a Cornelio Lentulo, cujus pædagogus ac libertus fuit, Cornelii ſortitus cognomen, Laurenti periit, ædibus ejus ab igne conſumtis, quod ubi comperit uxor ejus Helena, ἀπήγξατο, laqueo vitam finivit. Fuit Grammatici Cratetis diſcipulus, συνεγραψε βιβλία ἀριθμῷ πρώτῳ, libros ſcripſit innumeros, & περὶ Ῥώμης, *de Roma libros V.*

Alexander Numenii F. Sophiſta.

Alexander Plevronius ex Plevrone Ætoliæ civitate, Satyri & Stratocleæ F. Grammaticus (circa Olymp. CXXIV.) Tragœdias ſcripſit: unus ex Plejade Tragicorum.

Alexander Seleucienſis Cilix, Alexandri cauſidici F. Rhetor, πηλοπλάτων ſive *luteus Plato* cognominatus.

Alexis ex Thurio, quæ ante Sybaris, Comicus, docuit fabulas CCXLV, patruus Menandri Comici, Stephani itidem Comici pater.

Ammonianus Grammaticus, Syriani Philoſophi propinquus ἠγάπα τὴν ἐπὶ ποιητῶν ἐξήγησιν καὶ διορθώσει τῆς Ἑλληνικῆς λέξεως καθεσμένην τέχνην. *artem in Poëtarum enarratione & Græcæ dictionis emendatione occupatam diligebat.* ὅτε δὲ ἦν Ἀμμωνιανὸς ὁ παιδεύσας συμβέβηκεν ὄνον (ſervum hoc nomine) σοφίας ἀπροσκεπῆ.

Ammonius Saccas Philoſophus Alex. ex Chriſtiano Ethnicus, teſte Porphyrio.

Ammonius Ammonii F. diſcipulus Alexandri Grammatici qui in ſchola Ariſtarchi ſucceſſor fuit ante Auguſti Imp. tempora.

Amphion antiquæ Muſicæ inventor. *Julianus in Epiſt.*

Amus Ægyptius, in monte Nitriæ Monachus.

* Clariſſ. Kuſterus hunc Cornelium Alexandrum confundit cum altero longe juniore Alexandro Cotyæenſi ex Aſclepiadæ ſchola Grammatico cujus obitum & laudes diſerta oratione decoravit Ariſtides. Vide quæ de hoc juniore Alexandro dixi lib. IV. cap. 30. p. 379.

Anacharsis Gnyri F. Scytha Philosophus, frater Καδύϊα Cadviæ Scytharum Regis, matre Græca natus, scripsit νόμιμα Σκυθῶν δι' ἐπῶν, *de legibus & institutis Scytharum* versu heroico. περὶ εὐτελείας τῶν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, *de frugalitate vitæ humanæ*, poëma heroicum versibus DCCC. Ancoram & rotam figlinam invenit, vixitqve temporibus Crœsi &c.

Anacreon Tejus Lyricus, Scythini, (al. Eumeli, Parthenii vel Aristocriti) filius dialecto Jonica scripsit *elegias* παιδικὰ μέλη five *carmina quæ inter pocula cantabantur & jambos*, & qvæ vocantur *Anacreontica*. Vixit tempore Polycratis Samii Tyranni circa Olymp. LII. (alii LXII. tempore Cyri & Cambysæ.) Teo pulsus ob Histiæi seditionem Abdera urbem Thraciæ migravit.

Anastasius Imp. hæreticus.

Anaxagoras, Sophista (i. e. Philosophus) Hegesibuli F. Clazomenius, cognominatus νοῦς five *Mens*, Periclem licet causæ suæ nactus patronum Athenis pulsus, Lampsaci vitam finivit inedia &c. vide infrà in Ἀπολλώνιος.

Anaxandrides Anaxandri F. è Camiro Rhodius, vel ut alii Colophonius ludis Philippi Macedonis Olymp. 101. interfuit, scripsitque Comœdias LXV. ex quibus vicit X. Primus amores in scenam introduxit.

Anaxilas Comicus Poëta.

Anaximander Præxiadæ F. Milesius Philosophus, cognatus, discipulus & successor Thaletis. Primus æquinoctium invenit, & solstitia & horologia, & terram in medio mundi sitam esse. Gnomonis etiam usum introduxit, & γεωμετρίας ὑπογραφὴν ἔσχεν, Geometriæ institutionem tradidit. Scripsit περὶ φύσεως, *de natura rerum*: γῆς περίοδον, *descriptionem terræ*. περὶ τῶν ἀπλανῶν καὶ σφαίρων, *de stellis fixit & sphæram*, aliaque.

Anaximander Anaximandri F. Milesius, junior, historicus temporibus Artaxerxis Mnemonis. Scripsit συμβόλων Πυθαγορείων ἐξήγησιν, *symbolorum Pythagoricorum interpretationem*.

Anaximenes Eustrati F. Milesius Philosophus, discipulus & successor Anaximandri Milesii, vel ut alii, Parmenidis. Vixit Olympiade LV. qvo Cyrus Crœsum regno exuit.

Anaximenes Aristoclis F. Lampsacenus, orator & discipulus Diogenis Ganis, & Zoili Amphipolitani Grammatici, præceptor Alexandri Macedonis, à quo patriæ suæ veniam & salutem impetravit. Theopompo in

odium

odium adducendo librum vulgavit ſub illius nomine adverſus Athenienſes & Lacedæmonios, συγγραφὴν λοίδορον εἰς τὸ ἀκριβέστατον μιμησάμενος, hiſtoriarum Theopompi maledicum ſtylum accurate imitatus.

Andocides Athenienſis, Leogori F. unus ex decem Oratoribus, genus ducens à Telemacho Ulyſſis F. & Nauſicaa, ut tradit Hellanicus.

Androclides, Syneſii Lydi Philadelphienſis F. tempore Porphyrii Philoſophi docuit.

Andromachus ex Neapoli Syriæ Sophiſta, Zonæ vel Sabini F. docuit Nicomediæ temporibus Diocletiani Imp.

Androtion Andronis F. Athenienſis orator & demagogus, Iſocratis diſcipulus.

Angelius Valentis tempore, Epiſcopus CPol.

Anniceris auctor ſectæ Anniceriæ, tempore Alexandri M. Cyrenæus, Philoſophus Epicureus factus etſi Parabatæ fuiſſet diſcipulus qui audiverat Ariſtippum. Frater Anniceridis Nicoteles Philoſophus. Diſcipulus celebris, Poſidonius.

Antigenides Satiri F. Thebanus Muſicus, tibicen Philoxeni. Scripſit μέλη, *carmina* (modulis animata muſicis.)

Antimachus Colophonius Hyparchi F. Grammaticus & Poeta. Panyaſidis Poëtæ non ſervus ſed illius & Steſimbroti audito, vixit ante Platonem.

Antimachus Heliopolitanus Ægyptius, qui ſcripſit Κοσμοποιΐαν verſibus heroicis 3780.

Antimachus poëta melicus, dictus ψυκάς perinde ut * Olympicus quidam, quod diſcipulos ſuos inter diſſerendum conſpergeret ac minutim conſpueret. Decretum fecit, neminem in ſcena nominatim à Comicis perſtringendum.

Antiochus Cilix Cynicum ſe philoſophum ſimulans & honoribus auctus à Severo & Antonino ad Tiridatem transfugit.

Antipater Joalai F. diſcipulus Ariſtotelis, Alexandri M. dux & deinde Rex Macedoniæ, reliqvit Epiſtolarum σύγγραμμα libris duobus, & Hiſtoriam τὰς περὶ Ἰλλυριοὺς πράξεις.

Antipater Nicolai Damaſceni hiſtorici pater, eloqventia pollebat qua neminem læſit, patriæ & civibus profuit.

Antiphanes Athenienſis Comicus, junior Panætio.

Antiphanes Caryſtius Trani F. Theſpidis Tragici tempore, Comicus antiqvior.

* ita Ψυκάδης dicti recentiori ætate Alciatus & Malherbe.

Antiphanes Demophanis vel Stephani F. Smyrnæus vel ex Dionyſii ſententia Rhodius, Comicus mediæ Comœdiæ, ex ſervitute manumiſſus claruit circa Olymp. XCIII ſcripſit Comœdias CCCLXV. vel ut alii CCLXXX. vicitqve decies ter. Flium habuit Stephanum Comicum. obiit in Cio, piro forte percuſſus, anno ætatis LXXIV.

Antiphon Athenienſis τερατοσκόπος prodigiorum conjector, poëta epicus & ſophiſta: dictus λογομάγειρος qvaſi *ſermonum coqvum* dixeris. Eundem eſſe puto qvem paullo poſt ὀνειροκρίτην Svidas vocat & περὶ κρίσεως ὀνείρων *de ſomniorum judiciis* ait ſcripſiſſe

Antiphon Sophili F. Athenienſis, populo Rhamnuſius, cognomine Neſtor, poſt Gorgiam in forenſi dicendi genere excelluit, Magiſter Thucydidis.

Antiſthenes patre cognomine, Athenienſis: ex Ooratore Philoſophus Socraticus, Peripateticus primum dictus deinde in Cynoſarge docuit Cynicæ ſectæ princeps, Diogenis Cynici præceptor. Scripſit tomos X, primum Magicum, in quo narrat de Zoroaſtre ſapientiæ repertore. Hunc Ariſtoteli qvidam, alii Rhodioni tribuunt.

Antonius Alexandrinus Gazæ & Byzantii cauſas egit, ſacris alioqvi maxime deditus, ita ut Gazam redderet religioſiorem.

Apelles Colophonius, Pythii F. Ephori Epheſii & Pamphili Amphipolitani diſcipulus, pictor celebris, ab Epheſiis civitate donatus, frater Cteſiochi pictoris

Apelliconis Teji Bibliotheca à Sylla in poteſtatem redacta.

Aphareus Athenienſis Orator, filius Hippiæ Sophiſtæ & Plathanes, Iſocratis privignus (πρόγονος) clarus circa Olympiadem XCV. eodem quo Plato tempore.

Appianus ſive Apianus ſcripſit Romanam hiſtoriam τὴν καλουμένην βασιλικὴν -- Ῥωμαϊκὰς λόγους ἑπτὰ &c.

M. Apicius &c.

Apion Pliſtonicis F. cognomento Mochthus, Ægyptius ſive Cretenſis, Grammaticus, diſcipulus Apollonii Archibii, & Euphranoris centenario majoris & Didymi. Docuit Romæ Tiberii & Claudii ætate, ſucceſſor Theonis Grammatici, æqvalis Dionyſii Halicarnaſſei. Scripſit ἱστορίαν κατ' ἔθνος *hiſtoriam de ſingulis gentibus*, aliaqve.

Apollinaris Laodicenus tempore Conſtantii & Juliani, Grammaticus Philoſophus & Poëta ſcripſit *contra Porphyrium libros* XXX, & verſibus Græcis Heroicis πᾶσαν τὴν τῶν Ἑβραίων γραφὴν, totum vetus Teſtamentum reddidit.

reddidt. Epistolas item scripsit & multos in S. Scripturam commentarios. Idem hæreticus, filius Apollinaris Alexandrini.

Apologus Alcinoi ἐπὶ τῶν φλυαρούντων, de iis qui futili & prolixo sermone utuntur.

Apollodorus Athenienſis Comicus, fabulas scripsit XLVII. Vicit quinquies.

Apollodorus Gelous Comicus, Menandri æqualis. ejus dramata: ἀποκαρτερῶν ἢ φιλάδελφοι, Δυσσοποιός, Ἱέρεια, γραμματοδιδάσκαλος, Ψευδαίας, Σίσυφος, Λιχηνίων.

Apollodorus Tarsenſis, Tragicus cujus dramata: ἀναιθοπλῆξ, τευκροκλόνος, Ἕλληνες, Θυέστης, ἰκετίδες, Ὀδυσσεύς.

Apollodorus Athenienſis, Aſclepiadis F. Grammaticus, Panætii Rhodii Philoſophi & Ariſtarchi Grammatici diſcipulus, primus uſus tragiambico carminis genere, ἤρξε δὲ πρῶτος τῶν καλουμένων τραγικῶν μέτρων.

Apollonius Tyanenſis, Philoſophus Apollonii F. temporibus Claudii, Caji & Neronis usque ad Nervam clarus. Scripsit τελεταὶς *initia ſive de ſacrificiis.* Διαθήκην, *teſtamentum.* χρησμοὺς, *oracula.* Ἐπιστολὰς, *Epiſtolas.* Πυθαγόρου βίον, *vitam Pythagoræ.* Vitam Apollonii ſcripsit Philoſtratus &c.

Apollonius Tyaneus Philoſophus junior temporibus Hadriani Imp. teſte Agreſphonte. ἐν τῷ περὶ ὁμωνύμων.

Apollonius Alex. cognomento dyſcolus, pater Herodiani Grammatici τῶ Ἡρωδιανοῦ ſcripsit 1) περὶ μερισμοῦ *de partitione partium Orationis libros IV.* 2) περὶ συντάξεως *de conſtructione partium orationis libros IV.* 3) *De verbo* ſive ῥηματικὸν *libris V.* 4) *De verbis derivatis in* μι *definentibus.* 5) *De nominibus ſive* ὀνοματικόν. 6) *De nominibus per varias dialectos.* 7) *De nominum fœmininorum caſu recto.* 8) *De paronymis.* 9) *De comparativis.* 10) *De dialectis Dorica, Jonica, Æolica, Attica.* 11) *De figuris Homericis.* 12) περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας, *de hiſtoria commentitia.* 13) *De affectionibus,* περὶ παθῶν. 14) περὶ τόνων κεκλασμένων, *de tonis coactis libros duos.* 15.) περὶ τόνων σκολιῶν, *de tonis obliquis.* 16) περὶ προσῳδιῶν *de accentibus libros V.* 17) περὶ στοιχείων, *de elementis ſive litteris.* 18) *de præpoſitionibus.* 19) περὶ τῶν Διδύμου πιθανῶν, *de Didymi probabilibus.* 20) *de compoſitione.* 21) *de iis quæ duobus modis efferuntur.* 22) *de vocula* τίς. 23) *de generibus.* 24) *de ſpiritibus.* 25) *de poſſeſſivis.* 26) περὶ συζυγίας *de conjugatione.*

Apollonius Archebuli ſive Archebii F. ſcripsit de dictionibus Homericis, ordine alphabetico.

Apollo-

Apollonius Aphrodiſienſis, ſummus ſacerdos & hiſtoricus ſcripſit Καρικὰ ſive *Hiſtoriam Caricam.* Περὶ Τραλλέων *de Trallibus.* Περὶ Ὀρφέως καὶ τῶν τελετῶν αὐτοῦ. *De Orpheo & ipſius ſacris.*

Apollophanes Athenienſis, Comicus antiqvus cujus dramata: Δαίλης, Ἰφιγένεων, Κρῆτες, Δαναή, Κένταυροι.

Aquila Philoſophus ſcripſit σχολικὰ λογικὰ περὶ συλλογισμῶν.

Aquila Grammaticus. Muſicus.

Araros Athenienſis, Comicus filius Ariſtophanis Comici, qui primum docuit Comœdias Olympiade 101. Ex dramatibus ejus ſunt: Καινοὺς, Καμπυλίων, Παιὸς γοναὶ, Τιμόναος, Ἄδωνις, Παρθενίδιον.

Aratus Solenſis Cilix Athenodori F. auditor Menecratis Grammatici Epheſii, Philoſophorum Timonis & Menedemi. Vixit Olympiade CXXIV. familiaris Antigono Gonatæ, Regi Macedoniæ, Demetrii poliorcetæ filio, æqualis Antagoræ Rhodii & Alexandri Ætoli, fratres habuit Myrin, Calondam & Antenodorum. Poëta epicus ſcripſit Φαινόμενα, in quibus initium admirabile & Homeri felix imitatio. *Hymnos in Pauem,* Σποιδοφόρους, Παιγνια, Ἀστρολογίαν καὶ ἀστροθεσίαν. Σύνθεσιν Φαρμάκων, θηριακῶν ἐπῳδὰς. Ἀνθρωπογονίαν. Ἐπιθυτικὸν, εἰς Θεόξενον (epicedium) εἰς Ἀντίγονον. Ἠθοποιίας. Ἐπιστολάς. Ἐπιγράμματα *in Philam* Antipatri filiam, Antigoni uxorem. Ἀνατομὴν. *In Pauſaniam* Macedonem. *Epicedium Cleombroti.* Διόρθωσιν Ὀδυσσείας *emendationem Odyſſeæ.* & *Epiſtolas* oratione ſoluta.

Archedicus κωμῳδιογράφος qui contra Democharem Demoſthenis ſororis filium ſcripſit.

Archelaus Apollodori vel Midonis F. Mileſius, Philoſophus Phyſicus, primus ex Jonia Phyſiologiam in Græciam introduxit, diſcipulus Anaxagoræ, præceptor Socratis & Euripidis: ſcripſit Phyſiologiam & alia nonnulla. Nihil juſtum vel turpe natura eſſe docuit, ſed inſtituto omnia.

Archelaus Coloniæ presbyter, contra quem ſcripſit Baſilius Irenopolis Epiſcopus.

Archiadas Theagenem ob facultates amiſſas conſolans. (*ex Damaſcio*)

Archias Φυγαδοθήρας qui oratores fuga ſibi cupientes conſulere, venatus eſt ut Antipatro traderet.

Archibius Apollonii F. Grammaticus, ſcripſit ἐξήγησιν *Epigrammatum Callimachi.*

Archi-

Archibius Ptolemæi F. Leucadius vel Alexandrinus Grammaticus ex eorum numero qui Romæ usque ad Trajani Imp. tempora docuerunt.

Archigenes Philippi F. Apameensis Syrus, *Medicus* Agathini discipulus qui Romæ Trajani tempore artem Medicam exercuit. Vixit annos LXXIII. scripsitque multa Medica Physicaque.

Archilochus maledicus, alioqui insignis Poëta quem à Calonida interfectum Pythia ulta est &c.

Archimedes Trallianus Philosophus scripsit *ὑπόμνημα commentarium in Homerum*: & *Mechanica*.

Archippus Atheniensis Comicus antiqvus qui semel vicit Olympiade XCI.

Archytas Tarentinus Hestiæi F. aut Mnesarchi vel Mnasagoræ, Philosophus Pythagoricus qui Platonem servavit, cum eum ad mortem quæreret Dionysius tyrannus. Empedoclis discipulus Philosophiam docuit multosque libros scripsit. Inventor *πλαταγῆς* sive crepitaculi. *Τὸ κοινὸ τῶν Ἰταλιωτῶν πρείσβυς ἐρατηγὸς αἱρεθεὶς διὰ ἀρετὴν ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν περὶ ἐκεῖνον τὸν τόπον Ἑλλήνων. Communi Italiotarum præfuit, Dictator à civibus & vicinis Græcis creatus.*

Ariani Pfathyriani &c.

Arignote Samia discipula Pythagoræ & Theanus, Philosopha Pythagorica. Scripsit *Bacchica* sive *τελεσὰς Διονύσου*, & *de Cereris Mysteriis*, necnon *Epigrammata*. Fertur etiam illius sub nomine *liber sacer, ἱερὸς λόγος*.

Arion Cyclei F. Methymneus Lyricus vixit Olympiade XXXVIII. Quidam Alcmanis filium tradidere. Scripsit *ἀσματα cantica* & *προοίμια hymnos* ad versus heroicos bis mille. Dicitur tragici modi inventor fuisse & primus chorum instituisse & dithyrambum cecinisse & ita nominasse quod à choro canitur, & satyros introduxisse versibus loquentes.

Aristarchus *θέσει* (habitatione) Alexandrinus, *φύσει* (gente) Samothrax Aristarchi F. clarus Olymp. CLVI. tempore Ptolemæi Philometoris cujus filium erudiit. Fertur scripsisse ultra DCCC. libros *ὑπομνημάτων* sive commentariorum. Discipulus Aristophanis Grammatici, cum Cratete Pergameno Pergami sæpe concertavit. Discipulos habuit Grammaticos circiter XL. Annos natus LXXII. in Cypro aqua intercute laborans necem sibi media consivit relictis filiis Aristarcho & Aristagora, nullius ingenii, ex quibus Aristarchum venditum Athenienses redemerunt.

Aristarchus Tegeates Tragicus, æqvalis Euripidis qui primus dramata ad illam prolixitatem produxit, docuit tragedias LXX., vicit duabus.

Obiit centenario major. Morbo cum laborasset, Æsculapio pro restituta valetudine drama Ἀσκλήπιον dedicavit.

Aristeas Democharidis aut Canstrobii F. Proconnesius, Poëta Epicus, scripsit τὰ Ἀριμάσπεια καλούμενα ἔπη, *carmina Arimaspea* sive Historiam Arimasporum Hyperboreorum libris III. & soluta oratione nonnulla, & *Theogoniam* versibus mille.

Aristides Adrianensis ex Adrianis Mysiæ sive Bithyniæ Sophista Polemonis Smyrnæi Rhetoris discipulus, filius Eudæmonis Philosophi, flaminis Dialis in patria sua. Athenis Herodem & Pergami Aristoclem audivit, floruitque Antonini Imp. tempore & vitam usque ad Commodum produxit. Orationes ejus quam plurimæ, aliæ apud alios circumferuntur.

Aristippus Aritadæ F. Cyrenæus Philosophus, Socratis auditor, sectæ auctor Cyrenaicæ, primus Socraticorum qui mercedem a discipulis exegit. Xenophonti infestus, austeritatis Antisthenis derisor. A Diogene ipse dictus κύων βασιλικός. Plura ejus feruntur Apophthegmata &c. Audivit eum Arete filia, cujus filius Aristippus junior, metrodidactus. Hujus auditor Theodorus dictus atheus, mox Deus. Theodorum Antipater, Antipatrum Epitimedes Cyrenæus, Epitimedem Parabates, Parabatem Hegesias Pisithanatus, Hegesiam Anniceris, non ille qui Platonem redemit.

Aristo Platonis Pater &c.

Aristo Lembus qui librum Herodiani, ἡ καθόλου (scil. τέχνη) inscriptum in compendium redegit Danaoque inscripsit.

Aristocles Messenius, Philosophus peripateticus scripsit περὶ Φιλοσοφίας *de Philosophia libros X.* in quibus omnes Philosophos & ipsorum opiniones recenset. Πότερον ἀγαθώτερος Ὁμήρου ἢ Πλάτων. *utrum Homerus præstantior an Plato.* Τέχνας ῥητορικάς. *Artem Rhetoricam.* περὶ Σαραπίδος. *De Saraphide.* Ἠθικὰ *De moribus libros IX.*

Aristocles Lampsacenus Philosophus Stoicus scripsit ἐξήγησιν τῶν χρυσίππου περὶ ἧς πῶς ἕκαστα λέγομεν καὶ νοοῦμεν, *enarrationem in Chrysippum de ratione qua singula eloquimur & cogitamus, libris IV.*

Aristocles Pergamenus Sophista qui Trajani & Adriani temporibus vixit. Scripsit *Artem Rhetoricam. Epistolas. De Rhetorica libros V.* Μελέτας *declamationes.* Πρὸς τὸν βασιλέα ἐπὶ τῇ διανομῇ τοῦ χρυσίου. *Ad Imperatorem de auri distributione.*

Aristogenes Thasius Medicus libros XXIV. scripsit, in quibus præstantiora judicata

judicata sunt περὶ διαίτης *de victus ratione*, περὶ δυνάμεως, *de facultate*, περὶ δακετῶν, *de venenatis animalibus*, περὶ σπέρματος *de semine*, ὑγιεινὸν *de valetudine tuenda*, Ἐπιστολαὶ *quæsita per Epistolas*. Ἐπιτομὴ φυσικῶν βοηθημάτων πρὸς Ἀντίγονον. *Naturalium remediorum compendium ad Antigonum.*

Aristogenes Cnidius, Medicus, servus Chrysippi Philosophi, & Antigoni Gonatæ Medicus.

Aristogiton Cydimachi (Scydimi) vel Lysimachi F. Athenienſis, Rhetor, matre libertina, propter impudentiam *Canis* cognominatus & ab Athenienſibus interfectus &c. Scripsit Orationes, *Apologiam adversus Demosthenem* belli ducem: *adversus Lycurgum*, *adversus Timotheum*, *adversus Timarchum*, *adversus Hyperidem* (quem ob decretum post cladem Chæronenſem factum actione τῶν ὡπλισμένων persecutus est sed fruſtra) *adversus Thrasyllum*, & ὀρφανικὸν sive *orationem pro pupillis.*

Aristomenes Athenienſis Comicus τῶν ἐπιδιωτέων τῆς ἀρχαίας Κωμῳδίας ex iis qui antiqvæ Comœdiæ proximi fuere, belli Peloponneſiaci tempore Olymp. LXXXV. Dictus θυροποιός.

Aristonicus Alexandrinus Grammaticus scripsit περὶ τῶν σημείων *de notis Criticis in Theogonia Hesiodi*, & libros VI. τῶν τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας ἀσυνήθων ὀνομάτων, *de nominibus in Iliade & Odyssea quæ à communi constructione recedunt.*

Aristonymus Comicus tempore Ptolemæi Philadelphi & Philopatoris, & post Apollonium (Rhodium) Bibliothecæ Regiæ præfuit annum agens LXIV. Cum fugam moliretur ad Eumenem, conjectus est in carcerem, & post aliquod tempus emissus, obiit ex stranguria anno ætatis LXXVII. Scripta ejus permulta sunt, ex Comœdiis ejus ab Athenæo citatur ἥλιος ῥιγῶν *sol algens.*

Aristophanes Byzantius Grammaticus filius Apellis qui ordines duxit, discipulus Callimachi & Zenodoti, quorum hunc juvenis, illum puer audivit, & præterea Dionysii Jambi & Euphronidæ Corinthii sive Sicyonii. Vixit Olympiade CXLV.

Aristophanes Rhodius sive Lindius, aliis Ægyptius, aliis Camirenſis) civitate Athenienſis, Comicus filius Philippi, in scena certavit Olympiade CXIV. tetrametri & octametri inventor. Filios habuit Ararotem, Philippum & Philetærum Comicos. Quidam ἀπόδουλον, libertum fuisse tradiderunt. Dramata ejus sunt LIV. ἅπερ δὲ πεπραχαμεν,

quæ autem tractavimus sive in quas commentati sumus.* *Acharnenses*, *Ranæ*, *Pax*, *Ecclesiazusæ*, *Thesmopheriazusæ*, *Equites*, *Lysistrata*, *Nubes*, *Aves*, *Plutus*, *Vespæ*.

Aristoteles Nicomachi & Phæstidis F. (Nicomachus autem Medicus fuit ex Asclepiadarum genere, à Nicomacho Machaonis filio oriundus) ex Stagira urbe Thraciæ Philosophus, discipulus Platonis, τραυλὸς τὴν φωνήν balba voce. Fratres habuit Arimnestum & Arimnestem, filiamque ex Pythiade (Hermiæ Evnuchi Atarni in Troade Principis filia) ipsi natam quæ tribus maritis nupsit liberorumque aliquot mater ante patrem decessit. Habuit & filium Nicomachum ex Herpyllide concubina. &c. præfuit per annos XIII. Peripateticæ Philosophiæ ita dictæ ἀφ' τὸ ἐν περιπάτῳ ἤτοι κήπῳ διδάξαι quoniam in Peripato sive horto docuit Aristoteles, relicta Academia in qua Plato docuerat. Natus est XCIX. Olympiade: & Chalcide, hausto aconito obiit, quia in jus vocabatur quod Pæanem in Hermiam Evnuchum scripserat. Alii ajunt ex morbo discessisse annos natus LXX. Timæus Aristotelem omnibus proscindit convitiis: sed aliorum judicio τῆς φύσεως γραμματεὺς *Natura scriba* fuit, τὸν κάλαμον ἀποβρέξαν εἰς νοῦν *qui calamum in mentem intinxit*, quemque nihil fugit rerum utilium abstrusiorumque.

Aristoxenus Mnesiæ Spinthari Musici Tarentini F. Apud Mantineenses operam dedit Philosophiæ & Musicæ, auditor patris, & Lampri Erythræi, Xenophili pythagorei & denique Aristotelis, quem defunctum convitiis insectatus est quod scholæ successorem Theophrastum reliquisset non se, cujus tam magna esset inter auditores ipsius gloria. Æqualis fuit Dicæarchi Messenii ab Olympiade CXI. Conscripsit Musica, Philosophica, Historias & omnigenæ eruditionis libros CCCCLIII. Alius Aristoxenus Cyrenæus luxui adeo deditus ut lactucas in horto suo vesperi mulso rigaret, dicens virides in placentas sibi enasci.

Arnuphis Ægyptius Philosophus qui Romanis siti laborantibus præsente Marco Antonino Imp. dicitur arte coëgisse nubes & imbrem conciliasse. Alii ajunt hoc effecisse Julianum Chaldæum.

Arrhesius Monachus.

Arrianus Poëta Epicus versibus Græcis heroicis Georgica Virgilii reddidit, scripsit-

* Sunt verba scholiastæ Aristophanis, ad τραύλους suas in Comicum respicientis.

scripsitque Ἀλεξανδρείδα sive de rebus gestis Alexandri rhapsodias XXIV. & in Attalum Pergamenum poëmata.

Arrianus Nicomediensis, Philosophus ἐπικλήσεως, junior Xenophon. Romæ vixit temporibus Adriani, Antonini & Marci Imperatorum & διὰ τὴν τῆς παιδιᾶς δεξιότητα propter præclaram doctrinam, teste Heliconio, ad Consularem usque dignitatem evectus. Scripsit libros quam plurimos.

Artemidorus ex Daldi Lyciæ opido Philosophus scripsit ὀνειροκριτικὰ *de somniorum interpretatione libros IV.* οἰωνοσκοπικὰ, *de auguriis,* χειροσκοπικὰ *de divinatione quæ fit per manuum inspectionem.*

Artemidorus Pseudoaristophanius vocabula opsartytica sive de re coquinaria collegit.

Asclepiades Diotimi F. Myrleanus (ex Myrlea Bithyniæ, deinde dicta Apamea) τὸ ἀρχαῖον γένος si altius genus repetas Nicæensis, Grammaticus, Apollonii discipulus qui vixit Attali & Fumenis Pergamenorum Regum tempore. Scripsit. Φιλοσόφων βιβλίων διορθωτικὰ *Philosophicorum librorum emendationem*, aliaque multa. Docuit Romæ tempore Pompeji Magni, & Alexandriæ regnante Ptolemæo quarto adolescens commoratus est.

Asclepiadæ Medici, ab Æsculapio Medicinæ præside.

Asclepiodotus Alexandrinus, de quo multa Svidas è Damascio.

Asconius Pædianus.

Ascræus, Hesiodus.

Asinius Pollio Romanus ἱστορίας ῥωμαϊκὰς συντάξας *Historiam Latine composuit libris XVII.* ὃς πρῶτος Ἑλληνικὴν ἱστορίαν ῥωμαϊκὴν συνεγράψατο, *& primus historiam Græcam stylo Latino tradidit.*

Aspasia Milesia femina celeberrima & singulari eloquentia prædita, Sophistria, διδάσκαλος λόγων ῥητορικῶν magistra & amica Periclis & uxor denique, quæ duorum bellorum Samiaci & Peloponnesiaci causa fuisse traditur, & ex qua Pericles filium sibi cognominem suscepit. Fuit & altera meretrix ab Aspasia Periclis diversa.

Aspasius Byblius Sophista, æqualis Aristidis & Adriani, scripsit *de Byblo.* περὶ σχημάτων διανοητικῶν, *de statibus figuratis.* μελέτας, *declamationes.* τέχνας εἰς τὴν Ῥητορικήν, ὑπομνήματα, *commentarios.* λαλιὰς *sermones.* Ἐγκώμιον εἰς Ἀδριανὸν βασ. & *in alios quosdam.*

Aspasius Tyrius, Sophista & Historicus scripsit *de Epiro & rebus Epiroticis historiam* συμμικτὸν sive *miscellaneam libris XX. De arte Rhetorica*, & alia.

Aſpaſius Demetriani Critici & Mathematici F. Ravennas Sophiſta, temporibus Alexandri Mammeæ ſcripſit πρὸς τὸν Φιλολοιδόρους καὶ πρὸς Λέξωνα *aduerſus maledicos & Ariſtonem varias orationes.* Audivit Panſaniam & Hippodromum & artem Rhetoricam Romæ docuit, ubi diu clarus fuit.

Aſtrampſychus ſcripſit βιβλίον ἰατρικὸν εἰς ὄνων θεραπείαν *librum veterinarium de aſinorum curatione.* & ὀνειροκριτικὸν *de interpretatione ſomniorum.*

Aſtronomiam inter Babylonios primus invenit Zoroaſtres & poſt eum Hoſtanes, qui ex genitura & motu cœli fata hominum naſcentium obſervare cœperunt. Ab his Ægyptii & Græci doctrinam illam accepere, qui naſcentibus itidem themata notabilia aſſignant.

Aſtyages Grammaticus ſcripſit *artem Grammaticam. De Dialectis. De metris* παιάνας ὀνοματικάς, *regulas nominum. Commentarium in Callimachum.*

Aſtyanaſſa ſcripſit περὶ χημείας συνουσιαστικῶν. Eam imitatæ Philænis & Elephantine.

Aſtydamas ſenior, filius Morſimi & nepos Philoclis Tragicorum, Tragicus & ipſe Athenienſis ſcripſit tragœdias CCXL vicit XV. Antequam ad tragœdias ſcribendas ſe conferret, audivit Iſocratem.

Aſtydamas junior, prioris filius, Tragicus cujus dramata Ἡρακλῆς σατυρικός, Ἐπίγονοι, Κίρκη μαινόμενος, Βελλεροφόντης, Τυρώ, Ἀλκμήνη, Φοίνιξ, Παλαμήδης.

Athenæus Naucratita Grammaticus qui Marci Imp. tempore vixit, ſcripſit librum qui inſcribitur Δειπνοσοφισταί &c.

Athenodorus Stoicus Philoſophus ſub Octaviano Imp. &c.

Athenodorus junior, omnibus ad Philoſophiam ſubſidiis ab ingenio & recta animi voluntate inſtructus erat, Procli tempore, & perſpicue diſcipulis ſuis ſcriptores explicabat. Hunc Salluſtius dixit ſimilem igni, omnia propinqua incendenti. Perſvaſit tamen ei ne Philoſophum ſe profiteretur.

Atlas quem fabulæ ferunt cœlum & terram humeris geſtare &c.

Atticus CPolitanus poſt Arſacium Chryſoſtomi ſucceſſorem Epiſcopus Sebaſtiæ in patria à Monachis Macedonianis qui ex Euſtathii Epiſcopi ſchola prodierunt inſtitutus, poſtea ad Catholicam Eccleſiam ſe tranſtulit. Eruditus nec minus præſtans pietate ac prudentia in veterum libris multum operæ poſuit, noctes inſomnes in eorum lectione traducens: proinde Philoſophorum ac Sophiſtarum ſermonibus tanquam re nova minime terrebatur. In presbyterii

adhuc constitutus gradu, orationes à se compositas, quas memoriter didicerat, in Ecclesia recitabat. Postea ex tempore loqui & panegyricam concionandi rationem sectari cœpit, nec tamen sermones ejus vel plausu excepti vel scripto mandati &c. è Sozomeno.

Augarus Edessæ Rex qui Trajani Imp. temporibus vixit, eique Edessam venienti dona obtulit.

Augeas Athenienſis, mediæ Comœdiæ Poeta, Ex ejus dramatibus sunt: Ἀγρίοις agrestis, Πορφύρα purpura, Δὶς κατηγορούμενος bis accusatus.

Augustus Cæsar Octavianus ὁ αὐτοκράτωρ scripsit περὶ ἑαυτοῦ βίβλους καὶ τῶν πεπραγμένων de vita sua & rebus gestis libros XIII. itemque Tragœdias Ajacem & Achillem. Censu institutò reperit τὴν Ῥωμαίων Romanam ditionem inhabitari ab hominibus 4101017. &c. Facto sacrificio Pythiam interrogavit quis post ipsum imperaturus esset? illa verò respondit:

Παῖς Ἑβραίος κέλεταί με θεοῖς μανιάδεσσιν ἀνάσσειν
Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ αἶψα αὐτὰς ἰέναι.
Λοιπὸν ἀπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων.

Hinc Augustus oraculo egressus in Capitolio aram erexit eique literis Latinis inscripsit: *Hæc est ara primogeniti Dei.*

Aulus Postumius poëma & pragmaticam historiam Græce scribere ausus in proœmio veniam à lectoribus postulavit, si civis Romanus Græcæ dictionis elegantiam, & congruentem compositionem non fuisset assecutus, quod ei versum vitio est &c.

Αὐτὸς ἔφα, de Pythagora dictum.

Auxentius Confessor ex Licinio notario Episcopus Mopsvestenus, frater Theodori Athenis eruditi qui factus est Tarsensis Episcopus. &c.

Babrias vel Babrius versibus choliambicis *fabulas*, scripsit *libris decem*, Æsopias ex prosa in metrum transferens.

Babylas Episcopus Antiochenus Numeriano vel Decio Ecclesiam ingredi cupienti restitit, & cum tribus fratribus alacriter subiit martyrium.

Bacchylides Ceius ex Julide una quatuor * civitatum Cei insulæ, Medonis F. nepos Bacchylidis athletæ, cognatus Simonidis Lyrici, & ipse Lyricus.

Bacis, vates. Phileas Ephesius tres Bacidas fuisse dicit, unum ex Helicone Bœotiæ,

* earum tres sunt Carthæa, Coresia sive Coressia & Poëessa.

Boeotiæ, altefum Athenienſem (Philoſtratum) & tertium Arcadem ex civitate Caphya, qui & Cydas & Aleter vocatus fuit. &c.

Baſilicus Sophiſta ſcripſit περὶ τῶν ἀπὸ τῶν λέξεων σχημάτων *de dictionum figuris*, περὶ ῥητορικῆς παρασκευῆς ἤτοι περὶ ἀσκήσεως *de rhetorico apparatu ſive de exercitatione*. περὶ μεταποιήσεως *de metapœeſi*, & alia quædam.

Baſilius Cæſareæ (olim Mazaca) in Cappadocia Epiſc. Gregorii Naz. amicus vir λογιώτατος καὶ πάσης παιδείας εἰς ἄκρον ἐλθὼν. Scripſit plurima, in quibus maxime admirationi ſunt quæ in *Hexaëmeron* compoſuit homiliæ IX. Scripſit & inſignes libros *contra Eunomium*, & *de Spiritu S.* & librum *aſceticum* & *de virginitate*. Et *XL. Martyrum Gordiique*, & *Barlaami* & *Julittæ* laudes. Et *in Pſalmos varias* & *Ethicos ſermones*. Et *Epiſtolas* εἰς ἱερὸν ἀπόκρισιν *ad Libanium* Sophiſtam, *Gregorium* Naz. aliosque &c. Habuit fratres quatuor Gregorium Nyſſenum, Petrum Epiſcopum & duos Monachos.

Baſilius Ancyranus, in patria Epiſcopus arte Medicus ſcripſit contra Marcellum & de virginitate & alia non pauca. Hic Conſtantii tempore princeps Macedonianæ ſectæ fuit cum Euſtathio Sebaſteno

Baſilus Irenopolis Ciliciæ Epiſc. tempore Anaſtaſii Imp. ſcripſit contra Archelaum Coloniæ presbyterum.

Baſſarica ſive Ἀσσυριακὰ ſcripſit Sotericho, qui Diocletiani vixit temporibus.

Baſſus Corinthius pſeudophiloſophus, cujus convicia Apollonius Tyanenſis Epiſtolis & ſermonibus compeſcuit.

Batalus (mollis) dictus eſt Demoſthenes in juventute, ſenex *argus* ſerpens callidus.

Biantis Prienenſis δίκη, in cauſis orandis probitas conjuncta cum ſummæ eloquentia. Hipponacti δικαίως βίαντος ἡ πριηνεὺς προσῆκεν.

βίβλοι θεοῦ, per libros DEi, intelligitur ejus cognitio & perennis memoria, Pſalm CXXXIX. 16.

Bolus Democriteus Philoſophus ſcripſit περὶ τῶν ἐν τοῖς ἀναγνώσεσι τῶν ἱερῶν εἰς ἐπίσκεψιν ἡμᾶς ἀναγκαίων, *de utilitate quam ex ſacris hiſtoriarum capimus*. περὶ θαυμασίων *de rebus mirabilibus*. Φυσικὰ ἀναμμικὰ *de remediis Phyſicis*. περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν. *De ſympathiis & antipathiis*. περὶ λίθων καὶ τοιχείων, *de lapidibus ſecundum ordinem alphabeticum*. περὶ σημείων τῶν ἐκ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀέρος καὶ λύχνου καὶ ἱερῶν, *de ſignis quæ ex inſpectione ſolis, lunæ, aëris, lucernæ & victimæ obſervantur*.

Brachmanes

Brachman Rex qvi regioni nomen dedit, scripsit leges Brachmanum & de ejusdem gentis Rep. idiomate vernaculo.

Brachmanes, gens religiosissima, multasqve opes possidens & habitans insulam Oceani quam DEus vel sortem illis adtribuit. Eo cum perveniisset Alexander Macedo, columnam erexit cui hæc verba fecit inscribi: ἐγὼ μέγας Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἵκομαι μέχρι τούτου. *Ego magnus Alexander Rex huc usque perveni*, &c.

Brutus dux exercitus apud Romanos scripsit *Epistolas*, & *Epitomen historiarum Polybii*. Ejus stylus & character Epistolarum valde probatur.

Βοιώτιος νόμος cantilena Bœotica proverbium de iis qui initio quieti postea vehementes se præbent.

Cadmus Pandionis F. Milesius qui primus ut ajunt Historiam oratione soluta scripsit, Orpheo paullo junior. *Origines Mileti & totius Jonia libris IV.* Hunc ajunt primum litteras in Græciam intulisse, quas primi Phœnices invenerunt.

Cadmus Archelai F. Milesius Historicus junior. (Lycius forsan est alius) scripsit Λύσιν ἐρωτικῶν παθῶν, *remedia amoris libris XIV.* *Historias Atticas* libris XVI.

Cæcilius Siculus Callatianus Rhetor Romæ eloqventiam docuit ab Augusti temporibus ad Adrianum, ex servitute manumissus & antea *Archagathus* vocatus, religione Judæus. Libros scripsit quamplurimos, *Contra Phryges*, duos. *Eclogam vocum elegantiorum* secundum ordinem alphabeticum. *Comparationem Demosthenis & Ciceronis. Quænam sit differentia si quis imitetur Atticos vel Asianos. De charactere decem oratorum. Comparationem Demosthenis & Æschinis. De Demosthenis orationibus germanis & spuriis. De iis quæ ab oratoribus vec secundum vel præter historiæ veritatem dicta sunt.* Item alia qvam plurima. Miratur Svidas Judæum rerum Græcarum adeo peritum fuisse. Τοῦτο δὲ θαυμάζω, πῶς Ἰουδαῖος σοφὸς τὰ Ἑλληνικά.

Cæsar Augustus cognomento Octavianus *de vita propria rebusque à se gestis* libros XIII. scripsit.

Cæsar Tiberius scripsit *Epigrammata* & *artem Rhetoricam.*

Cæsarius Gregorii Theologi frater scripsit varia, itemqve *contra Græcos.*

Cajanus Arabs Sophista, discipulus Apsinis Gadarensis, vixit Maximini & Gordiani temporibus, scripsitqve περὶ συντάξεως, *de constructione libros V.* item *Artem Rhetoricam* & *declamationes.* Idem eloqventiam Beryti docuit.

Cajus Julius Cæsar primus Romanorum Imp. scripsit *metaphrasin Phænomenorum Arati*; & *artem Grammaticam* Latine, item *de vita propria*. Lege lata potestatem dedit servis dominos accusandi. &c.

Cajus Cæsar cognomento Caligula *artem Rhetoricam* Latine scripsit.

Calanus Indus, unus ex Brachmanibus, (sic quemvis sapientem Indi vocant) in cujus honorem Alexander Magnus funebres ludos instituit, & vini potores bibendo inter se certare jussit propter Idorum vinositatem. Hic ad omnes quæstiones Alexandro apte respondit.

Callias Syracusanus in historia Agathocli muneratori suo adulatus, qvem omnia divina & humana jura violasse non ignorabat, eum pietate & humanitate omnes mortales antecelluisse scripsit. &c. *e Diodoro Siculo*.

Callimachus Batti & Mesatmæ F. Cyrenæus Grammaticus, discipulus Hermocratis Jasensis Grammatici, uxorem habuit Euphratis Syracusani filiam: Sororem Megatimam, cujus filius fuit Callimachus junior, qui *de insulis* oratione ligata scripsit. Qvamplurima omnis metri genere & soluta oratione composuit, ut libri ejus numerum octingentorum superent. Litteras docuit in exiguo vico Alexandriæ Eleusine, donec commendaretur Ptolemæo Philadelpho. Vitam produxit usqve ad Ptolemæum Evergetem qui regnum suscepit Olymp. CXXVII. 2. Ex scriptis ejus sunt: Ἶβις ἄφιξις *Ibis adventus. Semele. Argorum origines. Arcadia. Glaucus. Epides. Dramata satyrica. Tragœdia. Comœdia.* Μέλη sive *carmina lyrica. Ibis* (quo obscuro poemate stylum acerbe strinxerat in Apollonium Argonauticorum scriptorem inimicum suum) *Museum.* Πίναξ *Tabulæ eorum qui in qvavis disciplina claruerunt, eorumqve qvæ scripserunt, libris CXX. Tabula & descriptio eorum qui Commœdias & Tragœdias docuerunt, ab initio & secundum seriem temporum. Index scriptorum & vocum inusitatarum Democriti. Nomina mensium apud singulas gentes & urbes. Origines insularum & urbium, nominaque earum mutata. De fluminibus Europæ. De mirabilibus Peloponnesi & Italiæ. De mutatis piscium nominibus. De ventis, De avibus, De fluminibus orbis terrarum. Miraculorum quæ in toto orbe terrarum sunt, collectanea.*

Callimachus junior natus ex Megatima Callimachi senioris sorore & Stasenore: poeta epicus, qui *de insulis* oratione ligata scripsit.

Callinicus Caji F. Sutorius cognominatus, Sophista Syrus vel, ut alii tradunt, Arabicus, sed revera Petræus, qui docuit Athenis. Scripsit ad Lupum *de cacozelia rhetorica. Allocutionem ad Galienum. Ad Cleopatram.*

De

De Alexandrinis historiis περὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἱστοριῶν *libros X. Adversus Philosophorum sectas. De Romanorum renovatione* περὶ τῆς Ῥωμαίων ἀνανεώσεως, & alia *encomia* atque *orationes*.

Calliphanes Parabrycontis F. De iis qui falsam variæ eruditionis speciem præ se ferunt. Hic enim multorum poëmatum & orationum initia ad tres usque vel quatuor versus recitans, variæ doctrinæ laudem affectabat.

Callisthenes Demotimi vel Callisthenis F. Olynthius, discipulus Aristotelis ejusque ἀνεψιαδοῦς consobrini filius. ἦν δὲ ἐυφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν ἐκ φύσεως τοῦ λόγου ῥέεσθαι. *promptus dicere ex tempore & rapido orationis impetu ferri.* Eum & Nearchum Tragicum Alexander ferrea includsum cavea interfecit quod ipsi svaderet ne ab Atheniensibus Dominum se vocari pateretur, vel quod insidias Regi struxisset. Alii tradunt periisse phthiriasi.

Capito, Lycius, historicus. Hic Isaurica libris VIII. scripsit, & Eutropii qui Livium scriptorem Latinum in compendium redegit, epitomen Græce vertit. Idem etiam de Lycia & Paraphylia scripsit.

Carcinus Agrigentinus Tragicus, & Carcinus Theodectis vel Xenoclis F. Athenienſis Tragicus. Fabulas edidit CLX. vicit una. Floruit Olympiade centesima ante regnum Philippi Macedonis. Ex dramatibus ejus sunt μυῖες *mures*; tum *Achilles* & *Semele* ut ait Athenæus. &c. Xenocles Carcini F. multis machinis ad percellendos spectatores in tragœdiis suis usus fuisse videtur, quem ideo Plato δωδεκαμήχανον appellat. Carcini poëmata αἰνιγματώδη. Carcinus enim Orestem ab Ilo cædem matris coactum fateri, obscuris verbis respondentem inducit.

Cariça Musa i. e. cantilena tristi & lugubri. Solebant enim Cares θρηνώδεις τινὰς εἶναι, lugubria carmina canere & alienos mortuos mercede lugere. Quidam accipiunt pro barbara & obscura, quia Cares barbare loquebantur.

Carneades Afer, Cyrenæus, Philocomi F. Philosophus, novæ Academiæ auctor, quo mortuo Lunam defecisse & Solem obscuratum fuisse tradunt.

Carneades alter, Athenienſis philosophus, Anaxagoræ discipulus.

Castor Rhodius vel Galata vel ut falso alii, Massilienſis, orator φιλορώμαιος *amicus Romanorum* nuncupatus. Hic ducta Dejotari Senatoris (Rom.) filia ab ipso cum uxore sublatus est, quod eum apud Cæsarem crimi-

natus esset. Scripsit *descriptionem Babylonis & catalogum eorum qui maris imperium obtinuerunt, libris duobus.* Χρονικὰ ἀγνοήματα *De iis quæ à Chronologis ignorata fuerunt. De argumentis oratoriis libros V. De persuadendi ratione. De Nilo, Artem Rhetoricam* & alia.

Cato à Romanis dictus Demosthenes &c. *ex Appiano.*

Cebes Thebanus Philosophus, Socratis discipulus, cujus tres circumferuntur Dialogi, *Septima, Phrynichus* & *Tabula:* ἐστὶ δὲ τοῦτο ἐν αἴδου ἀνάγνωσις. *hæc continet narrationem eorum quæ apud inferos fiunt.* Et alia quædam.

Cecidius poëta dithyrambicus valde antiquus, cujus meminit Cratinus Panoptis, & Aristophanes (Nubibus.)

Celsinus Eudori F. Castabalensis Philosophus, scripsit συναγωγὴν πάντων αἱρέσεων φιλοσόφων, *collectionem in qua omnium sectarum Philosophicarum dogmata recenset*, itemque alia.

Cephalio sive Cephalo Gergethius orator & historicus qui fuit Adriani tempore, & patria propter principum invidiam relicta, in Sicilia vitam egit. Scripsit παντοδαπὰς ἱστορίας variarum historiarum libros IX, quos Musas inscripsit, dialecto Jonica. Item declamationes Rhetoricas & alia.

Cephalus Athenienſis Orator & Demagogus qui primus procemia & epilogos composuit & tempore anarchiæ vixit. Filia ipsi fuit Oea.

Cephisodemus Athenienſis orator loquax & peritus causarum patronus, Periclis adversarius æmulusque.

Cephisodorus Athenienſis Tragicus, (Comicus potius) antiquæ tragœdiæ (Comœdiæ) poëta. Ex ejus fabulis sunt Ἀντιλαΐς, Ἐμπίπραζουσαι, Τροφώνιος, &c. Alius Cephisodorus qui ut bardus & stupidus à Comicis perstringitur.

Chæremon Comicus ex cujus dramatibus sunt τραυματίας, ἱερεύς, ἀλφηστίβοια, κένταυρος, ἐνιαυτός, Ὀδυσσεύς, Θυέστης, Μανίας.

Alius Chæremon qui scripsit Hieroglyphica.

Chærephon Socrati maxime familiaris: hujus nullum scriptum extare dicitur. Cum fratre graves exercentem inimicitias monuit Socrates nullum etiam oculorum vel manuum aut pedum esse usum nisi concordes fuerint. *ex Xenophonte.*

Chæris citharædus &c.

Chalcenterus dictus est Didymus Grammaticus propter assiduum studium quod libris impendit: ajunt enim super tria millia librorum eum scripsisse.

Chaldæi

Chaldæi nomen gentis in Astronomia exercitatissimæ. Χαλδαῖοι ἐπὶ Ἰηδί μασια &c.

Chanaana à quo Chananæi, à Josua regione sua expulsi qui deinde Africam incoluere, ᾧ καὶ μέχρι νῦν αἱ Ἰουδαίων πλάκες ἐν τῇ Νομιδίᾳ περίχωσαν ἔτως ἡμῖν ἱστοροῦν χαναναῖοι, ὡς ἐδηλώθη ὑπὸ Ἰησοῦ ὁ Ναυῆ.

Charax Pergamenus sacerdos & Philosophus de quo Epigramma vetus Svidæ lectum: Scripsit Græcarum historiarum libros XL. Secundo libro meminit Augusti ut Imperatoris jam olim defuncti: & libro septimo Neronis & eorum qui post illum imperitarunt.

Charaxus Sapphonis frater.

Charetis pollicitationes, de iis qui facile quidvis pollicentur, ut Chares quondam Dux Athenienſium.

Charmus Syracusanus in singula opsonia quæ convivis apponebantur, versiculos & proverbia in promptu habebat. (quæ apud Svidam sequuntur, jam fuere supra, v. Athenæus, sunt autem hæc: Clearchus Solensis poëma illud Δειπνολογίαν vocat, alii Ὀψολογίαν, Chrysippus Γαστρονομίαν alii Ἡδυπάθειαν.)

Charon Lampsacenus Pythoclis F. qui tempore primi Darii floruit Olymp. LXXV. Historicus. Scripsit *Æthiopica*, *Persica libris II. Græca libris IV.* De *Lampsaco*, *libris II. Libyca. Fines Lampsacenorum libris IV. Prytanes* sive *Archontes Lacedæmoniorum*, quod est opus Chronologicum. *Origines urbium*, *libris II. Cretica libris III.* in quo opere etiam Leges à Minoë latas refert. *Navigationem circa oram maritimam extra columnas Herculis.*

Charon Carthaginiensis Historicus, scripsit de tyrannis quotquot in Europa & Asia fuerunt. Vitas illustrium virorum libris IV. Mulierum item vitas libris IV.

Charon Naucratita, Historicus. Scripsit *De sacerdotibus Alexandrinis & Ægyptiis* & res sub unoquoqve gestas. *De regibus* qvi priscis temporibus in unaquaqve gente fuerunt. *De Naucrate*, Item alia quædam *de Ægypto.*

Chemia sive ars conficiendi argenti & auri. Diocletianus Ægyptiis infestus libros de chemia à veteribus scriptos perqvisivit & igni tradidit, ne ex arte hujusmodi illis opes, & ex opibus fiducia rebellandi posthac suppeteret.

Χῆν ὀμνύναι. *per anserem jurare.* Ne ad omnes res nomen Dei adhiberetur, Rhadamantus per anserem & arietem jurare jussit, non, ut quidam, Socrates.

Χιάζων, Chios imitari. Praxidamas Democratum Chium & Theoxenidem Siphnium ait primos poëmata pactâ mercede conscripsisse, πρώτους ἐπὶ χρήματος τάξαι ἰδίαν ποίησιν. *Ex Isocrate ad Idotheam.*

Chilo Damageti F. Lacedæmonius, unus septem sapientum fuit breviloqvus. Quare Aristagoras Milesius hunc modum dicendi Chilonium appellat.

Chionides Atheniensis Comicus antiquæ Comœdiæ cujus ajunt principem fuisse & octo annis ante bellum Persicum fabulas docuisse, è quibus sunt Ἥρως, Πλαγιοὶ, Πέρσαι ἢ Λοσσύριοι.

Chiron Centaurus qui primus Medicinam herbariam invenit. Scripsit ὑποθήκας *præcepta*, versibus, ad Achillem. Item ἱππιατρικὸν, *Medicinam veterinariam*, quare etiam Centaurus est appellatus.

Choerilus Atheniensis Tragicus qui Olymp. LXIV. in scena certare cœpit. docuit fabulas CL. vicit XIII. Hic ut quidam tradunt & larvarum & vestitus scenici primus auctor fuit.

Choerilus Samius vel Jasensis aut Halicarnassensis, æqualis Panyasis & adolescens jam Persici belli temporibus Olymp. LXXV. Idem servus fuisse traditur Samii cujusdam, forma pulcherrima præditus: & Samo profugus cum Herodoto historico operam daret, litterarum & eloquentiæ amore captus fuisse: cujus etiam amasium fuisse dicunt. Animum ad poëticam appulit & in Macedonia obiit apud Archelaum tunc ejus Regem. Scripsit *victoriam adversus Xerxem* reportatam ab Athenienſibus, pro cujus poëmatis singulis versibus aureum staterem accepit. Decretum insuper fuit, ut poëma illud cum Homeri carminibus recitaretur *Lamiaca*. Et alia quædam ejus poëmata circumferuntur.

Choriambicis versibus Æsopias fabulas scripsit libris X. Babrias seu Babrius de quo supra.

Χορικὸς, chori dux & magister. Talis fuit Agathon qui histrionica carmina, ὑποκριτικὰ μέλη composuit, & ipse histrionem in scena egit. (infra in Myrmex.)

Χορὸν δίδωμι, chorum do, idem valet ac gloria excellere ac vincere. Nam apud Athenienses Comici & Tragici Poëtæ chorum impetrabant non omnes, sed clariores dignique habiti postquam artis suæ specimen edidissent.

Χορὸς, in Ecclesiis cantantium cœtus. *Ecclesiarum chori* divisi fuere in duas partes tempore Constantii, Constantini M. filii, & Flaviani Episcopi Antiochiæ, bifariam Davidis psalmos canentes. Quo mos

(anti-

(antiphonarum) Antiochiæ primum cœptus totum terrarum orbem postea pervasit.

Chosroëm Regem Persarum deprædicant supra ipsius meritum non tantum Persæ sed & nonnulli Romanorum, ut litterarum amatorem qviqve ad philosophiæ nostræ culmen evaserit, cum ei Græcanica scripta ab interprete quodam in Persicam lingvam essent conversa, ita ut Aristotelem melius edidicerit quam Demosthenes Thucydidem, & platonicis dogmatibus totus esset refertus ut nec Timæus ejus intelligentiam effugerit, nec Phædon nec Gorgias &c. *ex Agathia.*

Christodorus Panisci F. ex Copto urbe Ægypti, poëta Epicus Anastasii Imp. temporibus. Scripsit *Isaurica libris VI.* sive de Isauriæ expugnatione ab Anastasio facta. Πάτρια sive *Origenes CPolis*, versibus Heroicis *libris XII. Origenes Thessalonices libris XXV. Origenes Nacles* prope Heliopolim, in qva sunt Aphaca. *Origenes Mileti* urbis Joniæ. *Origines Trallium. Origines Aphrodisiadis. Ecphrasin* sive *descriptionem statuarum in Gymnasio Zeuxippi*, & alia multa.

Chrysanthius Sardianus Philosophus, quem Julianus per litteras accersivit. Ille vero suo loco mansit, a vana gloria alienus & divino nutu omnia faciens.

Chrysippus Apollonidæ F. Solensis vel Tarsensis, Philosophus, discipulus Cleanthis post quem Stoicæ scholæ præfuit, & obiit ætatis anno LXXIII. ob hausturn avidius merum vertigine correptus, vel ut alii ob nimium risum Olymp. CXLIII. Conscripsit libros plures quam *DCC.* philosophicos, historicos & grammaticos. Sophismata qvædam Chrysippi Svidas affert è Laërtio.

Ad Chrysogonum Confessorem Epistolas duas Anastasiæ martyris à Publio suo marito, idolorum cultore, liberari cupientis, una cum Chrysogoni responsionibus Suidas adscribit integras, de quibus confer Menagiana T. IV. p. 208 edit Amst.

Cicilius Argivus poeta Epicus qvi Halievtica scripsit versibus ut Numenius Heracleota, Pancrates Arcas, Posidonius Corinthius, Oppianus Cilix: oratione vero soluta Seleucus Tarsensis, Leonides Byzantinus Agathocles Atracius.

Cinesias poëta dithyrambicus qui ob impietatem & injustitiam male audiebat.

Κοντόκηνος Ulpianus unius dipnosophistarum (apud Athenæum) ita dictus quia de singulis vocibus solebat interrogare κόντας ἢ ὁ κόντας, *exstat an non exstat* (in probatis scriptoribus?)

Clau-

Claudianus Alexandrinus Poëta heroicus recentior qui Arcadii & Honorii mpp. temporibus vixit.

Cleanthes Caſſius Phaniæ F. Aſſius, diſcipulus Cratetis deinde Zenonis cui etiam ſucceſſit: magiſter Chryſippi Philoſophi Solenſis, & Antigoni Regis. Hic pugil antea, Athenas profectus, philoſophiæ amore captus eſt: adeo laborioſus ut alter Hercules diceretur, & Φρεαντλης, quia cum non haberet unde viveret, noctu mercede aquam hauriebat, interdiu diſciplinis & libris vacabat. Scripſit plurima.

Clearchus Solenſis varia ſcripſit.

Clearchus Ponticus Athenas profectus eſt audiendi Platonis cauſa. Sed in ſomnis vidit mulierem ſibi dicentem: *Excede Academia & linque Philoſophiam quam frui tibi fas non eſt, infenſo enim vultu te intuetur.* Hinc in patriam rediit, deinde venit ad Mitridatem, denique Heracleotarum tyrannus cum evaſiſſet, crudeliter imperavit, veſtibus quales conſpiciuntur in ſimulacris Deorum inſolenter ſe induit, filium κεραυνον *fulmen* appellavit. Interfectus à Chione, Leonide & Antitheo diſcipulis Platonis Philoſophi.

Clemens Hiſtoricus ſcripſit de Romanorum Regibus & Imperatoribus, & ad Hieronymum de figuris Iſocraticis & alia.

Cleobius nomen ſacerdotis Idolorum.

Cleobuline Lindia Cleobuli ſapientis filia ἑξαμέτρων αἰνιγμάτων ποίτρια, ſcripſit verſus & griphos & celebre illud ænigma in annum, quod incipit: εἷς ὁ πατὴρ παῖδες δὲ δυώδεκα, τῶν δὲ ἑκάστῳ παῖδες τριάκοντα.

Cleobulus Evagoræ F. Lindius, unus ſeptem ſapientum, viribus corporis & formæ præſtantia excellens, qui etiam Ægyptiorum philoſophia inſtitutus fuit. Scripſit ᾠσματα καὶ γρίφους εἰς ἔπη τριακόσια, *cantica & griphos verſibus hexametris ad termille.* Obiit ſenex anno ætatis LXX. Filia ejus Cleobuline. Apophthegmata quædam (e Laertio) Svidas recitat & fragmentum ex Epiſtola ad Solonem.

Cleophon Athenienſis Tragicus, ex cujus dramatibus ſunt Ἀκταίων, Ἀμφιάραος, Ἀχιλλεύς, Βάκχαι, Δεξαμενός, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Λυκάων, Πυρρὸς, Τήλεφος.

Cleoxenus & Democlitus ſcripſit περὶ τυρσῶν de facibus quibus in bello ſignum ex compoſito datur. Horum opus Polybius Megalopolita correxit ut ipſe in Hiſtoria ſua refert.

Κοινὸν γραμματεῖον καὶ λιξιαρχικὸν. Tabula communis dicebatur ea in qua ſcribebantur nomina illorum qui in curialium & familiarum nobilium

ium numerum referebantur. Lexiarchica vero cui inscribebantur illi qvi inter plebejos referebantur.

Coluthus Lycopolita Thebanus poeta Epicus temporibus Anastasii Imp. Scripsit Chalydonica libris VI. Encomia versibus Heroicis & Persica.

Corax Syracusanus Rhetorices inventor: in hunc & ejus discipulum Tisiam dictum fuit: mali corvi malum ovum. Confer Svidam in κακοῦ κόρακος.

Corinna Thespia Lyrica, quam alii Corinthiam fuisse dixerunt, scripsit nomos lyricos.

Corinna junior, Achelodori & Procratiæ filia, Thebana vel Tanagræa, discipula Myrtidis, Myia cognominata, Lyrica, quæ quinquies, ut ferunt, Pindarum vicit. Scripsit (carminum) libros V. itemque epigrammata & cantica Lyrica.

Corinnus Iliensis, poëta Heroicus (Homero ut quidam putant antiquior) qui primus *Iliadem* scripsit, durante adhuc bello Trojano. Palamedis discipulus, Doricis litteris à Palamede inventis (opus suum) exaravit. Scripsit etiam bellum Dardani adversus Paphlagonas: ut Homerus totum poëmatis sui argumentum ab eo sumserit.

Cornelius Episcopus qui a Novati communione recessit.

Cornutus. Duo Romani Historici fuerunt, Titus Livius cujus celebre & illustre est nomen: & Cornutus. Cornutum divitem multi audiverunt assentationis causa & propter hæreditatis spem: Livium pauci sed præclari. Livium omnes jam norunt, Cornutum nemo fere.

Cornutus ex Lepti Africæ opido Philosophus Romæ vixit temporibus Neronis & ante eum: interfectus cum Musonio. Scripsit multa philosophica & oratoria.

Cothurnus vocabatur Theramenes Athenienſis orator, Prodici Ceji discipulus. Dicitur autem de homine versatili & levi. Hic enim & XXX. Tyrannis & populo favebat. Infra in δεξιός.

Crates Athenienſis (veteris Comœdiæ) Comicus, Epilyci poëtæ Epici frater. Comœdiæ ipsius: γείτονες, ἥρως, Φηρία, λαμία, πεδῆται, Σάμιοι. Scripsit & oratione soluta nonnulla.

Crates Athenienſis Comicus alter, etiam ipse ex veteri Comœdia, cujus tres circumferuntur fabulæ: Θηραυρός, ὀρνιθες, Φιλαίγυπτος.

Crates Ascondæ F. Thebanus, Philosophus Cynicus discipulus Diogenis & Bryſonis Achæi. Nuptias suas cum Hipparchia Maronitide κυνογαμίαν, *canum matrimonium* appellavit, ex quo suscepit Pasiclem. vixit Olympiade CXIII. cognominatus Θυρεπανοίκτης, quod in

cujusvis domum audacter ingrederetur. Scripsit philosophica &c.

Crates Timocratis F. Mallotes, Philosophus Stoicus, cognominatus Homericus & Criticus ob studium rei grammaticæ & poëticæ: æqvalis Aristarchi Grammatici, tempore Ptolemæi Philometoris. Scripsit *correctionem Iliadis & Odysseæ libris IX.* & alia.

Cratinus Callimedis F. Athenienſis Comicus antiqvæ Comœdiæ λαμπρὸς τὸν χαρακτῆρα, genere dicendi splendido usus &c. Scripsit fabulas XXI. vicit IX.

Creophylus Astyclis F. Chius vel Samius, poëta Epicus quem nonnulli Homeri generum fuisse ajunt, alii amicum tantum, à quo cum hospitio eum excepisset, poema Οἰχαλίας ἅλωσιν *Oechaliæ excidium* acceperit.

Criton Athenienſis Philosophus, Socratis discipulus & amicus omnia ipsi largitur necessaria. Scripsit *Socratis defensionem.*

Criton qui Getica scripsit.

Criton Naxius Historicus scripsit *Octaëteridem* quam Eudoxi dicunt esse.

Criton Pieriotes ex Pieria Macedoniæ opido Historicus. Scripsit *Pallenica, Syracusaram origines. Persica. Res Siculas. Syracusarum descriptionem. De Macedonum imperio.*

Ctesiphon unus è decem, qvi cum Demosthene & Æschine legationem obiverunt. Alius qui decretum de (aurea) corona Demosthenis danda scripsit, contra quem exstat Æschinis Oratio.

Κύκλια. Qvæ unius ejusdem erant argumenti, cyclia vocabantur, ut cantica, hymni, prosodia & carmina quæ in virgines canebantur.

Κυκλιοδιδάσκαλος. Cycliorum chororum Magister. Primus Lasus Hermionensis cyclios choros instituit.

Κυκλίων τε χορῶν ἁρμοτοκάμπτας Musicæ corruptores ac difficilem illam modulandi rationem, quam Phrynis introduxit, sectantes, vel Sophistas poetas dithyrambicos cycliorum chororum magistros, ut Cinesiam & Cleomenem & Philoxenum. Quod autem scripta illorum sub harmoniam non cadant, ideo flexus habent plures qvos musici vocant strophas & antistrophas & epodos. Quare etiàm in tragœdiis chori sunt instituti.

Κυνήγιον locus (CPoli) ubi statuæ quædam positæ quarum unam Theodoro Anagnoste admirante Himerius rogavit quisnam Cynegium condidisset? tum ille: Maximinus condidit, Aristides vero dimen-

sus

ſus eſt. Quo dicto ſtatua ex alto delapſa Himerium oppreſſit. Joannes quidam Philoſophus ſe ſcriptum inveniſſe dixit fore ut ab illa ſtatua clarus vir opprimeretur. Itaque Philippicus Imperator eam terra obrui juſſit.

Cyniſmus ſecta Philoſophorum compendiariam ad virtutem viam ſe tradere & ſecundum virtutem vivere profitentium, ut fuere Diogenes & Zeno Cittieus. &c.

Κύρβεις tabulæ triangulares, in quibus leges de rebus ſacris & civilibus & pœnæ maleficorum inſcriptæ erant: ἄξονες tabulæ quadratæ in quibus leges de rebus privatis &c. Aſclepiades vero tradit eas à Cyrbi quodam qui ſacrificiorum modum & rationem ad certas leges revocaverat, appellatas eſſe, ut autor Phanias Ereſius (ita leg.) Vel nomen acceperunt à Corybantibus. Eorum enim inventum eſſe cyrbes, Apollodorus teſtatur. Abacus erat ingens, viri magnitudine, cui aptata erant ligna quadrata, quæ latera lata & litterarum plena habebant. Utrinque vero erant fibulæ ferreæ, ut à legentibus moveri & verſari poſſent &c.

Cyrenaica ſecta initium duxit ab Ariſtippo Philoſopho.

Cyrillus Diaconus Heliopoli ad Libanum. Hic Conſtantini M. temporibus multa idola confregit. At Juliani ætate (inimici Chriſtianorum) ventrem ejus diſſecuerunt & jecus deguſtarunt.

Cyrus Panopolita, poëta à Theodoſio juniore præfectus Prætorii & Urbis creatus eſt, fuitque Conſularis & Patricius. Nam Eudocia Theodoſii conjux, amans poëſeos, Cyrum in ſummo pretio habuit, quæ cum ab aula ſecederet & in Orientem profecta Hieroſolymis commoraretur, Cyrus inimicorum inſidiis circumventus Cotyæum civitatem Phrygiæ relegatus eſt ut ſacris ibi præeſſet, vitamque produxit usque ad Leonem Imp.

Damaſcius philoſophus Stoicus, Syrus, Simplicii & Eulalii Phrygum amicus floruit tempore Juſtiniani. Scripſit ὑπομνήματα *commentarios in Platonem*, & περὶ ἀρχῶν, *de principiis*, & *Hiſtoriam Philoſophicam*.

Damaſtes Sigeenſis è Sigeo civitate Troadis, Dioxippi F. vixit ante bellum Peloponneſiacum, æqualis Herodoti, homo ditiſſimus & Hiſtoricus. Scripſit de rebus in Græcia geſtis. De parentibus & majoribus eorum qui expeditionem Taojanam ſuſceperunt, libros duos. Gentium & urbium catalogum. De Poetis & Sophiſtis. & alia multa. Fuit Hellanici diſcipulus.

Damasus Episcopus Romæ, eleganti in versibus componendis ingenio præditus, multa eaque brevia carmina metro heroico scripta edidit & octogenarius Theodosii Imp. tempore mortuus est. Scripsit & alia multa.

Damianus Ephesius, Sophista, ab Imp. Severo inter Consules relatus est & Bithyniæ præfuit, & porticum quæ ab urbe Epheso ad templum usque pertinet, tholis ornavit.

Damis vir non indoctus, veterem incolens Ninum. Hic apud Apollonium (Tyanensem) philosophatus ejus peregrinationes descripsit, in quibus se quoque comitem ejus fuisse scribit: itemque sententias & sermones & prædictiones ejus. Dictio ejus ut Assyrii, mediocris est, Græcæ enim orationis elegantia ut apud barbaros institutus carebat. &c.

Damacritus Historicus, *Tacticorum* libros duos scripsit. Item *de Judæis*, in quo opere ait eos aureum asini caput adorare, & septimo quoque anno peregrinum captum sacrificare & interficere, carne ejus minutatim dissecta.

Damophilus Philosophus & Sophista, alumnus Juliani qui sub Marco Imperatore Consul fuit. Scripsit multa, inter quæ in Bibliothecis hæc à me reperta sunt. *Philobiblus* liber unus de libris comparatu dignis ad Lollium Maximum. περὶ βίων ἀρχαίων, *de vitis veterum* & alia plurima.

Damostratus Historicus. Scripsit *Halieuticorum libros XX.* item περὶ τῆς ἐνύδρου μαντικῆς *de divinatione per aquam*, & alia miscellanea historici argumenti.

Damoxenus Athenienſis Comicus. Ex fabulis ejus σύντροφοι & ἑαυτὸν τυπτῶν laudantur ab Athenæo.

Daphidas Telmissensis Grammaticus Homerum ejusque poësim mendacii arguit, negans Athenienses Iliacæ expeditioni interfuisse. Idem oraculum ut derideret, ex Pythia rogavit num equum reperturus esset? Responso igitur dato, celeriter reperturum, passim jactavit equum se nec habuisse nec amisisse. Sed reversum Attalus rex præcipitari jussit ex loco qui equus appellabatur &c.

Datis Persa cum Græce loqui conaretur pro χαίρω dixit χαίρομαι, jungens verba: ἥδομαι καὶ χαίρομαι καὶ εὐφραίνομαι. Hinc Datismus nomen accepit. (pro solœcismo.

Decius Romanorum Imp. Philippi successor edicto Christianos morti addixit & ut Deos adorarent coëgit.

Δηλία

Δηλίς κολυμβητής. De obſcuro Heracliti libro rogatus Socrates, *Delium natatorem* eſſe oportere dixit qui in illo non ſubmergretur. Inſcribitur ille ab aliis *Muſa*, ab aliis *de natura*: à Diodoro ἀκριβὴς διάταγμα πρὸς εὐθυμίαν βίου *certa vitæ ad normam dirigendæ ratio*. Ab aliis: γνώμη ἠθῶν, *regula morum* vel κόσμος ἠθῶν ἑνὸς, τῶν ξυμπάντων, *ornatus morum unius omnium operâmi*.

Demades Demeæ nautæ F. ex naupego & nauta ad negotia Reip. tractanda acceſſit & contra Demoſthenem, Olynthiorum cauſam agentem dixit, & Euthycratem Olynthium ab Athenienſibus ignominia notatum decreto ſuo in integrum reſtituit. Magiſtratus autem à ſe geſti rationes reddere juſſus, ob metum urbe ceſſit, *nec ipſe veſtrum*, inqvit, (*Athenienſes*) *nec mei eſtis Domini*. Scripſit ad Philippum, filiumque ad eum miſit. Decretum quoque ſcripſit ut Græci Philippo parerent. Idem in pugna Chæronenſi captus eſt. Dimiſſus vero legationem captivorum gratia obiit, quos Philippus dimiſit. Bis decretorum contra leges factorum reus peractus eſt. Remp. etiam ſub Alexandro geſſit.

Demades Laciades Athenienſis orator, natus ex tibicina & à ſuperiore Demade demagogo adoptatus, pater Demeæ oratoris, periit in lacu Amphipolitano, in quem ab Antipatro Caſſandri patre & Alexandri ſucceſſore conjectus fuit.

Demetrius Phanoſtrati F. Phalereus (ē Phalero portu Atticæ qui ante Phænus) philoſophus Peripateticus qui Philoſophica, Hiſtorica, Rhetorica, Politica, itemque de Poetis ſcripſit. Theophraſtum audivit & orator popularis Athenis fuit. Ob formæ elegantiam in adoleſcentia dictus Lampeto & Charitoblepharus, & ob amores Cleonis male audiit. Ad magnam poſtea potentiam gloriamque provectum invidi artibus & dolis ſuis ſubruerunt. Athenis igitur pulſus in Ægyptum venit & apud Ptolemæum Soterem degens morſu aſpidis periit & in præfectura Buſiritide prope Dioſpolin in paludibus ſitam ſepultus eſt.

Demetrius Ixion Grammaticus Atramyttenus Auguſti temporibus Pergami vixit, ſcripſitque *de verbis in μι*, καὶ ἀντωνυμιῶν *de pronominibus*. In Homerum commentarium & in Heſiodum. Ixion dictus eſt quod deprehenſus eſſet in furto, aureas bracteas ſimulacri Junonis Alexandrinæ ſurripere conatus: Vel quod Euripidio Philotimo Ixionem fabulam abſtuliſſet: vel quod cum Ariſtarcho magiſtro contendiſſet

ingratus velut Ixion adverſus Deos qui eum beneficiis affecerunt.

Democedes Calliphontis, qui Cnidi Æſculapii ſacerdos fuit, filius, Crotoniates Æginæ artem medicam exercuit & uxorem duxit. Polycratem tyrannum pacta mercede duorum talentorum curavit. Curavit etiam Darium ejusqve uxorem Atoſſam per qvam impetravit ut in Græciam redire ſibi liceret. &c. (*Ex Herodoto.*) Scripſit *ἰατρικὸν βιβλίον* librum medicum.

Democharès Demoſthenis ex ſorore nepos prætura & cæteris honoribus ornatus ab Athenienſibus teſte Polybio, licet Timæus eum tanquam libidinoſiſſimum & Botryis ac Philænidis commentarios obſcœnitate ſua ſuperantem traduxit.

Democritus Hegeſiſtrati vel Athenocriti vel Damaſippi F. vixit eo tempore qvo Socrates circa Olymp. LXXVII. vel LXXX. Abderita Thrax, Philoſophus & diſcipulus ut quidam tradunt Anaxagoræ & Leucippi: quinetiam, ut alii ſcribunt, Magorum & Chaldæorum in Perſia. Adiit enim & Perſas & Indos & Ægyptios & ſingulorum ſapientiam addidicit. Deinde domum reverſus cum fratribus Herodoto & Damaſte vixit. Præfuit & Abderitarum Reip. qvi honor propter ſapientiam ipſi habitus fuit. Diſcipulus ejus illuſtris fuit Metrodorus Chius, cujus viciſſim auditores fuerunt Anaxarchus & Hippocrates medicus. Idem cognominatus *Σοφία*, *Sapientia*, & *Γελασῖνος*, *riſor*, qvod inania hominum ſtudia ridere ſoleret. Genuini ejus libri ſunt duo, *μέγας Διάκοσμος magnus diacoſmus*, & *περὶ Φύσεως κόσμου de natura Mundi*. Scripſit etiam *Epiſtolas*. Athenas non adiit &c. *è Laërtio*. Morti vicinus circa Theſmophoriorum feſtum, ne illa luctu hoc celebrare prohiberetur, panibus calentibus ad nares admotis vitam ad feſtum usqve produxit.

Demophilus Epiſcopus CPol. rapidi vagique torrentis inſtar plurimum luti & ſordium in ſermonibus ſuis vehens &c. *a Philoſtorgio*.

Demoſthenes Athenienſis, Demoſthenis gladiorum fabri & Cleobulæ F. orator, populo Pæanienſis, qui majore diligentia & ſtudio quàm ingenii felicitate præditus fuit, ut auctor eſt Hermippus. &c. (vide ſupra Batalus.) Ad ſtudium eloqventiæ animum appulit, cum Calliſtratum pro Oropiis dicentem vidiſſet. Audivit Iſæum Iſocratis diſcipulum, uſusque eſt orationibus Zoili Amphipolitæ qui Athenis eloqventiam docuit, itemque Polycratis, & Alcidamantis (Gorgiæ diſcipuli) & ipſius Iſocratis. In eloqventiæ ſtudio ſocios habuit

Æſio-

Æſionem Athenienſem & Theopompum Chium Philoſophum. Præterea audivit Eubulidem Dialecticum, & Platonem. Deceſſit in Calabria, qvo præ metu Antipatri Regis Macedoniæ fugerat, cum per Archiam hiſtrionem vi abſtrahendus eſſet, hauſto in æde Neptuni veneno quod in annulo circumferebat, poſtquam vixiſſet annos LXII. &c. Mortuo ſtatua Athenis in foro poſita eſt his verbis baſi inſcriptis: *Si pares animo vires, Demoſthenes habuiſſes, nunquam Macedones armis Græciam ſubjugaſſent.*

Εἰπερ ἰσην ῥώμην γνώμη, Δημόσθενες εἶχες,
Οὐποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών.

Demoſthenes Thrax ſcripſit *metaphraſin Iliadis* oratione ſoluta. *Epitomen Damageti Heracleotæ. De poëtis Dithyrambicis. Metaphraſin Theogoniæ Heſiodeæ.*

Δέρας, aurum vellus quod Jaſon cum Argonautis in Colchidem per Ponticum mare profectus cepit, abducta ſimul Medea, Æetæ regis filia, non fuit vellus ut fabulæ ferunt, ſed βιβλίον ἐν δέρμασι γεγραμμένον, liber * in membranis ſcriptus, docens quomodo arte chemica conficiendum ſit aurum. Merito igitur priſci librum illum vocarunt aureum vellus, propter artem conficiendi auri in eo comprehenſam.

Dexicrates Comicus Athenienſis, cujus fabula ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι *ſe ipſos decipientes* memoratur ab Athenæo lib. 3.

Δεξιὸς, καὶ Φύσει Θηραμένης. Theramenes homo inconſtans & tempori ſe accommodans, magiſter Iſocratis, filius Agnonis, populo Sterienſis. (ſupra in *cothurnus.*) Eum trium horum ſupplicorum ajunt auctorem (Athenis) fuiſſe, ut dammati vel vinculis ligneis conſtringerentur, vel cicutam biberent, vel exilio multarentur. Videtur autem ex inſula Ceo oriundus, nec Agnonis filius naturalis ſed adoptivus fuiſſe. Hunc Thucydides laudat.

Dexippus Herennius, Dexippi F. Athenienſis Rhetor temporibus Valeriani, Galieni, Claudii ſecundi & Aureliani Imperatorum Romanorum.

Dexippus Cous, medicus, Hippocratis diſcipulus, qui accerſitus ab Hecatomno Carum rege, ut ipſius filios Mauſolum & Pixodarum deſperato morbo

* Euſtathius ad Dionyſii periegeſin v. 689. ὁ Χάραξ τὸ χρυσοῦν δέρμα μύθους εἶναί λέγει χρυσογραφίας, μεμβράναις ἐμπεβυλλημένην, ἐν ᾗ φησὶ λόγῳ ἀξίαν τὴν τῆς Ἀργοῦς καταστισθῆναι φόλον φησί.

morbo laborantes curaret, eos ea conditione sanavit, ut bellum quod tunc adversus Coos parabat, omitteret. Scripsit *de re medica* librum unum, & *de præcognitionibus* duos.

Διαγνώμων αὐτοφυὴς, ipso naturæ instinctu discernere valens animata a simulacra a cassis numine & inanibus, Heraiscus. Confer in Ἐπιφανὴς, Ἐπιρρὶπτος, Ἡφαιστᾶς (e Damascio.)

Diagoras Teleclidæ vel Teleclyti F. Melius Philosophus & διθυράμβων ποιητὴς canticorum scriptor, quem servum, Democritus Abderita egregio ingenio præditum cernens decem millibus drachmarum emit & in discipulorum suorum numerum recepit. Hic operam dedit etiam poësi Lyricæ, Pindaro & Bacchylide posterior, ut Menalippide antiquior floruit Olymp. LXXVIII. Cognominatus est Atheus, quoniam in opinionem negandorum Deorum incidit, ex quo æmulus quidam pænem ipsi furto abstulerat & pejeranti non fuisse, nec multo post publice eundem proferenti omnia bene cesserant. Hoc dolens Diagoras scripsit τοὺς καταπονηρεύοντας λόγους, velut *de turri præcipitantes* dixeris, discessionem ipsius a sententia eorum qui Deos credunt continentes. Post captam Melum Athenis habitavit, ubi mysteriorum contemptorem Athenienses proscripserunt, eique qui Diagoram interfecisset talentum, qui vivum adduxisset bina talenta promiserunt. Denique vitam finiit Corinthi.

Dicæarchus Phidiæ F. Siculus Messenius Aristotelis auditor, Philosophus, orator & geometra. Scripsit καταμετρήσεις *dimensiones montium qui sunt in Peloponneso.* Ἑλλάδος Βίον *Vitam Græciæ libris III. Remp. Spartanorum.* Hic liber ut quotannis in Ephororum prætorio puberibus auscultantibus legeretur, lege sancitum fuit apud Lacedæmonios, & longo tempore observatum.

Dicæarchus Lacedæmonius Grammaticus, auditor Aristarchi.

Dicæogenes qui Tragœdias & Dithyrambos scripsit.

Διαλέξασθαι Βίαντι καὶ περιόδους κρίσεων. Supra in Bias.

Διδασκάλους peculiariter vocant poetas Dithyrambicos vel Comicos vel Tragicos.

Didymus Atejus vel Attius, Philosophus Academicus scripsit πιθανῶν καὶ σοφισμάτων λύσεις *probabilium & sophismatum solutiones libris II.* & alia multa.

Didymus Didymi falsamentarii F. Alexandrinus Grammaticus Aristarcheus, qui vixit temporibus Antonii & Ciceronis usque ad Augustum.

Chal-

Chaloentherus vocatus propter assiduitatem qua in libris legendis & scribendis est usus. Ajunt enim eum ultra MMM D libros conscripsisse.

Didymus junior Alexandrinus Grammaticus, qui Romæ εὐφράδειαν sive eloqventiam docuit. Scripsit πιθανά, *probabilia.* * *De orthographia*, & alia plurima eaque optima.

Claudius Didymus, Grammaticus, scripsit περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ, *de iis quæ præter analogiam à Thucydide perperam dicta sunt.* περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας *De analogia Latinorum. Epitomen Heracleonis* & alia quædam.

Didymus Heraclidæ F. Grammaticus, qui apud Neronem vixit, & magnas divitias sibi comparavit, & Musicus valde insignis fuit & πρὸς μέλη ad carmina componenda aptus.

Didymus Alexandrinus de re rustica libros XV. scripsit.

Apostolus Thomas cognominatus etiam fuit Didymus.

Dictys Historicus scripsit *Ephemeridem*, item *rerum post id tempus gestarum, in quo Homerus desinit, libros IX.* oratione prosa. *Res Italicas.* Ad hæc, τρωϊκὸν Διήκοσμον, *de raptu Helenæ & Menelao & omnibus historiæ Trojanæ partibus.* Creta terræ motu quassata tempore Claudii Imp. in sepulchri cujusdam hiatu opus historicum Dictys de bello Trojano repertum fuit, quod Claudius cum accepisset, describendum curavit.

Διαφοραὶ. Rhetoricæ differentia à Dialectica, ex Alexandro Aphrodisiensi (in 1. Topicor.

Διάλογοι. Anacharsis Scytha, at matre Græca natus & ideo bilingvis, qui etiam Scythis leges tulit.

Dinarchus Corinthius unus ex X. oratoribus, scripsit secundum quosdam Orationes CLX. vel quod verius videtur LX, omnes forenses, publicas alias, alias privatas. Obiit Peloponnesi præfectus ab Antipatro constitutus, Polysperchonte post Antipatri obitum ei struente insidias.

Dinolochus Syracusanus sive Agrigentinus Comicus vixit Olympiade LXXIII. Epicharmi filius, vel ut quidam tradunt discipulus. Docuit fabulas XIV, Dorica dialecto scriptas.

Diocles Athenienſis aut Phliasius, Comicus antiqvus, æqualis Sannyrionis & Philyllii. Fabulæ ejus: Θάλαττα (meretricis hoc nomen teste

* Hæc Didymi Ateji videntur fuisse.

Athenæo) Μελιτται, Ὄνειροι, Βακχαι, Θυέστης β'. Hunc ajunt inveniſſe harmoniam quandam muſicam ex ſono acetabulorum & vaſorum fictilium conſtantem, quæ bacillo ligneo percutiebat.

Diocletianus libros de Chemia igni tradidit. &c. Supra, in Chemia.

Diodorus Monachus Juliani & Valentis Impp. temporibus vixit & Tarſi in Cilicia Epiſcopus fuit. Scripſit varia ut Theodorus Lector in Hiſt. Eccleſiaſtica tradit, *Interpretationes in totum Vetus Teſt. Geneſin, Exodum & reliqua. In Pſalmos. In quatuor libros Regum. In loca difficiliora Paralipomenon. In Proverbia. Quomodo differat theoria & allegoria. In Eccleſiaſten. In Canticum Canticorum. In Prophetas. Chronicon in quo errata ab Euſebio Pamphili admiſſa emendantur. In IV. Evangelia. In Acta Apoſtolorum. in Epiſtolam Joannis Evangeliſtæ. De eo quod ſit unus Deus in Trinitate. Contra Melchiſedecitas. Contra Judæos. De reſurrectione mortuorum. De anima. Contra diverſas de ea hæreticorum opiniones. Ad Gratianum capita. Contra Aſtronomos & Aſtrologos & fatum. De Sphæra & VII. Zonis & contrario aſtrorum motu. De Hipparchi ſphæra. De Providentia. Contra Platonem de Deo & Diis. De natura & materia, in quo opere tractatur de eo quod juſtum eſt. De Deo & falſa Græcorum materia. Naturas inviſibiles non ex elementis ſed una cum illis ex nihilo factas eſſe. Ad Euphronium Philoſophum per interrogationes & reſponſiones. Contra Ariſtotelem de corpore cæleſti. Quomodo Sol ſit calidus. Contra eos qui cœlum animal dicunt. De eo quomodo opifex quidem ſemper, opera vero ejus non ſemper* (fuerint aut permaneant.) *Quomodo velle & nolle ſint in DEO æterna. Contra Porphyrium de animalibus & ſacrificiis.*

Valerius Diodorus Philoſophus Teleclis diſcipulus, Alexandrinus, filius (Valerii) Pollionis Philoſophi qui de vocibus Atticis ſcripſit. Vixit Adriani Cæſaris temporibus.

Diodorus Siculus Hiſtoricus ſcripſit Bibliothecam quæ Hiſtoriam Romanam & variam libris XL. complectitur. Vixit temporibus Auguſti & ante illum.

Diodorus Comicus cujus dramata: Δυλητρις, Ἐπιλληβ & Παννυχιδα ab Athenæo memorantur.

Diogenianus Heracleota Ponticus, temporibus Hadriani Grammaticus. Videndum an forſan ſit Medicus ex Albace Heraclea opido Cariæ oriundus, erat enim omni doctrinæ genere eruditus, neque expreſſe traditum reperi eſſe ex Heraclea Ponti, ſed ita nonnulli opinantur. Libri ejus hi ſunt: *Omnis generis vocabula ordine alphabetico libris V.* Eſt autem epitome vocabulorum quæ Pamphilus & Zopyrion libris

CCCCV.

CCCCV. expoſuerant. *Florilegium Epigrammatum. De fluminibus, lacubus, fontibus, montibus & promontoriis. Fluminum brevis recenſio ſecundum ordinem alphabeticum. Collectio & tabula omnium totius terræ urbium*: & alia.

Diogenes Hiceſii trapezitæ F. Sinopenſis, primum Cleon (Menag. Κλέων) cognominatus, patria quod monetam adulteraſſet profugus. Antiſthenem Cynicum ſectatus eſt magnis quas habebat opibus contemtis. Senex à Scirtalo pirata captus & Xeniadæ Corinthio venditus apud eum permanſit, nec ab Athenienſibus nec ab amicis redimi volens. Obiit Olymp. CXIII. cum curationem cruris à cane admorſi neglexiſſet, eodem die quo Alexander Babylone obiit. &c.

Diogenes vel Diogenianus Cyzicenus. Grammaticus ſcripſit *Originem Cyzici.* Περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων *de notis criticis librorum. De poëtica. De elementis.*

Dion Hipparini F. Syracuſanus, Philoſophus Platonicus Ariſtomachæ uxoris Dionyſii prioris, Siciliæ tyranni frater, cujus filium Dionyſium juniorem ejecit, dejectus viciſſim à fratre ipſius Niſæo. Scripſit *Epiſtolas* ad Platonem & alios quosdam.

Dion Caſſius, cognomine Coccejus vel Coccejanus, Nicænus, Hiſtoricus temporibus Alexandri Mammææ filii. Scripſit *Hiſtoriæ Romanæ libros LXXX.* qui in decades diſtributi ſunt. Item *Perſica, Getica,* * Ἐνύδια. τὰ κατὰ Τραϊανόν, *res à Trajano geſtas, Vitam Arriani Philoſophi.*

Dionyſius Areopagita, doctrinæ Græcorum peritiſſimus, Paulo Athenienſi audito ad religionem Chriſtianam converſus atque inde Epiſcopus Athenarum conſtitutus eſt. Tiberii temporibus in Ægyptum profectus erat comite Apollophane Sophiſta, eodem quem Polemo Laodicenſis, magiſter Ariſtidis Smyrnæ audivit. Tempore paſſionis CHriſti amboerant Heliopoli in Ægypto, cum ſolem luna plenâ obſcuratum obſervans Apollophanes, *ὦ bone Dionyſi*, inquit, *ἀμοιβαὶ θείων παθημάτων vices ſunt rerum divinarum.* Cui Dionyſius: *ἢ τὸ θεῖον πάσχει, ἢ τῷ πάσχοντι συμπάσχει. Vel DEus patitur vel compatitur cum patiente.* Scripſit Dionyſius ad Timotheum Pauli diſcipulum & Epiſcopum Epheſi *de divinis nominibus libros XII.* (imo capita, quorum titulos deinceps bis Svidas recenſet, omiſſo decimo tertio περὶ τελετῆς ἢ ὑμνος.) *De Eccleſiaſtica Hierarchia.* capita XV. *De cœleſti hierarchia,* capita XV. à quo male tanquam diſtinctum refert Svidas περὶ τῶν θεσπίων

* hæc Dionis Pruſæi potius ſunt.

νίων Ἰαγμάτων περὶ ὅσα ἦν ἀριθμῶ. *De Mystica Theologia* capita V. Epistolæ qvatuor ad *Cajum* Monachum: Singulæ *ad Dorotheum* publicum ministrum, ad *Sopatrum* sacerdotem, ad *Polycarpum* Episcopum Smyrnæ (ex qua Svidas adducit locum de eclipsi jam memorata) ad *Demophilum* Monachum & ad *Joannem* Theologum Apost. & Evangelistam. Sciendum est quosdam externorum sapientum præcipue Proclum, Dionysii theorematibus, interdum ipsis verbis usum fuisse. Hinc suspicari licet vetustiores Philosophos qui Athenis erant, illius opera, quorum ipse meminit ad Timotheum scribens, sibi vindicasse eaque occultasse, ut ipsi divinorum ipsius sermonum auctores viderentur. Hic plenus dierum, martyrio spiritus consummatus est tempore Trajani Imp. eodem quo divinus Ignatius. Magni Dionysii encomium scripsit Michael Syncellus Hierosolymitanus.

Dionysius Terus Alexandrinus, a Patre Tero Thrax) Aristarchi discipulus Grammaticus qui Romæ docuit Pompeji magni temporibus & Tyrannionis prioris magister fuit. Plurima scripsit Grammatica & syntagmatica & commentarios.

Dionysius Alexandrinus Glauci F. Grammaticus qui tempore Neronis & sequentium Imp. usque ad Trajanum vixit & Bibliothecis præfuit & ab Epistolis, legationibus & responsis fuit. Idem Parthenii Grammatici Magister, discipulus Chæremonis Philosophi, cui etiam Alexandriæ successit.

Dionysius Alexandrinus cujus inveni commentarium valde disertum in Ecclesiastem Salomonis.

Dionysius Alexandri F. Halicarnasseus Orator, & omni genere doctrinæ excultus, Cæsaris Augusti temporibus vixit. Ex hujus posteris fuit Dionysius Atticista, sub Hadriano Imp.

Dionysius Halicarnasseus qui vixit tempore Hadriani Imp. Sophista cognomento Musicus quod in arte Musica valde exercitatus esset. Scripsit *commentariorum Rhythmicorum* libros XXIV. *Historia Musica* libros XXXVI. in quibus tibicinum, citharœdorum & poetarum omnis generis mentionem facit. *Doctrina Musica* sive *diatribarum* libros XXI. *De iis quæ in Rep. Platonis Musice dicta sunt.*

Dionysius Byzantius poeta Epicus. Scripsit *descriptionem navigationis per Bosporum. Dethrenis* poema refertum epicediis.

Dionysius Corinthius poeta epicus. Scripsit *præcepta morum. Cæsarum librum. Meteorologica.* Et oratione soluta *commentarium in Hesiodum.*

Orbis

Orbis terrarum descriptionem, versibus heroicis. Hæc autem reperi etiam in Dionysio qui *Lithiaca* seu de lapidibus scripsit. Uter tamen horum sit auctor, ignoro.

Dionysius Milesius historicus *res post Darium gestas V. libris descripsit. Orbis descriptionem. Persica* Ionica dialecto. *Rerum Trojanarum libros tres. Fabulas.* Κύκλον ἱστορικόν. *Circulum historicum libris VII.*

Dionysius Myrilenæus poeta Epicus qui σκυτοδεραχίων & sutor dictus fuit. Scripsit *Bacchi & Minervæ expeditionem. Argonautica libris sex*, oratione soluta. *Mythica ad Parmenontem.*

Dionysius Musonii F. Rhodius aut Samius historicus, qui etiam Sacerdos fuit templi Solis quod illic erat. Scripsit ἱστορίας τοπικὰς *Locorum* sive certarum regionum *historias* libris VI. *Orbis descriptionem.* ἱστορίας παιδευτικῆς *Historicæ institutionis libros X.* Existimo Dionysium, qui orbem descripsit, Byzantium fuisse (Vossius legit Bithynum) propter fluvium Rhebam.

Dionysius Siciliæ tyrannus scripsit *tragœdias & comœdias & historica.*

Dionysius filius Siciliæ tyranni, & ipse tyrannus & Philosophus. Scripsit *Epistolas & de poematibus Epicharmi.*

Διονύσια σκώμματα, dicteria in Bacchanalibus.

Diopithes, legem tulerat, teste Æliano, ut civi in Piræeo pernoctanti capitale esset. Ipse deinde eo nomine ab inimicis capitis accusatus.

Dioscorides Anazarbensis Medicus cognomento Φακᾶς ob lentes quas in facie habebat. Vixit apud Cleopatram Antonii tempore, scripsitque libros XXIV. omnes de re medica, eosque celeberrimos.

Dioscorides Myræus, Grammaticus, præfectus urbi & prætorio, qui Leonis Imp. filias Byzantii docuit. infra Θυάτειρα.

Dioxippus Athenienſis Comicus. Ejus fabulæ: Ἀνθρωποβοσκὸς, Φιλάργυρος, Ἱστορικός, Ἀμαζόνες.

Διφθέρα. Εἰς διφθέρας in pellibus scripta consilia sua Thoracion cum hostibus in Laconia communicabat.

Dipnosophistæ, liber valde utilis, cujus Athenæus auctor est. Ulpianus unus dipnosophistarum &c. Supra, Ἀθήναιος.

Dithyrambodidascali. Hi de rebus quæ in sublimi fiunt & nubibus, multa dicere solebant, vocibusque compositis utebantur, dicentes exempli causa ὑπερμεγεθοπτέρυγες. Talis erat Jon Chius poeta qui poema fecit cujus initium est: ὦναξ ἀφροδίτα πάντα ἄστρα &c. unde Aristophanes jocans *matutinam stellam* eum vocatum fuisse ait. Fuit autem valde cele-

bris, ſcripſitque Comœdias & Epigrammata & ſoluto ſermone πρεσβευτικόν. Ut Socratis philoſophi eſt in eum λογος. Et Callimachus in Choliambis ejus meminit, aitque multa ſcripſiſſe.

Δόγματα. Plato quæ vera eſſe percipit enunciat, falſa coarguit, de incertis ſuſtinet aſſenſum. Atque de his quæ vera ipſi videntur, quatuor perſonas loquentes inducit, Socratem, Timæum, & hoſpitem Athenienſem atque Eleatem: qui non ſunt Plato ipſe & Parmenides ſed duæ fictæ perſonæ &c. Philoſophorum alii Mundum ortum habuiſſe, alii ortu caruiſſe dicunt. Item alii animatum, alii vero inanimatum eum ſtatuunt. Anaxagoras vero & Pythagoras in Ægyptum profecti & Ægyptiorum & Hebræorum uſi conſvetudine, rerum cognitionem ab illis hauſerunt. Poſtea vero & Plato, ut Plutarchus in parallelis refert. Quin etiam Ægyptii primi Solem & Lunam Deos vocarunt, Oſirim & Iſidem, θεὸς ἀπὸ τοῦ θεῖν *currere* &c.

Domitianus Nervam ut Imperio inſidiantem amovit & Apollonium Tyaneum ut Nervæ amicum comprehenſum totondit, & vinctum in judicium adduxit. Cum vero Philoſophus illi non cederet deridens ejus acta, verecundia commotus eum dimiſit. Tunc ad eum Apollonius: *nequaquam me occides, necdum enim fato maturus ſum, ἐμὲ μὲν οὐ κτενεῖς, οὔπω γὰρ μοῖρά μοι τέτυκται.* Atque e vaſtigio ipſum evanuiſſe ferunt. Hic & Philoſophos & Mathematicos Roma expulit. Sub hoc & Joannes Evangeliſta in Patmum relegatus. Idem etiam, Davidici generis homines τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους Δαβὶδ interfici juſſit, multique ſub eo Chriſtiani Martyres facti ſunt. Sed Nerva Joannem Theologum exilio liberavit.

Domninus Philoſophus natione Syrus, ex Leodicea vel Lariſſa urbe Syriæ, Syriani diſcipulus, & Procli condiſcipulus, ut ait Damaſcius. In mathematicis diſciplinis exercitatus, in aliis philoſophiæ partibus etiam παλαιοτερος ſubactior. Quare & multa in Platonicis dogmatibus innovavit, unde Proclus adverſus eum ſcripſit πραγματεία περὶ καθαίρεσεως τῶν δογμάτων τοῦ Πλάτωνος, *repurgationem Platonicorum dogmatum.* Ab Æſculapio juſſus quod ſanguinem exſpueret ſuillis carnibus veſci, obſecutus eſt: at Plutarchus Athenienſis Æſculapii ſtatuam intuens, in templi enim veſtibulo dormiebat, o Domine, inquit quid ſi Jud ro hoc morbo laboranti remedium commendaſſes? Itaque Æſculapius ſtatim ex ſtatua ſomnum ſuaviſſimum edens, aliam curandi morbi rationem ei præſcripſit. Ad Domninum jam ætate provectum acceſſit

acceſſit Aſclepiades adoleſcens & arithmeticum ipſi theorema propoſuit &c.

Dorus Arabs quem Damaſcius in Hiſtoria Philoſophica ait fuiſſe veritatis acerrimum indagatorem. Hunc Iſidorus Philoſophus initio ſenſit Ariſtoteliciis opinionibus irretitum, & paulatim revocavit ad illas Platonis magnificæ ſcientiæ ſublimes & illuſtres ſententias, ut rejecta illa Peripatetica ſubtilitate res minutas colligente ſe conferret ad illam qvæ per Prometheum quendam cum ignis ſplendore cœlitus ad homines demiſſa eſt Dialecticam, quæ eſt mentis & prudentiæ puriſſima *ἀνάλυσις* ſive inſpectio.

Δόσις, apud Oratores peculiariter ſic vocantur tabulæ teſtamenti, in quibus quis quæ ſua ſunt alteri dat interveniente magiſtratuum ſive Archontum auctoritate.

Draco Athenienſium Legislator. Hic cum Æginæ in theatro propter leges latas lætis acclamationibus celebraretur, pluribus petaſis & tunicis & palliis in ejus caput injectis ſuffocatus eſt, & in ipſo theatro ſepultus. Vixit iisdem temporibus quibus ſeptem Sapientes; aut potius fuit illis antiquior. Cum ſenex jam eſſet, Olympiade XXXIX. Leges Athenienſibus tulit. *ὑποθήκας* ſive *vitæ degendæ præcepta* ſcripſit tribus circiter verſuum millibus.

Draco nepos Hippocratis, medici illius celeberrimi, filius Theſſali, pater Hippocratis, cujus filius rurſus fuit Draco, & ipſe Medicus, qui Rhoxanem Alexandri Macedonis conjugem curavit.

Draco Stratonicenſis Grammaticus ſcripſit *de arte Grammatica*, *Orthographiam* πρὸς τὸν καλὰ συζυγίαν *ὀνομάτων de conjugatis Nominibus*. *De pronominibus*. *De metris verſuum*. *De Satyris*. *De Pindari carminibus*. *De Sapphonis metris*. *De Alcæi carminibus*.

Ἐκβιαστής. Ἄμφω γάρ εἰσιν ἐκβιασταὶ τῆς δίκης, καὶ νύττουσιν ἡμᾶς πρὸς τὸ τῆς δίκης ἀκριβές. *Ambo ſunt acres exactores juris*, *qui nos ſtimulis ad juſtitiam exactiſſimam incitant*. Hæc de Gregorio & Baſilio.

Ἐκκεκοφθαι ἡ μουσική. *Exciſa eſt Muſica*. Cum veteres olim in conviviis eruditas quæſtiones tractare ſolerent, poſteri pſaltrias & cithariſtrias & ſaltarices earum loco introduxerunt. Unde quidam καινολογίαν novitatem hanc reprehendentes proverbio hoc uſi ſunt,

Ἴσασιν Ἀλκμᾶνα, λύρης ἐπαΐοντα Λακαινίς
Ἔξοχον, ἣν Μοῦσαι σφὶν ἀριθμὸν ἔχει.

Cognoſces Alcmanem, *lyram Lacænicam ſcite pulſantem*, *quem novem Muſæ habent*.

Eleæ

Elea patria Zenonis, olim Hyele, Phocæenſium colonia, opidum obſcurum & quod bonos tantum viros alere poterat. Hanc Zeno magis amabat quam Athenienſium jactantiam, itaque raro apud illos verſatus in patria conſenuit.

Ἐλεγεῖον pro delirare, quidam veterum dixerunt. Et ſunt qui carmen elegiacum hinc dictum putant. Theocles Naxius aut Eretrienſis inſania correptus, carmen hoc primus cecinit.

Elegus carmen lugubre ſic appellatum quod ſæpe in eo ἐλεῖ dicatur. Vel lamentationes quæ ad tibiam canuntur. Poſtea Midiam Gordii filium, dum regnaret, tibiam ad aras & ſacrificia tranſtuliſſe dicunt, quod matrem ſuam defunctam in Dearum numerum referre vellet.

Eleuſius Cyzicenus & Marathonius CPol. non quidem magna dicendi facultate præditi ſed auſtero vitæ genere vitæ & fictæ modeſtiæ ſimulatione magnam adepti auctoritatem plurimos ſectatores ſibi conciliarunt & monaſteria ingenti hominum utriusque ſexus multitudine referta inſtituerunt.

Empedocles Metonis vel Archinomi vel Xeneti F. frater Callicratidis primo audivit Parmenidem cujus etiam, ut Porphyrius in Hiſtoria Philoſophica auctor eſt, amaſius fuit. Alii ajunt fuiſſe Telavgis diſcipulum, Pythagoræ filii. Agrigentinus, Philoſophus Phyſicus, Pythagoræ ſectam ſecutus quam etiam æmulatus eſt Apollonius Tyaneus &c. Diſcipulum habuit Gorgiam Leontinum Oratorem. Scripſit verſibus heroicis *τρὶς libros περὶ Φύσεως τῶν ὄντων de rerum natura*, ſunt autem verſuum circiter duo millia. Item *de re medica*, oratione ſoluta, & multa alia. &c. Empedoclis inimicitia, proverbium.

Empedotimus ſcripſit περὶ Φυσικῆς ἀκροάσεως, *de Phyſica auſcultatione*, de quo (Julianus) ὁ Ἰαμβλίχος in opere quod Cronia inſcribitur: *Nos autem Empedotimo & Pythagoræ credentes, & iis quæ Heraclides Ponticus ab illis accepta tradidit, & paullo ante inclytus ille rerum divinarum interpres Jamblichus nobis oſtendit.*

Ἐνιαυτὸς Μέτωνος, Annus Metonis, i. e. orbis annorum XIX. Meto enim Mathematicus periodum temporis ex XIX. annis conſtantem invenit.

Ennius Poëta Romanus (i. e. Latinus) quem Ælianus laude dignum eſſe ait, quod Scipionem magnifice extollere cupiens ſcripſit ſolum Homerum laudes illo dignas canere poſſe, adeoque præſtantiam ejus intelligere ſe demonſtravit poëta Meſſapius (qui à Meſſapo Rege ſuam repetebat originem.)

Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι. *In quinque judicum genibus.* Olim quinque judices de Comicis judicabant, ut ait Epicharmus. Dictum ad imitationem illius: Θεῶν ἐν γόνασι κεῖται. Olim in genibus habebant ea quæ nunc in tabellis scribuntur.

Epaphroditus Chæronensis Grammaticus, Archiæ Alexandrini Grammatici alumnus, apud quem institutus, a Modesto Ægypti præfecto emtus est, cujus filium Pitolionum instituit. Claruit Romæ tempore Neronis ad Nervam usque: quo tempore & Ptolemæus Hephæstionis vixit, & multi alii viri doctrina clari. Idem cum libros subinde emeret, ad XXX mille sibi comparavit, eosque bonos & minime vulgares. Corpore fuit magno & nigro instar elephantiaci (ὡς ἐλεφαντιῶντος. Habitavit in Phœnianocoriis, ubi binas ædes habuit. Decessit aqua intercute, annum agens LXXV. multaque scripta reliquit.

Ἔπως δειλότερος, *Epeo timidior* Cratinus Comicus dicebatur, fortasse quod cum Oeneidi tribui præesset, timidior videretur.

Ephectici philosophi sic appellati ab ἐπέχειν, *subibere*, quod assensum de rebus inhiberent, easque comprehendi non posse statuerent. ἀφ' ὁρισμοῦ * αἰσχὰ ἀκαταληψία.

Ephesiæ litteræ, i. e. incantationes quædam obscuræ quas & Crœsum in rogo dixisse ferunt Et Olympiæ Milesio & Ephesio luctantibus, ajunt Milesium luctari non potuisse, quod alter literas Ephesias talo pedis alligasset. Ea autem re comperta, litterisque illis solutis, Ephesium tricies fuisse prostratum.

Ephippus Athenienſis, Comicus mediæ Comœdiæ.

Ephippus Cumanus, filius Demophili vel Antiochi, Isocratis Oratoris auditor, Historicus qui filium habuit Demophilum historicum. Vixit Olympiade XCIII. ita ut Philippi Macedonis regnum anteceſſerit. Scripsit *Historiarum* ab Ilii expugnatione Trojanoque bello ad sua usque tempora *libros XXX*, *De bonis & malis libris XXIV*. *Rerum admirabilium* τῶν ἐπ' ἀρχῆς *quæ in quavis regione observantur, libros XV*. *De rebus quas quisque invenit libros II.* & alia.

Ephorus Cumanus & Theopompus Damasistrati F. Chius, ambo Isocratis discipuli sed ingenio & stylo quam maxime inter se discrepantes.

* Fallitur Svidas, Scepticis tribuens quod fuit quorundam Academicorum. Nam Sceptici nihil statuerunt negare ἀφ' ὁρισμοῦ, sed tantummodo dubitare se profitebantur. Vide, si placet, quæ notavi ad Sextum Empiricum.

Nam Ephorus ingenio erat ſimplici & quod ad dictionem ejus hiſtoricam attinet, ſupinus & ſegnis ſemperque remiſſus. Theopompus vero ingenio erat acerbo & maligno, at dictione copioſus & denſus, ac vehementiæ plenus: cæteroqui veritatis ſtudioſus in iis quæ ſcribebat. Iſocrates igitur hunc quidem frænis, Ephorum vero calcaribus indigere dixit. Theopompus autem in exilium ejectus ſupplex ad templum *Dianæ* Epheſiæ confugit. Multas etiam Epiſtolas contra Chios ad Alexandrum miſit, eundemque multis laudibus ornavit. Dicitur etiam vituperationem ejus ſcripſiſſe, ſed quæ non exſtat.

Epicharmus Tityri vel Chimari vel Sicidis F. *Syracuſanus*, vel ex Sicanorum civitate Craſto, qui una cum *Phormo* Comœdiam Syracuſis invenit. Docuit fabulas LII. vel ut Lycon ait XXXV. *Quidam* tradunt ipſum fuiſſe Coum, unum ex iis qui cum Cadmo in Siciliam migrarunt. Alii Samium: alii Megaris urbe Siciliæ oriundum. Fuit ſex annis ante bellum *Perſicum* Syracuſis docens: quo tempore *Athenis* Evetes, & Euxenides & Mylus fabulas edebant.

Epicrates Athenienſium orator κακοφόρος barbiger appellatus: cujus meminere Ariſtophanes, Plato Comicus & Demoſthenes orat. de falſa legatione Alius cujus meminit Lycurgus Orat. de adminiſtratione ærarii, quem ſexcenta talenta in bonis habuiſſe ajunt. Alius *Epicrates Æſchinis* Oratoris affinis qui Cyrebion cognominabatur teſte Demoſthene Orat. contra *Æſchinem*.

Epictetus ex Hierapoli Phrygiæ, *Philoſophus ſervus* Epaphroditi, unius de ſatellitibus Imp. *Neronis*. Ob defluxionem altero crure debilis in novæ *Epiri* urbe Nicopoli habitavit & vitam usque ad M. Antonini imperium produxit. Scripſit multa. Theoſebius Philoſophus multa ex Epicteti ſcholis deſumta dixit, alia & ipſe excogitavit. Quare & præcepta vitæ talibus libris complexus eſt & poſteritati reliquit qualibus & Epictetus, ita ut noſtri temporis Epictetus eſſe videatur, exceptis tamen opinionibus Stoicis. Theoſebius enim nullius ſcriptoris opiniones tam amplectebatur & admirabatur quam Platonis veritatem. Quinetiam quendam libellum conſcripſit de rebus in magni Politia (Platonis) elegantes dictis. Quamvis Remp. non attigit, ſed privatum coluit vitæ genus, cui & Socrates ille & Epictetus καὶ πᾶς εὐφυὴς & quilibet cordatus ſtudet &c. *ex Damaſcio*.

Epicurus Neoclis F. Athenienſis, populo Gargettius, matre Chæreſtrata,

ta, fratre Neoclis, Charredemi, & Aristobuli sive *Aristodemi*, philosophari cœpit ab anno duodecimo ætatis: pecularis sectæ conditor. Et primum quidem Smyrnæ cum parentibus commoratus est, deinde Mitylenæ annum unum scholæ præfuit, postea Lampsaci docuit, & denique *Athenis* in horto suo. Audivit Nausiphanem Democriteum & Pamphilum Platonis discipulum. Natus est Olympiade CIX. septem annis post mortem Platonis, & vitam produxit usque ad successores Alexandri M. & Antigonum qui Gonatas dictus est. Schola ejus permansit usque ad Cæsarem primum annos CCXXXVII. & intra tempus istud XIV. successores habuit. Scripta ejus sunt multa. In testamento suo jussit Metrodoro & Polyæno sodalibus suis semel quotannis parentari, sibi vero bis &c. Epicurei SCto Romæ sunt ejecti, eosdem expulere Messenii in Arcadia, iisque expulsis totam urbem à Timuchis magistratibus suis fecerunt purgari velut sordibus quibusdam & purgamentis liberatam. In Creta quoque Lyctii * quosdam Epicureos illuc profectos expulerunt, legemque tulerunt: *Epicurei sapientiæ effeminatæ & degeneris ac turpis inventores Diisque inimici per præconis vocem Lyctio excedere jubentur* &c.

Epigenes Comicus. *Ex* ejus fabulis sunt ἡρωΐνη, μνημάτιον, βακχίς, Athenæo memoratæ.

ἐπίγραμμα. Omnes inscriptiones, quamvis non constent versibus, dicuntur epigrammata.

Epilycus Poëta Comicus. Ex fabulis ejus est κεραλίσκος, ut testis est Athenæus.

Epimenides Phæsti aut Dosiadæ aut Agiasarchi F matre Blasta, Cretensis Cnossius, poëta Epicus. Hujus animam ferunt corpore excessisse quamdiu ipse voluisset, & postea in illud reversam esse: cutemque longo post mortem ejus tempore inventam γράμματα κατάστικτα, litteris notatam. Unde proverbium ἐπιμενίδιον δίφθερα de rebus reconditis. Vixit Olympiade XXX. ut & septem sapientes Græciæ antecesserit ætate, vel saltem illos attigerit. Hic jam senex Athenas Cylonio scelere pollutas lustravit Olymp. XLIV. Scripsit multa versibus: itemque oratione prosa, mysteria quædam & lustrationes & alia ænigmatica. Ad hunc Solon legislator scripsit, reprehendens urbis lustrationem. Vixit annos CL. & sex continuos dormivit.

* Confer Tristanum T. I. p. 445.

Epinicus & ipſe Comicus, ex cujus fabulis ὑποβολιμαῖος Athenæo memoratæ.

Epiphanius Ulpiani F. Petræus Sophiſta qui & in patria Petra & Athenis docuit. Scripſit περὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς τῶν στάσεων, *de iis quæ ſtatus cauſarum inter ſe communia habent & in quibus differunt. Progymnaſmata. Declamationes. Orationes Demarchicas. Orationem Polemarchicam.* λόγους ἐπιδεικτικούς ſive *elocutitiæ ſpecimina & theoremata* quædam *miſcellanea.*

Epiphanius Epiſcopus Conſtantiæ urbis Cypri, olim Salamis dictæ. Scripſit contra omnes hæreſes, libros qui *panaria* vocantur. Item alia multa quæ à doctis propter res ipſas, ab indoctis propter ſtylum leguntur. Deceſſit in extrema ſenectute.

Epiphanius Epiſcopus Selybriæ ſive Olybriæ. Scripſit λόγον ἀντίῤῥητικὸν κατ' εἰκονοκαυτῶν, λίαν ὠφέλιμον, librum valde utilem contra eos qui imagines cremabant.

Epiphanius & Euprepius Alexandrini initiorum ſive myſteriorum apud Alexandrinos receptorum peritiſſimi. Euprepius quidem illorum quæ Perſica vocabantur, Epiphanius illorum quæ in Oſiridis honorem celebrabantur, & celebratiſſimi Dei Adonis &c. (*ex Damaſcio.*)

Epiſtola (IX.) Juliani parabatæ ad Porphyrium Catholicum, quæ jubet copioſam Georgii (Cappadocis) Bibliothecam omnis generis philoſophis, multis etiam commentariorum ſcriptoribus refertam, in quibus & multa ac varia Galilæorum ſcripta, univerſam ad ſe Antiochiam tranſmitti.

Ἐποποιΐα, ſic vocatur hiſtoria heroico verſu ſcripta. Nam poëſis quæ caret fabula, eſt epopœia.

Eraſiſtratus Juliates Ceius ex Juliade Cei inſulæ opido. Filius Cretoxenæ, Medii Medici ſororis & Cleombroti. Hic Antiochum Regem, Stratonices novercæ amore laborantem ſanavit. Sepultus eſt juxta montem Mycalen, è regione Sami. Scripſit *de re Medica libros IX.*

Eratoſthenes Aglai vel Ambroſii F. Cyrenæus Ariſtonis Philoſophi Chii, & Lyſaniæ Cyrenæi Grammatici, & Callimachi Poëtæ diſcipulus. Acceſſitus Athenis à Ptolemæo tertio ad quintum usque vixit. Hic quod in omni doctrinæ genere ſecundum locum teneret & viris ſummis proximus eſſet, *beta* vocatus eſt. Alii eum Platonem ſecundum vel juniorem, alii πένταθλον & quinquercionem appellarunt. Natus eſt CXXVI. Olympiade, obiit ætatis anno LXXX. ex inedia propter hebetatam oculorum aciem, relicto inſigni diſcipulo Ariſtophane

Stephano Byzantio, cujus discipulus fuit Aristarchus, hujus vero Mnaseas, Menander & Aristis. Scripsit Philosophica, poemata, & historias. *Astronomion* sive *catasterismos* de iis qui inter astra relati sunt. Item *de Philosophorum sectis*, *De vacuitate doloris*. *Dialogos* multos & multa *Grammatica*.

Erinna Teia vel Lesbia, vel Rhodia, vel ut alii Telia ex Telo parva insula prope Cnidum. Fuit ἐποποιὸς, poëtria epica, scripsitque ἠλακάτην, quod est poema Aolica & Dorica dialecto scriptum versibus CCC. Fecit & epigrammata. Obiit virgo, XIX. annos nata, amica & æqualis Sapphonis. Versus ejus judicati sunt Homericis pares.

Eriphus Comicus ex cujus dogmatibus πολυφ., πελταστὴς, μελίβοια, ut Athenæus libro XIV. Dipnosophist.

Essæi ascetæ inter Judæos, qui Pharisæos & scribas severitate disciplinæ longe superarunt, ἐπιμελούνται ἠθικῆς λέξεως, θεωρίαι δὲ τῶν φυσικῶν οὐχ ἁπτόμενοι dictionem moratam curant, & in contemplatione plerumque perseverant, unde etiam vocantur Essæi i. e. θεωρητικοὶ, contemplatores.

Evagoras Lindius Historicus scripsit *vitam Timagenis* & *aliarum doctorum virorum quæstiones, ordine alphabetico*. *Thucydidis artem rhetoricam libris V.* *De dictionibus difficilibus ac controversis apud Thucydidem*. *Historiam Regum Ægyptiorum*.

Evagrius varia scripsit & inter ea commentarium in Proverbia Salomonis.

Evangelus Comicus e cujus dramatibus ἀποκλειστικὸν apud Athenæum.

Evathlus orator improbus, garrulus & ignobilis.

Evbulus demagogus clarissimus.

Evbulus Sphettius Atheniensis, Euphranoris F. Comicus. Docuit fabulas CIV. vixitque Olympiade CI. medio inter mediam & veterem Comœdiam tempore.

Euclides ex Megaris in Isthmo sitis Philosophus, auctor sectæ quæ ab ipso Megarica, Dialectica aliis & Eristica. Fuit Socratis discipulus eique Ichthyas & postea Stilpon in schola successit. Scripsit Dialogos *Alcibiadem*, *Æschinem*, *Critonem*, *Phœnices*, *Lampriam*, *Amatorium* & alia quædam.

Eudæmon Peluscota Grammaticus æqualis Libanii Sophistæ, ad quem etiam diversa scripsit. Hic varia composuit *poëmata*, & *artem Grammaticam* & *orthographiam nominum*.

Εὐδαιμονίου τοῦ Κυκλίου ἐρωτικὰ. in Carpini poëtæ filios &c.

Evdemus Orator varia scripsit & præcipue Lexicon utilissimum ver-

borum quibus Oratores & optimi quique scriptores utuntur, ordine alphabetico.

Εὖ λέγειν. Hanc formulam salutandi Epistolis finis præscripsit Epicurus. Cleon vero χαίρειν. Plato ἐν πράττειν.

Eudoxius Episcopus Antiochiæ ex Arabisso cpido oriundus, cujus pater Cæsarius sub Maximiano martyrii corona redimitus est &c.

Eudoxus Æschinis F. Cnidius philosophus Platonis æqualis cui fuere tres filiæ Actis, Delphis, Philtis. Astrologiæ insigniter deditus fuit scripsitque plura ejus generis, & ὀκταετηρίδα, nec non *Astronomiam* * *versibus heroicis.*

Evenos duos ajunt fuisse elegiacos poëtas, ambos Parios.

Εὐεστώ, animi tranquillitatem Democritus Abderita docuit finem esse & summum felicitatis, &c.

Eveterius Joviniani Imp. temporibus doctrina quidem & ingenii præstantia antiquis non inferior, sed qui ex molli simplicitate multos insontes passus est judicii laqueis irretiri.

Eugenius Trophimi F. Augustopolitanus Phryx. Grammaticus docuit CPoli, ubi valde clarus fuit jam senex tempore Anastasii Imp. Scripsit de dimensione versuum melicorum Æschyli, Sophoclis & Euripidis in fabulis XV. De pæonio & palimbacchio metro. De nominibus templorum & quomodo ea proferri debant ut Διονύσιον, Ἀσκληπίειον. Vocabula miscellanea ordine alphabetico, in quo opere etiam nova quædam & singularia habet ad accentum, spiritum, scriptorum, fabulam aut proverbium pertinentia. De nominibus in *a* desinentibus ut *india* vel *ἰνδία* & quando ea bifariam efferantur. Item alia quædam jambica trimetra.

Εὔλογον ἀξίωμα, axioma probabile, differt à καταληπτικῇ φαντασίᾳ i. comprehendente phantasia. Cleanthes Philosophus appositis ipsi jussu Ptolemæi Regis malis punicis cercis, negavit se falso viso assensum, sed tantum probabile putasse &c.

Eumolpidæ ab Eumolpo Thrace qui rationem initiandi invenit, vel à Musæi filio qui fuit à secundo quintus.

Eumolpus Eleusinius vel Athenienſis, filius Musæi Poëtæ & ut quidam tradunt discipulus Orphei, Poëta Epicus ante Homerum. Vicit etiam Pythia. Ad lyram enim poëtæ de palma inter se certabant. Scripsit τελετὰς Δήμητρος, *Initia Cereris*, ejusque ad Celeum adventum

&

* Non Eudoxus versus scripsit, sed Aratus Eudoxi prosa.

& miſteria filiabus ejus tradita, eaque omnia verſibus heroicis MMM. *Chiroſcopicorum* librum unum, proſa oratione.

Eumidæ apud Athenienſes familia citharœdorum ſacris inſervientium.

Eunomius tempore Valentis Imp. Epiſcopus Cyzicenus, notarius Aëtii quem cognominant atheum cum quo diu verſatus, ſophiſticum ejus differendi modum imitatus eſt. Ejus *ſeptem libri in Epiſtolam ad Romanos* & aliæ quæ circumferuntur lucubrationes, verborum quidem copia abundantes, at ſententiarum inopes.

Evodus Rhodius poëta Epicus Neronis tempore vixit, poëta Latinus admirabilis. Hujus libri nulli exſtant.

Evphorion filius Æſchyli Tragici Athenienſis, Tragicus & ipſe, qui fabulis quas Pater ante in lucem non ediderat, certans quater vicit, ſcripſit & ipſe quædam dramata.

Euphorion Polymneſti F. ex Chalcide Euboeæ, diſcipulus in Philoſophicis Lacydis & Britannicis: in Poeticis vero Archebuli Theræi Poëtæ cujus etiam deliciæ fuiſſe fertur. Natus eſt Olympiade CXXVI quo tempore & Pyrrhus a Romanis victus eſt. Eum Nicia Alexandri Regis Euboeæ, Craterifilii, uxor amavit, hinc prædives ad Antiochum magnum Regem Syriæ ſe contulit & ejus Bibliothecæ præfectus, ibidem defunctus, Apameæ, vel ut alii Antiochiæ, ſepultus eſt. Libri ejus verſibus Heroicis ſcripti ſunt hi: *Heſiodus*, *ποιήματα* & *ἀναγλα*, *Moſopia* ſive *Miſcellanea* libris V. opus continens hiſtorias miſcellas, inſcribiturque Moſopia, quia Attica olim ita dicta eſt a Moſopia filia Oceani. Deſinit in Attica Chiliade, nam liber quintus inſcribitur *ἐπιγραφὴ Ὁμήρου ἐπῶν* (ſcil. *βιβλίων*) *χιλιὰς περὶ χρηστηρίων Chilias* de oraculis quæ poſt mille annos eventus comprobavit. Diſputat enim adverſus eos qui ipſum depoſita apud illos pecunia fraudarant, docens eos vel multo poſt tempore pœnas daturos eſſe.

Eupithrus & Archiadas duo Hegiæ (Philoſophi) filii de quorum ingenio & moribus quædam ex Damaſcio &c.

Eupolis Athenienſis Comicus qui annos natus XVII. in ſcena certare cœpit ediditque fabulas XVII. vicit ſepties. Idem in bello contra Lacedæmonios naufragio in Helleſponto periit. Unde lex lata eſt quæ poëtas vetuit militare. Fabulæ ejus ſunt: *ἄγγες*, *ἀσπαίνουσα* & *εὐδοξούντων* & aliæ.

Εὖ πράττειν, hanc formulam ſalutandi Plato Epiſtolis ſuis præſcribere ſolebat. Scripſit autem Epiſtolas XIII. eaſque morales. Vide ſupra, *Ἀριστόξενος*.

Euripides Athenienſis Tragicus, antiquior celebri illo Euripide. Docuit fabulas XII. vicit bis.

Euripides Mneſarchi ſeu Mneſarchidæ & Clitonis F. non ex matre olerum venditrice ſed ex genere nobiliſſimo ut demonſtrat Philochorus. Natus fuit eo die quo Græci Perſas fugarunt. Initio pictor deinde Prodici in Rhetoricis, Socratis vero in doctrina de moribus & in rebus philoſophicis diſcipulus. Audivit etiam Anaxagoram qvem cum vidiſſet in diſcrimen capitis ob dogmata veniſſe, animum ad tragœdiam appulit homo ſeveris moribus ac triſtis unde & μισογύνης ſive mulierum oſor eſt exiſtimatus. Duxit tamen Chœrinam Mneſilochi filiam ex qua Mneſilochum, Mneſarchidem & Euripidem ſuſcepit. Hac repudiata alteram æque impudicam eſt expertus. Athenis relictis apud Archelaum Macedoniæ Regem in ſummo vixit honore, ſublatus ut ajunt a canibus per inſidias Arrhidæi Macedonis & Cratevæ Theſſali poetarum ipſi invidentium: vel lacteratus a mulieribus cum noctu Craterum Archelai delicias vel uxorem Nicodemi Arethuſii peteret. Annos ajunt vixiſſe LXXV. oſſaque ejus Pellam jubente Rege translata. Fabulæ ejus LXXV, vel ut alii XCII. ex quibus exſtant LXXVII. Vicit quinquies, quater adhuc ſuperſtes, ſemel vero poſt obitum fabulam ejus in ſcena exhibente Euripidæ fratris ipſius filio. Fabulas edidit per totos annos XXVI. Obiit Olympiade XCIII.

Euripides Tragicus, prioris ex fratre nepos ut tradit Dionyſius in Chronicis. Scripſit Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν, editionem Homericam niſi fortaſſe ea alterius ſit. Fabulæ ejus ſunt Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη.

Euſchemus Comicus. Ex fabulis ejus ἐμπολή, teſte Athenæo.

Euſebius Pamphili Arianæ ſectæ addictus, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, ſacrarum Scripturarum inſigniter ſtudioſus & divinæ bibliothecæ una cum Pamphilo Martyre diligentiſſimus inveſtigator. Multa edidit opera, inter quæ ſunt iſta: *Evangelicæ demonſtrationis libri XX. Evangelicæ præparationis libri XV. Theophaniæ libri V. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ libri X. Canones Chronici variæ Hiſtoriæ, & eorum epitome. De Evangeliorum diſſenſione. In prophetam Eſaiam libri X. Contra Porphyrium* qui tunc ut quidam putant in Sicilia ſcribebat, *libri XXX.* Τοπικῶν ſive *de locis ſacris liber. Apologia pro Origene libri VI. De vita Pamphili libri III. De martyribus* alia opuſcula. *In Pſalmos CL.* commentarios eruditos, & multa alia. Floruit maxime temporibus Conſtantini Imp. ac Conſtantii, & ob amicitiam

quæ

quæ ipsi cum Pamphilo martyre intercesſit, ab eo cognomentum ſortitus eſt. Scripſit etiam *ad Marinum* in quo opere dicit CHriſti Eccleſiam duo vitæ genera & inſtituta præcipere, quorum unum ſit excellens & ſupra communem vitæ humanæ rationem poſitum, quale eſt Monachorum. Alterum minus ſublime & communi hominum vitæ accommodatum, quod nec à conjugio abhorret.

Euſtathius Epiphanienſis ſcripſit *compendium Chronicum* rerum ab Æneâ usque ad Anaſtaſium Imp. geſtarum *libris* * *novem.*

Euſtathius Sebaſtenus cum Baſilio Ancyrano, ejusdem urbis Epiſcopo, ſectæ Macedonianæ caput fuit.

Euſtephius Aphrodiſienſis Sophiſta unus ex illuſtribus Adrottorum, quæ eſt urbs Lydiæ, incolis. Scripſit *declamationes.*

Euſtochius Cappadox Sophiſta. Scripſit *Cappadociæ & reliquarum gentium Antiquitates*, & τὰ κθ' Κωνσταντῖνον τὸν βασιλέα. ** *res geſtas ab Imperatore Conſtante.*

Euthycles, ex cujus Comœdiis ſunt ὧσωτοι ἡ Ἐπιστολή teſte Athenæo in Dipnoſophiſt.

Euthydemus magiſter Apollonii Tyanei, Tarſenſis Cilix &c. (ex Philoſtrato.)

Euthymenes Archon Athenienſis ſub quo abrogatum eſt decretum Archonte Morychide ſcriptum, quo Comicis adimebatur libertas aliquem in ſcena perſtringendi.

Eutropius Italus Sophiſta Hiſtoriæ Romanæ compendium Latina lingua ſcripſit, aliaque.

Eutyches CPoli monaſterii præfectus, impiæ ſectæ Manetis & Apollinaris tertius defenſor &c. (ex Theodoro Raithuenſi.)

Euxenus vir non admodum probus nec actuoſæ vitæ deditus & Epicuri moribus imbutus. Pythagoræ vero opiniones ita cognoſcebat, ut aves ea quæ diſcunt ab hominibus, χαῖρε vel εὖ πρᾶττε, & ζεὺς ἵλεως. Apollonius puer Euxenum audiebat, ſed ad decimum ſextum annum progreſſus ad Pythagoricam vitam ſe contulit, Euxenum tamen amare non deſiit &c. (ex Philoſtrato)

Ἐξ ἀμάξης. Apud Athenienſes feſtum erat Lenæa, in quo Poetæ plauſtris inſidentes certabant cantionibus riſus movendi gratia, quod Demoſthenes dixit ἐξ ἁμάξης, *ex plauſtro.* Chorus Lenæorum vocabatur Lenaites.

* Evagrius V. 24. *libros* tantum *duos* fuiſſe teſtatur.

** Ita Cangius pag. 31. ad Zonaram, ex Eudociæ Joniis MSS.

ἐξηγηταί. Tres erant exegetæ oraculo Apollinis designati, quibus curæ erat lustrare eos qui aliquo piaculo obstricti essent. Sic etiam vocabantur patriorum institutorum & jurium interpretes. Peculiariter, interpretes sacrorum, qui etiam de inferiis aliisque juribus defunctorum consulentibus respondebant.

Ezechias. Exstabat liber Salomonis remedia omnium morborum continens, qui Templi limini incisus erat. Hunc Ezechias obolevit, quod populus mente ad DEum non adverteret, sed quicunque ægri essent, curationes inde peterent neglecta Divini Numinis invocatione.

Fabius Pictor Historicus Romanus. Hic ait nulli Romanorum Magistratuum licere quicqvam quod sit publicum in privatos usus convertere.

Falcidia lex à Cæsare Cajo Octavio lata est, maximam etiam nunc auctoritatem habens in hæreditatum successionibus, à Falcidio tribuno plebis inventa.

Faunus Pici seu Jovis F. quem nomine planetæ Mercurium appellabant. Hic fuit Astronomus, metallaque auri argenti & ferri invenit, eorumque tractandorum rationem Occidentales docuit. Qvare etiam ab indigenis vocatus πλουτοδότης, opum donator. Insidiis appetitus à fratribus in Ægyptum fugit in tribum Chami filii Noë, à quibus susceptus cum ipsis habitavit. Idem aurea stola indutus & futura prædicens divitiasque eis impertiens, tanquam Deus ab ipsis cultus est.

Favorinus Arelatensis Gallus sexu Hermaphroditus, eruditissimus & Philosophiæ peritissimus, Rhetoricæ inprimis addictus. Floruit tempore Trajani Imp. vitamqve produxit usqve ad Adriani Imperium. Æmulatus est Plutarchum Chæronensem innumeris pæne libris conscribendis. Scripsit & Philosophica & Historica quorum magnus est numerus. Ex ipsius libri sunt isti: *De Homeri Philosophia. De Socrate & arte ejus amatoria. De Platone. De Philosophorum victu* & alia. Idem etiam γνωμολογικὰ *dicta sententiosa* scripsit.

Flaminius ὀχλοκόπος καὶ δημαγωγὸς τέλειος orator turbæ rudi vendibilis & qui ad populum dicendo supra modum valeret, cæterum ad rem bellicam administrandam ineptus. (ex Polybio.)

Fronto Emisenus Orator qui Romæ temporibus Severi Imp. vixit. Hic Athenis æmulus fuit Philostrati primi & Apsinis Gadareni, ibidemqve obiit annos circiter LX. natus, & Longinum Criticum, sororis Frontonidis filium heredem reliquit. Scripsit orationes multas.

Fulvia (Φολβία) Antonii uxor. Hæc Ciceronis caput amputatum genibus

bus ſuis impoſuit, cumque ei contumelioſiſſime illuſiſſet atque illud conſpuiſſet, tandem diducto ore extractam ejus lingvam acu, qua figendis capillis utebatur, compunxit, additisque multis & gravibus probris, pro roſtris exponi juſſit, ut quo ex loco adverſus ipſam olim concionans auditus fuerat, ibidem caput ejus præciſum ſpectaretur.

Galenus Medicus celeberrimus Pergamenus, qui Marci, Commodi & Pertinacis temporibus Romæ vixit, Niconis Geometræ & Architecti F. compoſuit Medica & Philoſophica, itemque Grammatica & Rhetorica quæ ut omnibus nota recenſere ſupervacaneum duxi. Vixit anos LXX.

Genethlius Genethlii F. ex urbe Petris, Sophiſta, Minuciani & Agapeti diſcipulus, æmulus Athenis Callinici. Memoria ita valuit ut declamationem ſemel auditam repeteret. Obiit juvenis annos natus XXVIII. Scripſit λαλιας ſive Ἀλαλίξεις, *allocutiones* & μελέτας *declamationes*, inter quas eſt *exul ſe ipſum vendens poſt Thebarum excidium. Propempticum ad amicos ſuos* Daduchum & Aſclepiadem. *Orationes Panegyricas.*

Gennadius patriarcha CPol. conſpectum ab eo Φάσμα δαιμόνιον &c.

Georgius magnæ Eccleſiæ Diaconus & Chartophylax cognomine *Piſides.* Scripſit *hexaëmerum* ſive de opificio Mundi, quod tribus fere millibus verſum jambicorum conſtat. *De Heraclio Imp. & bello Perſico.* Adhæc oratione ſoluta *Abarica & encomium Anaſtaſii Martyris.*

Geſſius Petris oriundus Zenonis Imp. temporibus arte media clariſſimus fuit, & Domni Judæi, præceptoris ſui gloriam penitus obſcuravit &c. Heraiſcum cum Zenonis juſſu quæreretur domi ſuæ occultavit, & deinde in fuga defuncto juſta perſolvit. Baſilicus ideo ab Imp. miſſus, Agapium & cæteros Philoſophos comprehenſos in prætorium abduxit.

Γνῶθι σεαυτὸν, & τὸ νόμισμα χαράξαν præcepta Pythica, *Noſce te ipſum* & *opinionem vulgi contemne.*

Goetiam, magiam, pharmaciam Medi & Perſæ invenerunt. Magia eſt evocatio dæmonum beneficorum boni alicujus afficiendi cauſa, qualia ſunt Apollonii Tyanenſis θαυμάσματα. Goëtia, ἀπὸ τῶν γόων à lamentis quæ circa ſepulchra audiuntur ita dicta, eſt per quam animæ defunctorum evocantur. Pharmacia veneficium, per quod alicui pharmaca lethalia vel philtra præbentur. Magia & Aſtrologia à Maguſæis id eſt Perſis orta eſt. Perſæ Μαγῶν ſive Μαγουσαῖοι ab indigenis vocantur.

Gorgias Charmantidæ F. frater Herodici Medici Leontinus Rhetor, Empedoclis discipulus, magister Poli Agrigentini & Periclis & Isocratis & Alcidamantis Eleatæ qvi & in schola ipsi successit. Porphyrius eum refert ad Olimpiadem LXXX, sed antiquior est. Rhetoricam primus in artem redegit &c. a singulis discipulis centum exegit minas, vixit annos CIX. & multa scripsit.

Gratianus Imp. Valentis sævitiam in Christianos detestatus, omnibus lege lata permisit ut secure ac libere conventus in Ecclesiis propriis agerent, solis Eunomianis, Photinianis & Manichæis conventicula ademit.

Gregorius Nazianzenus in Cappadocia Basilii Cæsar. amicus, Grammaticus & Poëta excellens, multo magis insignis Philosophus & orator ἀμφιδέξιος & peritissimus fuit. Multa scripsit oratione soluta ad τρεῖς μυριάδας στίχων ad versuum triginta millia. Ex his sunt: *de obitu fratris Cæsarii. Oratio funebris in Patrem suum. Altera in sororem Gorgoniam. De pauperibus amandis. Laudes Maccabæorum. Laudes Cypriani. Laudes Athanasii. Laudes Hieronis Philosophi. Contra Julianum Imp. orationes duæ. De Spiritu S. Oratio una. Orationes panegyricæ X.* aliæque plurimæ quæ omnibus notæ sunt. Secutus est genus dicendi quo usus est *Polemo* Laodicensis qui Smyrnæ eloqventiam docuit & Aristidis Rhetoris præceptor fuit. Scripsit & librum versibus hexametris in qvo *virginitas & conjugium* inter se colloquuntur. Item de aliis argumentis diverso & omnifario genere carminis ad versuum triginta millia. Hujus meminit Philostorgius licet Arianus &c. Gregorius alio Ecclesiæ suæ Episcopo in locum suum substituo, ipse ruri vitam monachi egit decessitque decimo tertio Theodosii Imp. annos natus amplius XC.

Gregorius Episc. Nyssenus, frater Basilii Cæsar. eruditissimus & eloqventiæ laude nulli veterum cedens. Eximium librum *contra Eunomium* scripsit & aliud *de fabricatione hominis* aliasqve homilias plurimas. Item *in Cantica Canticorum, in Ecclesiastem & ad sororem Macrinam* prolixam & elegantem orationem de anima. Scripsit & multa alia & admirabile illud *encomium Stephani* primi martyris & vitam *Gregorii Thavmaturgi.*

Gregorius, qvi & Theodorus, Tavmaturgus Neocæsareæ in Ponto Episcopus, ob Græcarum Latinarumqve litterarum studium è Cappadocia adolescens se Berytum & inde Cæsaream Palæstinæ contulit cum fratre Athenodoro. Hos Origenes per quinquennium erudiit

&

& ad fidem CHristi paulatim reduxit, Gregorius in patriam rediturus *Origeni* præsenti gratias egit *oratione panegyrica* quæ etiamnum exstat: Scripsit & *metaphrasin in Ecclesiastem*, brevem illam sed admirabilem: multasque *Epistolas*. Decessit sub Aureliano clarus miraculis quæ Episcopus edidit. Athenodorus Gregorii frater Sophista scripsit *de incarnatione & fide orationem*.

Gregorius Hermiæ Philosophi frater plane dissimilis, supra modum acutus & ad quæstiones & disciplinas expeditus cæteroqui inquietus &c. è Damascii Historia Philosophica.

Γυμνασία διαλεκτική. Hujusmodi libros *Aristoteles* & *Theophrastus* scripserunt, quibus docent rationem probabiliter in utramque partem differendi.

Gymnasius, Sidonius Sophista, Imperatoris Constantini temporibus vixit. Scripsit *Declamationes* & *commentarium in Demosthenem* & alia quædam.

Hæresis. Hippobotus dicit novem esse sectas sive disciplinas Philosophorum, *Megaricam*, *Eretriacam*, *Cyrenaicam*, *Epicuream*, *Annicerianam*, *Theodoriam*, *Zenoniam* seu *Stoicam*, *Academicam* & *Peripateticam*. Cynicæ autem & Eliacæ ac Dialecticæ non meminit. Pyrrhonia non poterit appellari secta, nulla enim habet dogmata. Præter has Secta Eclectica introducta est à Potamone Alexandrino qui ex singulis sectis ea quæ sibi placerent eligebat &c.

Harpocras Ammonio (Hermeæ) familiaris, & Nicomedi, Isidoro, Horapollini, Heraisco &c. homo Ægyptius qui Zenonis Imp. tempore vixit. infra in Horapolline.

Harpocration Argivus Platonicus Philosophus Cæsaris familiaris. Scripsit *commentariorum in Platonem libros XXIV.* & *dictionum Platonicarum libros II.*

Cujus Harpocration Sophista scripsit *de Antiphontis figuris. De Hyperidis & Lysia orationibus*, & alia.

Ælius Harpocration Sophista scripsit *de illis quæ Oratores ignorasse videntur. Argumenta Orationum Hyperidis. Ementitam esse Herodoti Historiam. De ordinibus militaribus apud Xenophontem. De arte Rhetorica. De formis Orationum.*

Valerius Harpocration Rhetor Alexandrinus scripsit *Lexicon decem Oratorum.* ἀνθῶν συναγωγήν sive *floridorum collectanea*.

Hecatæus Abderites Philosophus qui & Criticus & Grammaticus cognominatus est, quod apparatu Grammatico abunde instructus esset. Vixit sub Alexandri Magni successoribus. Scripsit præter alia de Homeri & Hesiodi poësi.

Hecatæus Hegesandri F. Milesius vixit temporibus Darii qui post Cambysem regnavit (quo tempore & Dionysius Milesius vixit) Olympiade LXV. Historiographus. Hoc junior fuit Herodotus Halicarnassæus, qui multum ei debet. Fuit Hecatæus auditor Protagoræ & primus Historiam oratione prosa scripsit, uti primus Pherecydes (res philosophicas) itidem oratione soluta exposuit. Scripta enim Acusilai adulterina sunt. (infra, in ἱστορῆσαι.)

Ἡκατέειον. Habebat Theagenes Hecatæ simulacrum quod quocunque iret consulebat. Hic καπνὸς *fumus* vocabatur. Fuerunt & alii duo Theagenes, quorum alter de Homero scripsit, alter ob mollitiem fuit infamis.

Hecebolius Sophista CPolitanus, sub Constantino Christianissimi se Zelo flagrare simulans, sub Juliano stolidus Ethnicus, post ejus obitum iterum Christianus πατήσατέ με, clamavit, τὸ ἅλας τὸ ἀναίσθητον, *conculcate me fatuum salem.*

Hegelochus tragicus historio, in Euripidis Oreste pro γαλήνᾳ ὁρῶ pronunciavit γαλῆν ὁρῶ. Eum ut voce insvavem perstringit Plato.

Hegemon Demostheni memoratus pro Ctesiphonte. Unus erat illorum qui Macedonum partibus favebant & muneribus corrupti credebantur.

Hegemon Thasius cognomento Φακῆ. Ex ejus dramatibus φιλόνα teste Athenæo in Dipnosophistis.

Hegesippus Crobylus cognomento, cujus esse putatur septima Philippica, Demosthenis nomine inscripta. Ex ejus dramatibus est Φιλέταιρος, ut meminit Athenæus.

Hegias patrem virtute & scientia antecessit & jam adolescens spem fecit se Plutarcho (Athenienssi) non inferiorem fore, unde Proclus ipsum adhuc juvenem non indignum habuit Oraculorum Chaldaicorum auscultatione &c. (ex Damascio)

Helenus conscripsit χειροσκοπικὸν διάτισμα *divinationem quæ fit per inspectionem manuum*, veluti cum expansis & apertis alicujus manibus, ex ipsarum rugis conjicimus eum liberos procreaturum esse, vel simile quid.

Heliconius Sophista Byzantinus scripsit *compendium Chronicon* ab Adamo usque ad Theodosium Magnum, libris decem.

Heliconius Astronomus scripsit *apotelesmatica*, *de dioseme is* & multa alia.

Helladius Alexandrinus Grammaticus qui sub Theodosio juniore Imp. vixit,

vixit. Scripsit ordine alphabetico *de usu omnis generis vocabulorum.* ἐκφρασιν φιλοτιμίας *descriptionem ambitionis.* *Bacchum* sive *Musam.* *Descriptionem balnei Constantiani.* *Laudes Imp. Theodosii.*

Hellanicus Mytilenæus historicus Andromenis vel Aristomenis F. vel Scamonis cui cognominem filium habuit. Commoratus est cum Herodoto apud Amyntam Regem, Euripidis & Sophoclis temporibus sectatusqve Hecatæum Milesium, qvi vixit tempore belli Persici & paullo ante. Pervenit usqve ad Perdiccæ tempora, obiitqve Perperenæ qvæ est è regione Lesbi. Scripsit plurima tam prosa qvàm metrica oratione.

Heniochus Athenienſis, mediæ Comœdiæ Comicus. Ex fabulis ejus sunt Τροχίλος. Ἐπίκληρος. Γοργόνες. Πολυπράγμων. Θωρύκιον. Πολύευκτος. Δὶς ἐξαπατώμενος. (Fuit & nostra ætate Polyevctus, * homo nefandus, semivir, Deo invisus, iracundus, Cocyti & Stygis horribilis & pernicioſus humanæ vitæ partus.)

Hephæstion Alexandrinus Grammaticus scripsit *Enchiridon de metris* & μέλιτται varia, sive quæ ad doctrinam de versibus spectant. Περὶ τῶν ἐν ποιήμασι παραχῶν *de iis qvæ in poëmatibus turbata sunt.* *Comicorum dubiorum solutiones.* Et alia plurima. Item *metrorum dimensiones.*

Heracleon Ægyptius ex oppido Tilote qvod Heracleæ subjectum est, Grammaticus. Romæ docuit. Scripsit *commentarium in Homerum* κατὰ ῥαψῳδίαν sive secundum ordinem rhapsodiarum. Item *in Lyricos*, & *de verbis imperativis apud Homerum.*

Heraclides Euphronis F. Philosophus ex Heraclea Ponti: genus retulit ad Damidem unum ex illis qvi coloniam Thebis Heracleam deduxerunt. Fuit Platonis auditor & ab ipso in Siciliam profecto relictus ut scholæ præesset. Hic draconem aluit, mansvefactumqve semper secum habuit qvi etiam inventus in ejus lecto est cum bene valens cubitum iviſſet sed postea repertus non fuisset. Alii itaque immortalem factum fuisse sibi persvaserunt, alii in puteum se præcipitasse, ut immortalitatem consecutus hominibus videretur. Multa scripsit.

Heraclides Ponticus ex Heraclea urbe Ponti Grammaticus qui Didymum illum τὸν στ υ Alexandriæ auscultavit. Hic cum audivisset qvoque Aprum Aristarchi discipulum, qui Romæ celebre nomen habebat & Didy-

* Non est credibile, qvod video qvibusdam venisse in mentem, his verbis perstingi à Suida Polyevctum qvi Patriarcha CPol. fuit ab A. C. 956. ad 970.

Didymum frequenter perſtringebat, *ſapphico* vel *phalacio* metro ſcripſit libros tres explicatu difficiles, multisque dubiis quæſtionibus plenos quos λύσεις ſive *nugas* inſcripſit. Romam his delatis, Apro adverſarium ſe profeſſus manſit ibi temporibus Claudii & Neronis, ludumque litterarium aperuit. Multa etiam ſcripſit *poëmata epica*.

Heraclides Oxyrynchita Philoſophus Serapionis F. cognomine Lembus, vixit ſub Ptolemæo ſexto, ſcripſitque *fœdus cum Antiocho factum*, item *Philoſophica* & alia.

Heraclides Lycius Sophiſta librum compoſuit quem inſcripſit Νικήτης ἢ καθαρμός, *Niceta purgatus*, ignorans ſe pygmæorum ſpolia aptare coloſſo.

Heraclitus Blyſonis ſeu Bleutonis vel Horacini F. Epheſius Philoſophus phyſicus cognomento σκοτεινός ſive obſcurus. (Confer ſupra in Δηλίων κολυμβητής.) Hic nullius Philoſophi diſcipulus fuit ſed naturæ beneficio & ſuapte induſtria ingenium excoluit: quidam tamen tradunt Xenophanis vel Hippaſi Pythagorici auditorem fuiſſe. Vixit Olympiade LXIX. ſub Dario Hyſtaſpis F. Multa ſcripſit περὶ φύσεως. Corpus contemnebat & judicabat κοπρίων ἀνθλητότερον, ſtercore vilius, facileque ajebat ſe naturæ deſideriis ſatisfacere quamdiu DEUS corpore ut inſtrumento uti juberet. Aqua intercute laborans a medicis non præbuit curandum ſed corpus ſuum fimo bibulo illitum ſoli ſiccandum expoſuit. Sic jacentem canes dilacerarunt, vel ut alii, ipſum obrutum arena periiſſe contigit.

Heraclius Romanorum Imp. Hic ab Athanaſio Jacobitarum *patriarcha* & Sergio Syro (*Patriarcha*) C*P*oli ad hæreſin Monothelitarum pertractus eſt. &c.

Heraiſcus ingenio fuit diviniore, Aſclepiades Ægyptiorum libris diutius innutritus, Theologiæ ipſorum ac ſapientiæ peritior. Heraiſcus ſimulacra Numine animata à caſſis diſtinguere poterat (ſupra in μαγνώμων) nam iis conſpectis cor ejus numine agitatum compungebatur. Sic cognovit τὸ ἄῤῥητον ἄγαλμα τοῦ Αἰῶνος arcanum ſimulacrum Æonis quod Alexandrini Oſiridis & Adonidis ſimul nomine colunt κατὰ μυστικὴν θεολογίαν. Mulierem menſtruatam videnti dolebat caput. Mortuo cum Aſclepiades honores ſacerdotibus debitos reddere, & τὰς Ὀσιριδος ἐπὶ τῷ σώματι περιβολὰς Oſiridis veſtibus corpus ejus tegere pararet, confeſtim luce undique illuminabantur τῶν σινδόνων ἀποῤῥητα διαγράμματα, arcanæ ſindonum litteræ, &

& circa ipſum conſpiciebantur φαντασμάτων ἐν θεωρίαις, formæ ſpectrorum divinæ. Fertur ex matris utero prodiiſſe digitum ſilentii indicem labiis admotum habens, quomodo Ægyptii fabulantur, natum eſſe Orum & Solem ante Orum, ita ut ſectione ad digitum removendum opus fuerit. Et Heraiſcus fuit Bacchus ut ſomnium indicavit. At Aſclepiades Theologiæ patriæ peritiſſimus, cujus rei documentum ſunt *hymni*, quos in Ægyptiorum Deos conſcripſit, item opus quod ſcribere inſtituit *de omnium religionum conſenſu*. Scripſit etiam opus Ἀγνωτίων αἰγυπίων *Ægyptiorum vetuſtiſſimorum res geſtas* & hiſtoriam annorum paullo plus triginta millium complectens. &c. Ammonius & Erythrius Ægyptius inter ſe contendebant Byzantii &c.

Hercules Alcmenæ F. hunc tradunt fuiſſe philoſophum, quem pingunt pelle leonina h. e. prudentia & conſtantia amictum qui clavâ philoſophiæ peremit Draconem cupiditatis & ab ea abſtulit tres virtutes ſcilicet non iraſci, non eſſe avarum, nec voluptatibus deditum -- Sub Minoë extitit Hercules Tyrius, qui purpuræ tinctūram invenit, cane maxillas (ſanguine conchylii) cruentatæ: eamque obtulit Phœnici Regi qui primus purpuram geſtavit.

Herennius. Philo Byblius Herennius cognominatus, ut ipſe dicit.

Hermagoras. Amphipolitanus Philoſophus, Perſæi diſcipulus. Dialogi ipſius ſunt, *Miſocyon*. περὶ ἀτυχημάτων *de infortuniis*, ἰκχνευτὴς, ἢ περὶ ὑποστάσεως, *effuſum* ſive *de avarum inſpectione*. περὶ σοφιστείας *de arte Sophiſtica* adverſus Academicos.

Hermagoras ex Temno Æoliæ urbe, cognomento Carion, Rhetor ſcripſit *Artem Rhetoricam* libris VI. περὶ ἐξεργασίας *de elaboratione*. περὶ πρέποντος *de decoro*. περὶ φράσεως *de elocutione*. περὶ σχημάτων *de figuris*. Hic una cum Cæcilio Romæ docuit Cæſaris Auguſti temporibus, & ætate provecta obiit.

Hermes ſapiens Ægyptius ante Pharaonem floruit vocatusque fuit Trismegiſtus quod de Trinitate locutus fuerit, dicens in Trinitate unam eſſe Deitatem. Ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ τῶς νοὸς φωτὸς καὶ ἀεὶν ἐκεῖνον ἦν ὁ Ἰησοῦς πάντας, καὶ πνεῦμα πάντα ἐφέιχον. ἐντὸς Ἰησοῦ δ' Θεὸς, ἐν ἀγγελῷ, ἐν ἁγία ἄλλῃ &c. (ex Cyrillo 1. in Julian.)

Hermias Evnuchus Atarnæ regioni Myſiæ ad Helleſpontem præfuit, Regi Perſarum ſubjectus. Evnuchus cum eſſet & ſervus Eubuli Bithyni dynaſtæ & Philoſophi, litteris ab Ariſtotele inſtitutus, *de anima* ſcripſit, eamque immortalem eſſe docuit. Hic eſt Evnuchus ille ter

venditus, Ariſtotelis amicus cui filiam ſuam adoptivam uxorem dedit. Sed & ipſe licet Θλαδίας filiam habuit ex uxore Pythiadem. Scribitur Ἑρμείας, ut in στίχοις ἰαμβικοῖς Hipponactis: * Εὐνᾶχος ὃν ποθ' ὁ λος ἤρχεν Ἑρμείας.

Hermias (Ἑρμείας) philoſophus Ammonii & Heliodori, magiſtrorum Damaſcii pater, amicus intimus Ægypti, cupidiſſimi litterarum, fratris Theodotæ quæ erat mater Iſidori Philoſophi. Huit Ægypto morienti, jurejurando affirmavit animum eſſe immortalem, quam fiduciam ipſi afferebat vitæ integritas. Philoſophiam coluit ſub magno Syriano, induſtria nullis ſodalium ſuorum, ne Proclo quidem inferior. Licet vero τὰ μὲν περὶ λόγους ἐνδεέστερος ἦ τῆς τῶν ἀκριβείαν, ab eruditionis & eloquentiæ perfectione aberat, virtutem tamen ita ſectabatur ut ne *Momus* quidem reprehendere nec invidia ipſa odio eum proſequi poſſet. Tantum erat in illo æquitatis ſtudium ut ſi quid emeret, librum verbi gratia, venditori minoris forſan offerenti quam par eſſet, juſtum potius pretium daret.

Hermippus Athenienſis, Comicus antiquæ Comœdiæ luſcus, frater Myrtili Comici. Fabulas docuit XL.

Hermippus Berytius ex vico mediterraneo, diſcipulus Philonis Byblii à quo commendatus fuit Herennio Severo ſub Adriano Imp. Hic quamvis genere libertinus eſſet, tamen eruditus admodum fuit & multa ſcripſit.

Hermogenes Tarſenſis cognomento ξυστὴς quaſi *raſorem* dixeris, Sophiſta quem Muſonius philoſophus & *Marcus* Imp. audivit, vix natum annos XV, ingenii felicitate & doctrina captum ejus ætatis longe ſuperante. Annos natus circiter XVIII. ſcripſit *Artem Rhetoricam* quam omnes in manibus habent. *De ſtatibus cauſarum librum. De formis orationis libros duos. De Caleſyria libros II.* Cum annum ætatis XXIV. attigiſſet; ingenio defecit & ſui prorſus diſſimilis evaſit ſine ulla manifeſta cauſa aut morbo corporis: unde dictum Ἑρμογένης ὁ ἐν παισὶ γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς. *inter pueros ſenex & inter ſenes puer.* De hoc Philoſtratus Lemnius &c. Cadavere ejus diſſecto cor dicitur inventum pilis obſitum & communem magnitudinem longe ſuperaſſe.

Hermolaus Grammaticus *C*Politanus ſcripſit epitomen ἐθνικῶν Stephani Grammatici, eamque Juſtiniano Imp. dedicavit.

Hero-

* Oportet nomen eſſe corruptum, vel *juniorem* Hipponactem intelligi. Nam Hipponax ille antiquus diu ante Hermiam fuit.

Herodes Julius, filius Attici, Plutarchi nepos genere Æcacides Athenienſis, ex municipio Marathonio Sophiſta, ob theſaurum (repertum) valde dives, adeo ut & ſtadium & theatrum tecto munitum Athenienſibus condiderit. Ipſius pater Aſiæ præfuit & bis Conſulatum geſſit. Vixit Trajani, Adriani & Marci Antonini Impp. temporibus & Favorinum Polemonemqve præceptores habuit. Scripſit ἐφημερίδας, opus varia eruditione plenum: item *Epiſtolas* & *orationes* extemporales, qvarum meminit Philoſtratus in Vitis Sophiſtarum. Ei in ſchola ſucceſſit Adrianus Sophiſta. Circumferuntur & multa alia illius ſcripta ex quibus & ingenii ejus magnitudo, & mentis ſublimitas perſpici poteſt. Obiit circa LXXVI. ætatis annum, tabe confectus.

Herodianus Alexandrinus Grammaticus Apollonii Grammatici cognomine dyſcoli F. Vixit tempore Marci Antonini Imp. qvare junior eſt Dionyſio, qvi Muſicam Hiſtoriam conſcripſit & Philone Byblio.

Herodotus Lyxi & Dryonis F. Halicarnaſſeus illuſtri genere natus fratrem habuit Theodorum. Samum migravit propter Lygdamidem qvi poſt Piſindelim patrem aviamqve Artemiſiam tyrannus Halicarnaſſi erat. Sami Jonicam dialectum exoluit & *Hiſtoriam libris IX.* ſcripſit auſpicatus à Cyro Perſa & Candaule Lydorum Rege. Reverſus deinde Halicarnaſſum, tyrannum expulit, invidiaqve civium tangi ſe cum ſenſiſſet, Thurium quo tunc Athenienſes coloniam deducebant ultro conceſſit, ubi defunctus & in foro ſepultus eſt. Sunt tamen qvi ajunt Pellæ obiiſſe. De Herodoto ὁ σοφιστὴς (Julianus) in Epiſtola: εἰ τῳ πιστὸς ὁ Θούριος εἶναι λογοποιὸς δοκεῖ. *ſi cui Thurius ille hiſtoriæ ſcriptor fide dignus eſſe videtur.*

Heron Cotyos F. Athenienſis Rhetor qvi *cauſas Athenis actas* ſcripſit. Item *expoſitionem* (Orationum) *Dinarchi. Commentarios in Herodotum, Xenophontem, Thucydidem.* Κανὼνιον ὀνομάτων ἐκλεκτῶν *vocabulorum libros III. Epitomen Heraclidis Hiſtoriarum. De antiqvis Oratoribus & orationibus qvibus in commiſſionibus vicerunt.* Heroni Proclus ſe commiſit, viro pio & qvi perfecte ſe comparaverat ad inſtitutionis rationem Alexandriæ uſitatam.

Herophila qvæ & Sibylla Erythræa, Theodori filia. Scripſit verſu heroico βιβλία γ' μαντικά, *tres divinationum libros*, & Conſulum, vel (ut alii tradunt), Tarquinii temporibus Romam venit, ſuperans eos magno ſibi qvæſtui fore. Sed cum contemni ſe videret, duos libros cremavit; unus vero ſervatus eſt, qvem Romani magno pretio redemerunt.

Heſiodus, Cumanus, à patre Dio & matre Pycimede adoleſcens translatus eſt Aſcram Bœotiæ civitatem. Dius filius Ampelidæ, nepos Melanopi qvem ajunt fuiſſe avum Homeri avi, ita ut Hometus natus ſit ex patruele Heſiodi. Utriusqve genus ab Atlante deduci ferunt. Poëmata Heſiodi, *Theogonia*, *Opera & dies*, *clypeus*, *heroinarum mulierum catalogus libris V.* *Epicedium in Batrachum* qvem amaverat. *De Idæis Dactylis*, & alia multa. Obiit hoſpitio exceptus ab Antipho & Ctimeno, qui noctu putantes ſe ſororis ſuæ ſtupratorem interficere, Heſiodum obtruncarunt inviti. Homero alii antiqviorem faciunt, æqvalem alii, Porphyrius aliiqve plurimi annis centum juniorem ut tantum XXXII. annis primam Olympiadem anteceſſerit.

Ἥσυχος Parmenides (alii ajunt Pythagoras) primus deprehendit eundem eſſe Veſperum & Luciferum.

Heſychius Mileſius, Heſychii cauſidici & Sophiæ F. temporibus Anaſtaſii Imp. vixit. Scripſit *ὀνομαſτολόγον, ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαζομένων ἐπιτομήν ἐστι δὲ τὸ βιβλίον*, *Nomenclatorem* ſive qvi liber illius eſt epitome, *indicem virorum qui doctrina clari fuerunt.* Item *Hiſtoriam chronicam*, qvam in *ſex diaſtemata* (ſic enim ſingulos libros appellat) diſtinxit. In his libris continentur Imppp. Romanorum res variis temporibus geſtæ & Hiſtoria Regum ac principum qvi ſingulis gentibus imperitarunt; item ea qvæ Byzantii geſta ſunt usqve ad imperium Anaſtaſii, cognomento Dicori. In Indice ſuo nullam facit mentionem Eccleſiaſticorum Doctorum, qvi eruditione clari fuerunt, ut hinc ſuſpicari liceat, eum non fuiſſe Chriſtianum ſed Ethnicorum nugis & vanis ſtudiis addictum.

Hierocles Philoſophus Alexandrinus ingenio & dicendi facultate excellens, cujus diſcipulus Theoſebius ajebat Hieroclem aliqvando inter docendum dixiſſe, *Socratis* ſermones teſſeris eſſe ſimiles, nunqvam enim eos in irritum cadere, qvocunqve cecidiſſent. Hieroclis animum virilem magnumqve adverſa fortuna demonſtravit. Cum enim Byzantium profectus Chriſtianos qvorum ſumma poteſtas erat offendiſſet, in judicium ductus & verberibus cæſus ſagvinem qvo manabat cava manu excepit, eoque judicem adſperſit dixitqve: Ἰλλαψ τῇ, νῦ ὄνον, ἐπεὶ Φαίηκες ἀνδρὸς μοῦνοι (Odyſſ. *ι.* 347.) Poſt exilium inde reverſus Alexandriam, more ſolito Philoſophiam diſcipulis expoſuit. Mentis ejus ſublimitas perſpici poteſt ex *Commentariis* qvos ſcripſit *in aurea carmina Pythagoreorum* & pluribus aliis libris

de

de providentia, ex qvibus apparet virum illum animo qvidem excelso sed scientia minus accurata præditum fuisse.

Hieronymus tyrannus, de cujus morte qui scripserunt, Historici multa verba fecerunt de rebus atrocibus qvæ in ipsius obitu acciderunt, ut nec Phalaris nec Apollodorus nec unus alius tyrannus fuerit illo acerbior &c.

Hieronymus Cardianus qvi *res ad Alexandriam gestas*, τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείᾳ πραχθέντα (Kusterus legit τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρου *res Alexandri Magni*) conscripsit. Cardia nomen urbis (in Thracia Chersonesο.)

Hilarius Phryx sub Joviano Imp. vixit vir non qvidem eruditione celebris sed Deo visum erat futurorum præscientiam illi impertiri. Itaqve præstantissimus vates fuit.

Himerius Aminiæ Rhetoris F. ex Prusiade Bithyniæ civitate Sophista Juliani Imp. temporibus vixit & Athenis Proæresii æmulus fuit, oculosqve in senectute amisit. Scripsit *Declamationes*.

Hipparchia soror Metroclis Cynici, Maronitis, Philosopha Cynica uxor Cynici Cratetis qvi fuit *Athenien*sis, discipulus Brysonis *Achæi*, vel ut alii tradunt Diogenis, Scripsit philosophica qvædam, item argumentationes nonnullas & qvæstiones ad Theodorum *Atheum*. Floruit Olympiade CXI. (Confer qvæ Svidas in ἦρα.)

Hipparchion mutus. Duo fuerunt citharœdi Hipparchion & Rufinus. Cum autem instaret certamen, Hipparchion mutus stetit.

Hipparchus Comicus antiqvæ Comœdiæ. Dramata ejus, de nuptiis.

Hipparchus Stagirita *Philosophus*, Aristotelis discipulus & cognatus. Scripsit de masculino & fœminino sexu nuptiisqve Deorum, & alia qvædam.

Hipparchus Nicæensis Philosophus qvi sub Consulibus vixit. Scripsit *de Arati Phænomenis. De stellarum inerrantium constitutione & statione. De mensuris lunæ motu secundum latitudinem.* Et *in asterismos.*

θεσμοί. Solon qvi leges Athenien*s*ibus scripsit, totam earum multitudinem in qvatuor classes distinxit &c.

Hippias Diophitis F. Eleus Sophista & Philosophus, discipulus Hegesidami qvi summum bonum statuebat εὐτράπελον. Multa scripsit.

Hippobotus, Philosophus qvi dixit novem esse Philosophorum sectas. Vide supra in Hæreses.

Hippocrates Gnosidici F. Cous, pater Heraclidæ, celebris Hippocratis avus, medicus & ipse è familia *Asclepiadarum*. Scripsit artem medicam.

Hippocrates Cous Medicus Heraclidæ F. Hippocratis nepos, avo præfertur, ſidus qvoddam ac lumen medicinæ qvo nihil eſt vitæ utilius. Ex poſteris Chryſi & ejus filii Elaphi qvi & ipſi fuere medici. Diſcipulus primum patris, poſtea Herodici Selybriani & Gorgiæ Oratoris ac Philoſophi. Ajunt etiam adoleſcentem acceſſiſſe ad Democritum Abderitam, alii Prodicum audiviſſe. Commoratus eſt in Macedonia, ubi Regi Perdiccæ admodum charus fuit, relictisqve duobus filiis Theſſalo & Dracone, obiit anno ætatis CIV. ſepultus Lariſſæ in Theſſalia. In ſimulacris & imaginibus caput ejus cernitur pallio tectum: vel qvod hic eſſet mos ejus, vel propter peregrinandi ſtudium, vel qvod eo habitu chirurgiam exercere ſoleret. Hic multa ſcripſit & apud omnes clarus evaſit, adeo ut magnus Perſarum Rex Artaxerxes ſcriptis ad Hyſtanem literis, hujus viri ſapientiam expetierit. *Rex Regum Magnus Artaxerxes* &c. Libri Hippocratis omnibus medicinæ ſtudioſis ſunt notiſſimi, qvi eos ut oracula divina ὡς θεῖα φωνὰς καὶ ἐκ ἀνθρώπου προελθόντας ἐκ τέματος venerantur. Primus *Jusjurandum*, ſecundus *prædictiones*, tertius *Aphoriſmorum* ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνων σύνεσιν qvi ſuperat ingenium humanum. Qvartum locum tenet celeberimum illud & admirabile opus ſexaginta librorum ſive *Hexcontabiblus*, qvod omnem medicam ſcientiam & ſapientiam continet.

Hippocrates Theſſali F. Cous *Medicus*, nepos Hippocratis ſecundi, filii Heraclidæ. Scripſit & ipſe medica.

Hippocrates Draconis F. Cous Medicus, ejusdem Hippocrati, ſecundi nepos, qui Roxanem curavit & ſub Caſſandro Antipatri F. e vita exceſſit. Scripſit & ipſe *Medica*.

Hippocrates quintus & ſextus Medici ambo, Thymbræi filii Coi & ipſi, ejusdemqve generis. Scripſerunt ambo de eadem ſcientia.

Hippocrates ſeptimus Cous, & ipſe Medicus, Praxianactis F. ejusdemqve generis. Scripſit & ipſe de eadem arte.

Hippolytus. Hic ſcripſit in prophetias Danielis commentarium, & in Proverbia Salomonis.

Hipponax *Pytheæ* & *Protridis* F. Epheſius & jamborum ſcriptor qui Clazomenis habitavit, pulſus a tyrannis Athenagora & Coma. Scripſit in Bupalum & Athenidem ſtatuarios, qvod imagines ipſius ludibrii & contumeliæ gratia effinxiſſent. Hic etiam primus parodiam & choliambum ſcripſit, & alia.

Hippys

Hippys Rheginus Hiſtoricus qui tempore bellorum Perſicorum vixit & primus *res Siculas* ſcripſit, qvas poſtea Myes redegit in compendium. Item *Origines Italiæ. Sicularum rerum libros V. Chronicorum libros V. Argolicorum libros III.*

Ἑκαταῖος. Vide ſupra in Hecatæus, ubi eadem de Hecatæo, Pherecyde & Acuſilao leguntur.

Homeridæ, qui verſus Homericos recitabant. Alii familiam hoc ajunt nomen tuliſſe à Poëta Homero. Alii poſteros Chiorum, qui in Bacchanalibus per data invicem ὄμηρα ſive obſides acceptos à pugna & furore quieverunt.

Ὁμήρου λόγος. Ὁμηρίζω, verbis Homeri utor.

De Homeri poëtæ genere, patria, ætate &c. plurima apud Svidam leguntur qui vitæ quoque ejus ab *Herodoto* hiſtorico ſcriptæ meminit & ex illa longam βίον recitat. Præterea de ſcriptis ejus hæc habet: Poëmata Homeri quæ à nemine in dubium vocantur, ſunt *Ilias* & *Odyſſea*. Scripſit autem Iliadem non ſimul, neque continua ſerie quemadmodum nunc eſt compoſita, ſed ipſe ſingulos libros à ſe ſcriptos recitavit, & in urbibus quas victus quærendi gratia obibat, reliquit. Poſtea vero compoſiti & in ordinem redacti fuerunt à multis, præcipue vero a *Piſiſtrato* Athenienſium tyranno. Homero alia etiam quædam poëmata tribuuntur ut *Amazonia*, *Ilias minor*, νόστοι, ἐπικιχλίδες ſive *turdi*, ἰαμβεῖα (Bentleius legit ἐπιτραπέζιον) ſive *jambi*, *ranarum & murium pugna*, ἀραχνομαχία ſive *aranearum pugna*, κερκωπές, *Amphiarai* ἐξέλασις ſeu *expeditio*, παίγνια ſive *ludicra ac joci: Siciliæ expugnatio*, *Epithalmia*, Κύκλος ſive *poëma cyclicum*, *hymni* & *Cypria*. His infra ex Herodoto addit Κέρκωπας & ψαρομαχίαν ſive *ſturnorum pugnam*, affertque integrum *Caminum* variaque alia Homeri brevia carmina. Filii Homeri fuere Eriphon & Theolaus, gener Staſinus Cyprius &c.

Homerus Andromachi & Myrus Byzantiæ F. Grammaticus & poëta Tragicus, unus è plejade. Floruit Olympiade CXXIV. Scripſit tragœdias XLV.

Homerus cognomento Sellius Grammaticus, ſcripſit Hymnos, ludicra varii generis, verſibus: & proſa de perſonis Comicis & argumenta Comœdiarum Menandri. Infra, Σέλλιος.

Ὁμοιομέρεια. Anaxagoras Philoſophus dicebat in luna habitari & eſſe in ea colles & convalles. Principia vero rerum eſſe homœomerias ſive particulas rebus ſingulis ſimiles &c.

Homo-

Homoleius Jupiter Thebis & in aliis Bœotiæ civitatibus cultus & in Theſſalia, nomen habet ab Homoleia fatidica Eunyei filia, quam vatem Delphos miſſam fuiſſe ajunt, ut Ariſtophanes libro ſecundo rerum Thebaicarum tradit. Iſter vero libro XII. συναγωγῆς ſive collectaneorum, à pacis ſtudio quod ὁμόλον eſt apud Æoles. Eſt & Thebis Ceres quæ Homoloia appellatur.

Ὥραι. Eſt liber quidam Prodici, *Horæ* inſcriptus, in quo Herculem facit Virtuti & vitio occurrentem, cumque utraque ad ſuos mores eum invitaret, Herculem Virtuti ſe adjunxiſſe, & illius ſudores antepoſuiſſe Voluptatibus vitii, ad breve tantum tempus durantibus.

Horapollo ex Phænebytide vico Panopolitanæ præfecturæ Grammaticus, ob artem clarus, & nulli veterum doctiſſimorum Grammaticorum ſecundus, docuit Alexandriæ in Ægypto, deinde CPoli tempore Theodoſii Imp. Scripſit Τερεννά, *de delubris & locis ſacris*, *Commentarium in Sophoclem*, *Alcæum & Homerum*. Videtur Chriſtianus fuiſſe factus, ut Heraiſcus prædixerat fore &c.

Ὑμνοπόλος. De Alcmane Lyrico Epigramma, πολλαὶ παντοίδες ὑμνοπόλαι.

Ὑπόθεσις. Suillis moribus & ovino ingenio præditi filii Hippocratis (diverſi à Medico) Teleſippus, Demophorus, Pericles à Comicis perſtringuntur.

Hypatia Theonis Geometræ Alexandrini Philoſophi filia, uxor Iſidori Philoſophi floruit temporibus Arcadii Imp. Scripſit *Commentarium in Diophanti Aſtronomicum Canonem. In Conica Apollonii.* Alexandriæ nata, educata & erudita, ingenio præſtantiore quam pater, non acquieſcens paternâ in mathematicis inſtitutione, cæteræ etiam philoſophiæ ſtrenuam operam impendit, & mulier ſumto pallio per mediam urbem progrediens publice audire ſe volentibus Platonem vel Ariſtotelem vel cujusvis alterius Philoſophi ſcripta enarrabat. Hypatia dilacerata fuit ab Alexandrinis, & corpus ejus cum ludibrio per urbem disjectum, quod factum ajunt ex invidia Cyrilli, vel ut alii, quod Alexandrini natura eſſent audaces & ad ſeditionem proclives. Nam multos etiam Epiſcoporum ſuorum ita tractarunt, ut Georgium & Proterium &c. Imperator eam rem graviſſime tulit & ultus eſſet, niſi Ædeſius amicos Imperatoris corrupiſſet. Sed Imperator pœnam remittens interfectoribus, in ſuum ipſius caput & ſtirpem ſuam ultionem attraxit. Ejus enim nepos pœnas exſolvit. Nihil ea res imminuit Alexandrinorum ſtudium in Iſidorum - - nam ii etiam qui Rhetoricis & Poëticis ſcholis præerant, frequentes Philoſophi congreſſus

greſſus amabant. -- Mea vero ætas tres novit Criticos, qvi de iis qvæ de ſoluta oratione dicuntur, judicare poſſunt. Poëmatum enim & ſcriptorum proſaicorum idem judicium eſſe conſtat. Ego vero etiam utrorumqve eundem artificem eſſe judico, ſi modo utrumqve pari ſtudio exerceatur. Iſidorum vero inter Criticos illos non recenſeo, ſed tribus illis longe inferiorem eſſe puto. Judices vero illi ſunt Agapius, Severianus, Nomus. Nomus vero noſter eſt æqvalis. (e Damaſcio.)

Hyperbolus demagogus qvem Thucydides libro VIII. per oſtraciſmum relegatum ſcribit. Litium amans ab Ariſtophane perſtringitur.

Hyperechius Alexandrinus Grammaticus temporibus *Marciani* Imp. Scripſit *artem Grammaticam. De nominibus. De verbo. De orthographia.*

Hyperides Glaucippi Rhetoris, vel ut alii, Pythoclis F. Athenienſis Demagogus optimus & Orator unus ex illis decem qvi principes cenſentur. Diſcipulus fuit una cum Lycurgo Platonis Philoſophi & Iſocratis Rhetoris. Amicus licet Demoſthenis, ipſum tamen ob pecuniam ab Harpalo acceptam accuſavit. Amoribus mulierum addictior fuit. Sublatus eſt ab Antipatro Rege, qvi eum ex Cereris templo qvod eſt Hermionæ per Archiam qvi inde φυγαδοθήρας ſive fugitivorum indagator dictus eſt, extrahi, lingvamqve præcidi juſſit. Oſſa filius Glaucippus in patrio monumento ſepeliit. Orationes ejus omnes ſunt LVI.

ὑῤῥία παῖς. Hyrrhæ filius, & Hyrrhadius, Pittacus.

Ἰαχχος, Hymnus in Bacchum. ἄδουσι γῆν τὸν Ἴακχον ὥσπερ Διαγόραν, Hunc Diagoram ajunt atheum fuiſſe. Fuit autem & alter Terthrei F. qvi ob magnitudinem corporis ab Comicis perſtringitur, ut ab Hermippo in μοίραις.

Jacobus Heſychii Medici F. cognomine ψύχρης, ex Damaſcena provincia, qvi CPoli ſub *Leone* Imp. medicinam exercuit egregie, ita ut à multis diceretur σωτὴρ ut qvondam Æſculapius, viſusqve habere. Ἀσκληπιαδικὴν ψυχὴν καὶ Φίδιαν παιδίων. Sic & Phidiam ἀνδριαντοποίαν δημιουργῶν Numine plenum ſtatuas feciſſe, & Zeuxidem imagines pinxiſſe &c. (è Damaſcio)

Jacobus hauſto veneno ſub Valente obiit, ſvadente hoc ei Libanio Sophiſta, qvod inqviſiviſſet qvis in imperio Valentini ſucceſſurus eſſet.

Jadmon, Ἰάδμων, Ἰάδμονος, Samius cujus ancilla Rhodopis, meretrix genere Thracia, qvam Charaxus Sapphonis frater uxorem duxit, & ex ea liberos procreavit.

Jachen Ægyptius singularibus à Deo dotibus instructus vixit sub Senye Ægyptiorum Rege, amuletorum incantationumqve peritus, qvæ pestilentias grassantes extinxit & primum Caniculæ exortum æstuosumqve sideris illius influxum mitigavit, qvam ob causam magnifico funere elatus est. Et si qvando morbus epidemicus invalesceret, sacri scribæ ejus fanum adeuntes, sacris rite peractis ex ara ejus ignem accendebant, rogisqve passim per urbem excitatis aëris fœtidi exitialem luem exstingventes nova hâc via morbum, ignis beneficio propulsabant.

Jalemus Calliopes filius infelix &c.

Jamblichus libertus scripsit Babylonica sive Rhodinis & Sinonidis amores liuris XXXIX. Hic agit de Zobara evnucho, Mesopotamiæ formosissimæ amatore.

Jamblichus alter ex Chalcide *Syriæ Philosophus*, discipulus Porphyrii qvi fuit auditor Plotini. Vixit Constantini Imp. temporibus. Varios libros philosophicos scripsit.

Jason Menecratis F. Nysæus à patre, a matre Rhodius, Philosophus, discipulus & ex filia nepos & successor Posidonii Philosophi in schola Rhodi. Scripsit *illustrium virorum vitas* & *Philosophorum successiones* & secundum qvosdam *libros IV. de vita Græciæ*. Hic etiam *de Rhodo* scripsit.

Jason Argivus Historicus, junior Plutarcho Chæronense, Grammaticus, scripsit *de Græcia libros IV.* qvi continent Antiqvitates Græciæ & Historiam Persarum & res ab Alexandro gestas usqve ad obitum ejus & tempus illud qvo Athenæ ab *Antipatro* Cassandri patre captæ fuerunt.

Ibycus Phytii vel Polyzeli Messenii historiographi vel Cerdantis F. genere Rheginus. Inde Samum migravit, cum ibi *Polycrates* tyranni pater imperaret Olympiade LIV. temporibus Crœsi, invenit sambucam (ἴβυκον ab eo dictam) citharæ triqvetræ genus. Scripsit dialecto Dorica libros VII. Ejus dictum: μή τι θεῶν θεοὺς ἀμπλακεῖν τιμᾶν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψαι, *Deos non offendendos, ut inde gratiam ab hominibus consequaris.* A latronibus interficiendus grues vindices fore dixit, qvod comprobavit eventus: unde proverbium, Ibyci grues.

Ἰχθῦς. Æsopus Mithridatis anagnostes scripsit librum de Helena, in qvo ait cetacei generis piscem qvendam πάνα vocari, in hoc asteritem lapidem reperiri, qvi à sole accenditur & ad philtra utilis est.

Idæus Ithodius Lissi F. poëta epicus qvi post singulos versus alterum versum inserens poëma Homeri altero tanto auctius fecit. Scripsit & alia ut *Rhodia* ad versus hexametros ter mille.

Ἱεραῖοι

ἱερατική sive scientia sacerdotalis differt à Philosophia, consistitque in cultu Deorum & à causis mundum gubernantibus incipit & circa eas occupatur, consideratque animorum immortalitatem infinitosque mortuorum apud inferos status, qui pro singulis virtutibus & vitiis attributi sunt, & varias durante vita migrationes animarum. Auctores fuere Ægyptii, à quibus Pythagorei omnia ad Græcos transtulere.

Ἰησοῦς. Colloquium Philippi Christiani cum Theodosio ἀρχηγῷ Judæorum, habitum Justiniani temporibus, in quo Judæus profitetur se ex Codice arcano Tiberiade reposito probe compertum habere, Jesum esse DEI filium natum ex Maria Virgine atque olim inter sacerdotes cooptatum. Josephum quoque in commentariis de bello Judaico aperte dicere Jesum in templo cum sacerdotibus sacra fecisse. De narratione illa dixi in Codice Apocrypho Novi Test. p. 371. & T. 2. p. 547. quod vero ad Codicem Tiberiade repositum attinet, conferendus S. Epiphanius hæresi 30. p. 133.

Ignatius Diaconus & custos vasorum magnæ Ecclesiæ CPol. & Nicææ Metropolitanus, Grammaticus. Scripsit *vitas Tarasii & Nicephori* sanctorum & beatorum Patriarcharum, *elegos sepulchrales*, *Epistolas*, *Jambos in Thomam Antartem*, multaque alia.

Ilion urbs Phrygiæ. Tempore Argonautarum apud Græcos vaticinata est Sibylla Erythræa, in Phrygia vero Tros Ili & Ganymedis pater regnavit &c.

Ἐν μιῇ ἀνίᾳ. Theognis erat Tragicus, poëta frigidus quem perstringens Aristophanes ait nive texisse Thraciam totam, & flumina congelasse.

Joannes Theologus & Evangelista ex exilio Patmi reversus ætatis anno centesimo Evangelium conscripsit & deinde pervenit ad annum CXX. Illic autem * degens, συγγεγράφεται τὴν θεολογίαν Theologiam (h. e. Evangelium) conscripsit. Chrysostomus tres ejus Epistolas & Apocalypsin pro Canonicis habet.

Joannes Chrysostomus, Antiochenus, principio presbyter Antiochiæ, & Eusebii Emeseni Philosophi & Diodori sectator. Hic multa scripsisse fertur in quibus excellunt *sermones de sacerdotio* tum sublimitate & elocutione, tum suavitate & elegantia verborum. Cum his certant *sermones* ejus *in Davidis Psalmos* & *in Johannis Evangelium annotationes*, & *in Matthæum*, *Marcum* & *Lucam commentarii*. Cætera vero ejus scripta numerum superant. Totam enim & Judaicam & Christianam

* Ephesi intellige, ex Chrysostomi homilia in Joannem T. VI. p. 505. ex qua locum Suidas repetiit.

Scripturam commentariis explicavit, ut alius nemo. Plurimas etiam orationes in laudem Martyrum promte & ex tempore habuit, quippe qui flumine eloquentiæ ipsas Nili catarractas superaret. Nullus enim mortalium ab omni ævo tanta dicendi copia abundavit, adeo ut solus merito aureum illud & divinum nomen consecutus sit. Scriptorum ejus numerum recensere non hominis sit sed DEI qui omnia cognoscit. Hic S. Joannes vitam summe ascetican agebat &c.

Joannes Grammaticus Alexandrinus cognomento Philoponus. Hujus plurima sunt scripta Grammatica, Philosophica, Arithmetica, Rhetorica & in sacram Scripturam & contra XVIII. Procli argumenta (de æternitate Mundi) & contra Severum. Sed tamen ab Ecclesiæ doctoribus ut Tritheita rejicitur, nec in Orthodoxorum Catalogum admittitur.

Joannes Philadelphiensis Lydus. Hic scripsit de Mensibus librum unum, & de diosemeis sive tempestatum significatione alterum, itemque Mathematica varia. Ea dedicavit Gabrieli præfecto.

Joannes cognomento Stobæus, scripsit florilegium variorum sententias complectens libris quatuor, quod opus est præclarum & varia doctrina plenum, ad Epimium filium suum.

Joannes Damascenus cognomine *Μανσὺρ*, vir & ipse celeberrimus & ætatis suæ nulli eorum qui doctrina fuere illustres, secundus. Ejus scripta sunt permulta, & præcipua Philosophica & in Scripturam S. parallela selecta & canticorum sacrorum Canones tam Jambis quam oratione soluta conscripti. Eodem tempore *Cosmas* Hierosolymitanus floruit vir ingeniosissimus, & omnino Musicam spirans harmonicam. Illi autem Canticorum Canones Joannis & Cosmæ nullam cum aliorum scriptis comparationem admiserunt nec admittunt quamdiu hominum vita durabit.

Jobus. Habes philosophi hujus præmia. Habes & ejus librum Homerica & Platonicâ Musa svavius quid canentem, qui nec fabularum nec alienarum calamitatum narrationem prædicat, vel audacissimum Achillem, aut callidissimum Ulyssem quibus cædes sunt triumphus; & mulierum stupra, præclara facinora: Sed Satanam describit à nudo quidem & inermi & solo superatum &c.

Jobates Sthenoboeæ pater, ad quem Prœtus de interficiendo Bellerophonte litteras dedit.

Jon Chius, Tragicus & Lyricus & Philosophus Orthomenis Xuthi F. Tragœ-

Tragœdias docere cœpit Olympiade LXXXII. Fabulas ſcripſit XII. Secundum alios XXX. vel XL. Idem ſcripſit περὶ μετεώρων καὶ συνθέτους λόγους (ſuprà in Διθυραμβοδιδάσκαλοι.) Hunc Ariſtophanes per jocum Ἑῷον vocat (*matutinam ſtellam.*)

Jophon Athenienſis Tragicus, genuinus Sophoclis Tragici filius ex Nicoſtrata. Fuit & nothus ipſi filius Ariſton ex Theodoride Sicyonia. Fabulas Jophon docuit qvinqvaginta, in qvarum numero ſunt, Ἀχιλλεύς, Τήλεφος, Ἀχαιῶν, Ἰλίου πέρσις, Δεξαμενὸς, Βάκχαι, Πενθεύς, & aliæ qvædam patris Sophoclis.

Joſephus Judæus Φιλαλήθης, veritatis amans, de Joanne Baptiſta præcurſore & de domino noſtro & Deo & Servatore JEſu CHriſto loqvitur. Fuit Matthæi ſacerdotis Hieroſolymitani F. Veſpaſiano & Tito ejus filio captus, usqve ad Hieroſolymorum expugnationem apud illos manſit, & eum ipſis Romam profectus *libros VII. de excidio Hieroſolymitano* Imperatoribus obtulit, qvi in Bibliotheca publica ſunt repoſiti, & ob illius ſcripti celebritatem ſtatua donatus eſt. Scripſit etiam *Antiqvitatum Judaicarum libros XX.* ab exordio Mundi usqve ad XIV. annum Domitiani Cæſaris. Item *duos* alios *Antiqvitatum libros contra Appionem* Grammaticum Alex. qvi ſub Caligula à parte Gentilium legatus miſſus eſt, ut oratione qvadam Philonem accuſaret, qvæ gentis Judaicæ criminationem continet. Eſt & alius liber omnino præclarus *de principatu rationis*, in qvo martyrii Maccabæorum meminit. Hic libro XVIII. Antiqvitt. aperte fatetur, propter multitudinem miraculorum CHriſtum à Judæis interfectum fuiſſe, & Joannem Baptiſtam vere fuiſſe Prophetam, & propter cædem Jacobi Apoſtoli Hieroſolyma vaſtata fuiſſe. Sic autem de Domino noſtro JEſu CHriſto ſcribit: *Eodem tempore exſtitit JEſus vir ſapiens, ſi &c.* (Joſeph. XVIII. 4. Antiqv.) Hic Veſpaſiano prædixit Imperium (III. 14. de bello Jud.)

Jovinianus Romanorum Imp. orthodoxus qvi magnam curam geſſit Eccleſiarum, & Epiſcopos omnes ab exilio revocavit. Idem ad S. Athanaſium ſcripſit ut accuratam fidei formulam ſcripto mandatam ſecum communicaret. Ille vero ipſi miſit Epiſtolam orthdoxæ doctrinæ plenam. Hunc Jovinianum ob traditam Perſis Niſibin carminibus, parodiis & famoſis libellis proſciderunt. Idem Jovinianus ab uxore impulſus fanum pulcherrimum ab Adriano Imp. ad conſecrandam patris ſui Trajani memoriam conditam, ex qvo Julianus Bibliothecam Evnucho cuidam Theophilo fecerat, cum omnibus libris cremavit,

ipsis ejus pellicibus ignem cum risu subjicientibus. Antiocheni vero indignatione adversus Imp. accensi famosos libellos partim humi jactarunt ut à quolibet tolli & legi possent, partim parietibus affixerunt &c. Sub Joviniano vixit *Acacius*, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, qvi *libellum de orthodoxa fide* scripsit; in quo Synodo Nicænæ assentitur.

Iphicrates sutoris F. Athenienſis Orator & belli dux, qui primus in spoliorum inscriptione Ducis mentionem fecit, cum antea solius urbis nomen inscriberetur.

Irenæus, (Latina lingvâ *Pacatus*, (discipulus Heliodori Metrici, Grammaticus Alexandrinus, scripsit περὶ τῶν Ἀθηναίων πρεπουσῶν, *de Athenienſium more aliquos cum honore deducendi vel prosequendi: De Alexandrinorum dialecto, eam ab Attica deductam esse, libros VII. Atticorum vocabulorum libros III. Atticæ consvetudinis in dictione & accentu, ordine alphabetico libris III. Regulas Græcismi, librum I. De Atticismo librum I.* & multa alia.

Isæus unus decem Oratorum, discipulus Isocratis & magister Demosthenis, genere Athenienſis. Demetrius dicit esse Chalcidenſem. Hic laudatur ut Orator, & quod Demosthenem sine mercede instituit. In adolescentia luxuriosus, postea ad bonam frugem se recepit. Itaque interrogatus ab aliquo quis piscis, quæ avis esu essent svaviſſima? Desii, inquit, his rebus studere, quoniam intellexi me Tantali hortos vindemiasse.

Ischander, tragicus histrio.

Isidorus senex Peluſiota, vir clariſſimus, Philosophus & Orator. Scripsit Epistolas MMM. quibus sacram Scripturam interpretatur.

Isidorus Philosophus qui sub fratribus (suis) si quis alius in disciplinis philosophice se exercuit, & sacrorum valde studiosus fuit, vita Philosophus, scientia non satis excultus & in dialecticis inexercitatus magis quàm hebes. Ipsi adolescenti mirum quiddam accidit, nam ejus æqualis, & sororis filius annos XVIII. natus statim à prima ætate divinam ingenii vim præ se ferens, de tecto delapsus repente vitam finiit. Omnibus igitur ingenti luctu eum prosequentibus, ipse per somnum ad Isidorum accessit; eumque solatus est.

Εἰς λοιδορίας. Philoxenus Poëta dithyrambicus, cum Dionysii tyranni poëmata utpote mala ferre non posset, ab ipso in lapicidinas est conjectus. Postea liberatus amicorum precibus, & rursus audiens illa, surrexit, dicens

dicens ſatius eſſe in latomiis verſari qvam ipſius poëmata audire, addito dicto: οἰκος φιλος, οἰκος ἀριστος *domus amica, domus optima*, qvod valet de teſtudine.

Iſocrates Theodori fabri tibiarum F. Athenienſis Orator, natus Olympiade LXXXVI. i. e. poſt bellum Peloponneſiacum. Hic ob vocis imbecillitatem & in dicendo verecundiam cauſas non egit, ſed plures erudiit. Orationes ſcripſit XXXII. & anno ætatis CVI. obiit. Fratres ejus fuere Tiſippus, Theomneſtus, & Theodorus, magiſter vero Gorgias, alii Tiſiam, Erginumve vel Prodicum, alii deniqve dicunt Theramenem. Orationes ejus ſunt plurimæ.

Iſocrates Amyclæ Philoſophi F. Apolloniæ in Ponto, vel Heracleæ natus, ut ſcribit Calliſtratus Orator; diſcipulus & ſucceſſor Iſocratis magni, & Platonis auditor. Hic cum Theodecte Oratore & Tragico, & Theopompo Chio, itemqve Erythræo Naucratita de eloqventia certavit in funere Mauſoli Caris, Regis Halicarnaſſi. Orationes ejus ſunt qvinqve: *Amphictyonia*, *Hortatoria*, *Philippo ſepulchrum non eſſe faciendum*, *De migratione*, *De ſua republica*

Iſter Menandri Iſtri F. Cyrenæus aut Macedo, Hiſtoricus, Callimachi ſervus & diſcipulus. Hermippus vero *Paphium* ipſum dicit in ſecundo libro de ſervis qvi eruditione clari fuerunt. Scripſit multa & ſoluta & ligata oratione.

Juba (Ἰόβας) Lybiæ & Mauritaniæ Rex, qvem Romani captum & virgis cæſum in triumpho duxerunt, non autem occiderunt ob eruditionem. Vixit tempore Auguſti Cæſaris, & Cleopatræ filiam Semelem, qvam ex C. Cæſare natam adoptarat, uxorem duxit. Scripſit permulta. Eodem qvo illi tempore floruit *Didymus*, Chalcenterus dictus, qvi multa contrà ipſum ſcripſit.

Julianus Chaldæus Philoſophus, pater Juliani theurgi. Scripſit *de damonibus libros IV.* qvod opus docet modos propulſandi mala ab hominibus, omnibusqve eorum partibus, qvalia ſunt τελεστικὰ θεουργικὰ καὶ χαλδαϊκά.

Julianus, jam dicti filius, vixit tempore M. Antonini Imp. Scripſit & ipſe *theurgica*. τελεστικὰ *de modis res magice conſecrandi. Oracula verſibus*, & qvæcunqve alia ſunt hujus ſcientiæ arcana. Qvidam tradunt hunc Romanis aliqvando ſiti laborantibus effeciſſe ut atræ nubes ſubito coactæ ingentem imbrem cum crebris tonitribus & fulguribus effunderent, idqve ſapientia qvadam effeciſſe Julianum. Alii vero *Arnuphim*, Ægyptium Philoſophum hoc miraculum edidiſſe tradunt.

Julianus

Julianus Domni F. Cæsarienſis Cappadox, *Sophiſta*, æqvalis Callinici Sophiſtæ. Fuit ſub Conſtantino Imp.

Julianus Halicarnaſſeus Severi hæreſim renovare voluit, eumqve in finem Marinum Cartis Syriæ urbe oriundum jam miſerat in Orientem ut dogma illud confirmaret, niſi paullo poſt obiiſſet &c.

Julianus ὁ παραβάτης καὶ ἀποστάτης, diſertor & Apoſtata, *Romanorum* Imp. genitus ex Dalmatio, Conſtantini *Magni* fratre, & Galla. *Scripſit* librum qvi vocatur *Cæſares* continentem omnes ab Auguſto Imperatores. Alium περὶ τῶν τριῶν σχημάτων, *de tribus figuris*. & Κρόνια, *Saturnalia*. Item *Miſopogonem* ſive *Antiochium*. Et πόθεν κακαὶ, καὶ διαβολαὶ *unde mala proficiſcuntur contra ineruditos*. Ad canem Heraclitum, *qvomodo Cynice vivendum ſit*. *Epiſtolas* omnis generis, & alia. De Empedotimo locum è Juliani Κρονίοις affert etiam Svidas in Ἐμπεδότιμος. Oraculum Juliano datum diverſum à duobus qvæ Svidas recitat, legitur ad Cedrenum p. 253.

Juſtiniani Rhinotmeti ſucceſſorem Leontium Paulus monaſterii Calliſtrati monachus, Aſtronomus & Gregorius Cappadox, monaſterii Flori præfectus Imperio potiturum eſſe prædixerunt, qvo etiam poſtea potitus eſt. (Conſer Nicephori breviarium Hiſtoricum p. 25.)

Juſtinus Philoſophus & habitu Philoſophorum utens, ex Neapolitana Palæſtina provincia, Priſci Filius, Bacchii Nepos. Hic pro Chriſtiana religione multum laboravit, & Antonino Pio ipſiusqve filiis & Romano Senatui librum *contra Ethnicos* obtulit, opprobrium Crucis non erubeſcens. Scripſit & alium librum qvem Antonini (Pii) ſucceſſoribus obtulit, M. Antonino & L. Aurelio Commodo. Eſt & alius ejus liber contra Ethnicos, in qvo *de natura Dæmonum* diſſerit, & qvartus itidem contra Ethnicos qvem inſcripſit *elenchum*. Et alius *de DEI Monarchia*. Item alius qvem nominat *Pſalterii*. Et alius *de anima*. Item *Dialogus* contra Judæos qvem *contra Typhonem* Iudæorum Epheſiorum principem conſcripſit. Qvinetiam *contra Marcionem* inſignia ſcripta edidit. Item alium librum *contra ſectas omnes* cujus meminit in *Apologetico* qvem obtulit Antonino Pio. Hic cum Romæ commoraretur, Creſcentem Cynicum fatuum qvi contra Chriſtianos maledicta profundebat, ipſum vocans helluonem & prodigum & intemperantem & mortis metuentem, magno pudore affecit. Tandem hujus machinationibus & inſidiis factum eſt, ut tanqvam Chriſtianus pro CHriſto, ſupplicio afficeretur.....

Juſtinus

Justinus * Romanorum Imperator ὀρθοδοξότατος sed omnium litterarum imperitus & qvod vulgo dicitur ἀναλφάβητος.

Justus Tiberiensis ex provincia Galilæa qvi & ipse *historiam Judaicam* conscribere & *commentarios* qvosdam componere aggressus est. Sed hunc Iosephus mendacii arguit. Scripsit autem historiam suam eodem tempore qvo Iosephus.

Juvenalis poëta Latinus. Hic sub Domitiano Romanorum Imp. vixit. Domitianus vero amabat prasinæ factionis saltatorem qvi Paris vocabatur. Qva de causa & à Senatu & à Iuvenali carpebatur. Imperator hinc Iuvenalem Pentapolin Africæ relegavit, saltatorem vero locupletatum Antiochiam misit, qvi domo & balneo extra urbem ædificato ibi mortuus est.

Lachares Lacharis F. Athenienſis Sophista, discipulus Heracleonis Sophistæ Athenienſis, magister tum multorum aliorum tum qvi præ reliqvis clari habentur Eustephii, Nicolai & Asterii. Floruit temporibus Marciani & Leonis Impp. Scripsit *de colo & commate & periodo.* Διαλέξεις *dissertationes.* Ἱστορίαν τὴν κατὰ Κορίνθιον, *Historiam Cornuti. Eclogas Rhetoricas* secundum ordinem alphabeti. Lachares Sophista in disciplina tardior, at vultu liberali & honesto præditus, & virtute philosophus potius qvam Sophista appellandus, qvi visum amissum recuperavit, qvod & alloqvi DEO charus esset. Confer infra, Superianus.

Lacydes Alexandri Cyrenæi F. Philosophus qvi fuit novæ Academiæ auctor. Scripsit *Philosophica*, item *de Natura.*

Lampon jurat anserem, cum aliqvem decipit. Lampon erat aruspex & vates qvem nonnulli qvoqve ducem fuisse ajunt coloniæ ab Athenienſibus Sybarim missæ. Iurabat autem per anserem, ut avem divinandi peritam. Supra, χῆνα σμύρναν.

Lamprias Plutarchi Chæronenſis F. contexuit indicem operum qvæ pater ipsius de omni Græca & Romana historia scripsit.

Lasus Charbini F. ex Hermione Achajæ civitate, vixit Olymp. LVIII. regnante Dario Hystaspis F. Qvidam eum loco Periandri, annumerant septem sapientibus. Primus scripsit *de Musica*: & dithyrambo certare instituit & τὰς ἐριστικὰς εἰσηγήσατο λόγους, contentiosum dicendi genus in usum introduxit.

* Non de Justiniano sed de Justino (Seniore) hæc in Suidæ Codd. Vaticanis codd. notavit etiam H. Notis diss. de Synodo V. c. 2. p. 10.

λῆμα. Ariſtophanes de Euripide & Æſchylo: λῆμα δ' ἐκ ἀτολμον ἀμφοῖν &c. (ranis p. 254.)

λήμματα, prophetiæ, vel etiam apophthegmata ex proprio ſenſu animi noſtri prolata.

Leo Leonis F. Byzantius, Philoſophus Peripateticus & Sophiſta, Platonis, vel ut qvidam, Ariſtotelis diſcipulus. Scripſit *res Philippicas & Byzantinas libris VII. Teutbranicum. De Beſalo. Sacrum bellum, De ſeditionibus. Res geſtas Alexandri.* Hic legatus Athenas miſſus, cum admodum obeſus eſſet, Athenienſibus riſum movit. Atqvi, inqvit, eſt mihi uxor longe obeſior & concordes parvus lectus, diſcordes tota domus non capit. Eum Philippus his litteris perſtrinxit: *Si tantam Leoni pecuniam dediſſem qvantam à me poſtulqvit, ſtatim Byzantium cepiſſem.* Veritus igitur ne a civibus obrueretur lapidibus, ἑαυτὸν ἀπήγξε ſe ſuſpendit miſer.

Leo Alabandenſis orator ſcripſit *Caricorum libros IV. Lyciacorum libros II. Artem Rhetoricam. De ſtatibus cauſarum. Bellum ſacrum Phocenſium & Bœotirum.*

Leo Macelles Imp. Romanorum, Malcuo judice πάσης κακίας κολαχυγων *omnis improbitatis diverſorium*, qvi & Hyperechium Grammaticum in exilium egit. Cum ſtipendium Eulogio Philoſopho dari juſſiſſet, & qvidam ex Evnuchis dixiſſet, hanc pecuniam in milites impendendam: utinam, inqvit, ætate mea contingat ut ſtipendia militum in doctores conferantur. Ejus temporibus fuit Acacius Patriarcha.

Leogoras, pater Andocidis Oratoris.

Leonas Sophiſta, natione Iſaurus, celebris inter ejusdem artis profeſſores Alexandriæ, qvi Proclum non ſolum eruditionis ſuæ participem fecit ſed & contubernalem adſcivit & cum uxore liberis ſuis tam familiariter vivere juſſit, ac ſi germanus ipſius filius eſſet. Idem effecit ut principibus in Ægypto viris innoteſceret.

Leontius Tripolis Lydiæ, tempore Conſtantii Epiſcopus, qvem Philoſtorgius laudat tanqvam approbatorem Arianæ ſuæ veſaniæ. καινὸν δ' αὐτὸν ἐκάλει τῆς ἐκκλησίας, hunc *Eccleſiæ regulam* vocabant &c.

Leontius Antiochenus Epiſc. ſe ipſum exſecuit, vir cætera qvoqve profanus: ut & Aëtius Eunomii Magiſter, qvi Arii blaſphemiam ſuis argutiis adauxit.

Leontius. Et hic Antiochiæ fuit hæreticus, contra qvem Photius Patriarcha ſcripſit. Hic de homouſio diſputavit cum Flaviano, audacia & blaſphema deliramenta proferens.

Leontius

Leontius Monachus ſub Zenone vixit. Hic qvum prophetica gratia obſcuros Scripturæ locos declararet, multos viros bonos habuit qvi ad ipſum freqventer accedebant &c.

Lesbonax Mytilenæus, Philoſophus qvi vixit Auguſti temporibus, pater Potamonis Philoſophi. Scripſit plurimos libros Philoſophicos.

Λέσχαι. Cleanthes dicit Leſchas Apollini dicatas eſſe, easqve exedris eſſe ſimiles. Apollo inde dictus λεσχηνόριος. Etiam λέσχαι dicta poëmata Heraclidis Pontici, metro Phalæcio vel Sapphico ſcripta. Leſchæ, ſedes vel locâ in qvæ homines de rebus philoſophicis diſputandi gratia convenire ſolebant. Sic Hierocles libro primo Philoſophumenon.

Leſchides Poëta Epicus, Regis Eumenis in expeditionibus bellicis comes, poëtarum clariſſimus. Hujus conſvetudine etiam uſus fuit Pythias hiſtoricus Menander medicus.

Levcon Agathius, Peloponneſiacis temporibus vixit. Ex ipſius dramatibus ſunt: ὄνος, ἀσκοδάκος, Θρᾴτριαι.

Libanius Antiochenus Sophiſta, clarus Juliani Apoſtatæ temporibus ad Theodoſium majorem uſqve vixit, filius Phaſgani, Diophanti diſcipulus. Scripſit infinita, & inter ea *Conſtantii Imp. encomium* & alterum *Juliani*. *Declamationes Rhetoricas*. *Epiſtolas*. Eodem tempore fuerunt Baſilius & Gregorius (Naz.) Iulianus vero licet tot negotiis implicitus, tamen & litteris ſedulo operam dabat, & in illis excellere videri volebat: Sophiſtamqve Antiochenum Libianium ſupra modum admirabatur, laudibusqve ornabat, atqve ut magno Sophiſtæ Proæreſio ægre faceret, illum huic præferebat. Acacius igitur Sophiſta dicendi valde peritus & Tuſcianus Phryx ideo eum ſemper culpabant, ejusqve judicium reprehendebant.

Linus Chalcidenſis, Apollinis & Terpſichores F. vel ut alii, Amphimari & Uraniæ, vel Uraniæ & Mercurii. Hic primus ex Phœnicia litteras in Græciam intuliſſe, Herculemque litteras docuiſſe, & carminis Lyrici primus auctor fuiſſe fertur.

Linus alter Thebanus junior, Philoſophus

Linus genus hymni, ut pæan.

Lityerſes, genus cantionis meſſoriæ, à Lityerſe Midæ F. qvem Hercules ſuſtulit.

Λόγια oracula qvæ oratione ſolutâ concepta ſunt, χρησμοὶ verſibus. Λογογράφος cauſarum vel orationum forenſium ſcriptor. λογοποιοὶ pro

Hiſtorico uſurpatur ab Iſocrate & Herodoto. Sic etiam vocatur inventor fabularum & apologorum.

Lollianus Epheſius Sophiſta, Iſæi Aſſyrii diſcipulus, Adriani Cæſaris temporibus fuit & multa ſcripſit.

Longinus Caſſius Philoſophus, Porphyrii Philoſophi magiſter, vir magna doctrina acriqve judicio præditus. Vixit ſub Aureliano Imp. & ab eo occiſus eſt, qvod cum Zenobia Odenati uxore conſpiraret. Scripſit *de oratione contra Phidiam. Dubitationes Homericas. An Homerus fuerit Philoſophus. Problemata Homerica & ſolutiones libris duobus. Qvānam contra fidem hiſtoriæ tanquam hiſtorica enarrent Grammatici. De vocabulis apud Homerum multas ſignificationes habentibus libros IV. Atticorum vocabulorum editiones duas, ſecundum ordinem literarum digeſtas. Vocabula Antimachi & Heraclemonis* & alia multa.

Lucas Evangeliſta titulos habet LXXXIII. capita CCCXLVIII.

Lucianus Samoſatenſis, blaſphemi vel dyſphemi cognomen tulit, vel ethei potius qvod in dialogis ſuis eaquæ de Diis dicuntur, utridicula exagitat. Fertur ſub Trajano Imp. & antè vixiſſe. Primum Antiochiæ in Syria cauſidicus, & cum hoc ei non bene cederet, ad ſcribendum ſe contulit & infinita ſcripſit. A canibus dilaceratus fertur homo impius, qvi lingvæ ſuæ rabie ipſam veritatem inſectatus fuit. Nam in Peregrini vita Chriſtianam religionem perſtringit, & ipſi CHriſto maledicit homo ſceleratiſſimus. Qvamobrem & in hac vita juſtas furoris ſui pœnas dedit, & in futura ignis æterni cum Satana hæres erit.

Lucianus Matyr, Samoſatenus vir nobilis prima ætate Macarii ſacrorum librorum interpretis conſvetudine Edeſſæ uſus, deinde ad vitam ſolitariam animum adjecit. Ad ſacerdotium hinc proceſſit, & presbyter Antiochiæ factus magnam ſcholam illic inſtituit. Hic cum animadvertiſſet in ſactos libros multa adulterina irrepſiſſe, tum longo tempore & crebra transſcriptione, tum qvod profani qvidam homines pervertere nonnulla auſi eſſent, ipſe omnes ex lingva Hebraica, quam accurate callebat, in integrum reſtituit, plurimumqve laborem in eorum emendationem contulit &c. Epiſtolas etiam edidit, utiqve præſtantiſſimas ex qvibus facile conſtat qvalis fuerit vir hujus de rebus divinis ſententia. Martyrium obiit Nicomediæ in Bithynia ſub Maximiano.

Lucius Catilina terrimum facinus auſus &c. Sed Cicero vir ſingulari eloqven-

eloquentia & in deprehendendis consiliis non mediocri sollertia præditus, præterea in rebus multo ante prospiciendis acutissimus, cum ejus conjurationem patefecisset, hostemque (in Senatu) ipsum declarasset, urbe expulit.

Lupercus Berytius Grammaticus, qui paullo ante tempora Claudii secundi Imp. vixit. Scripsit *de particula αν libros III. De pavone. Desquilla piscе. De gallo apud Platonem.* Κτίσεις sive *origines Arsinoëti in Ægypto. Vocabula Attica. Artem Grammaticam. De generibus masculinis, fœminiinis & neutris libros XIII.* in quibus multa rectius tradit quàm Herodianus.

Lycis, qui & Lycus, ab Aristophane ut poëta frigidus perstringitur. Phrynichus, Lycis & Amipsias tres Comici habebantur subfrigidi. Phrynichus in Comœdiis auditores plerumque tædio afficiebat. Idem a Comicis etiam perstringebatur ut peregrinus ob mala poëmata & qui à propositо aliena diceret, & insvavi metro in carminibus scribendis uteretur. Fuerunt & alii tres Phrynichi.

Lycophron Chalcidensis ex Eubœa, filius Soclis, adoptatus à Lyco Rhegino, Grammaticus, & Tragicus unus de plejade. Ejus tragœdiæ sunt: Ἀχιλ., Ἀνδρομέδα, Ἀλίτης, Αἰολίδες, Ἐλεφήνωρ, Ἡρακλῆς, Ἰνάχου, Ἰππόλυτ., Καασανδρὶς, Δαΐ., Μαρσύαινα, Ναύπλ., Οἰδίπους α', β'. Ὀρφεύς, Πανδίων, Πελειάδες, Σύμμαχοι, Τηλέγονος, Χείρωνος. Ex his *Nauplium* emendatum secunda vice iterum in scena exhibuit. Scripsit & *Alexandram*, poëma obscurum.

Lycurgus Spartanus à Patrocle genus ducens, legislator, quem ajunt à Creta, vel ab ipso Deo (Apolline) leges suas accepisse. Hic à Pythia Deus appellatus est &c. Natus fuit octavo post Trojanum bellum anno, patruus Charilai, Spartani Regis: Eunomi frater. Spartanis imperavit annos XLII. quo etiam tempore leges tulit, cum tutor esset fratris filii, qui ipse quoque regnavit annos XVIII. & post eum Nicander annos XLVIII. Scripsit leges.

Lycurgus Lycophronis F. Athenienſis, genere Eteobutades, unus ex decem oratoribus, quibus Demosthenes etiam accensetur. Hic vita sine crimine transacta, morbo decessit relictis filiis, quos Demosthenes orator exul calumniis vexatos oratione defendit. Genuinæ orationes ejus quæ adhuc exstant * sunt istæ: *Contra Aristogitonem. Contra Autolycum. Contra Leocratem. Contra Lycophronem duæ. Contra Paſiclem. Contra Menaechmum. Contra Demadem. Apologia adversus eundem de redditis à se rationibus administratæ Reip. Adversus Ischyriam.* πρὸς

* De Svidæ temporibus intellige.

τὰς μαντείας, *Adversus divinationes. De administratione Reip. De sacerdote fœmina. De sacerdotio. Epistolæ* & alia quædam.

Lycus qui & Buthetas dictus est, Rheginus, Historicus, pater (adoptione) Lycophronis Tragici. Vixit sub Alexandri M. successoribus, & a Demetrio Phalereo insidiis appetitus fuit. Scripsit historiam Libyæ & Siciliæ.

Λυδοὶ Μάγνητες, drama Magnetis Comici, *Lydi*, ab eo emendatum denuo in scena exhibitum fuit.

Lynceus Samius Grammaticus Theophrasti discipulus, frater Duridis Historici qui & Sami tyrannus fuit, Menandri Comici æqualis, quem in commissionibus dramatum vicit.

Lysias Cephali F. Syracusanus, discipulus Tisiæ & Niciæ, unus ex decem Oratoribus. Natus est Athenis quo pater migraverat, idemque anno ætatis decimo quinto cum duobus fratribus Thurios in coloniam profectus est. *Postea* vero, qvum partibus Atheniensium nimis studeret, inde pulsus Athenas rediit anno ætatis XLVII. *Orationes* ejus genuinæ perhibentur esse ultra CCC, & præter eas aliæ de quibus ambigitur. Dictionis ejus puritatem nemo imitatus est præter Isocratem. Scripsit etiam *artem oratoriam* & δημηγορίας *concionesque*, itemque *encomia* & *orationes funebres* & *Epistolas VII.* unam pragmaticam, reliquas vero amatorias, quarum quinque sunt ad adolescentulos.

Lysimachus cujus meminit Demosthenes in oratione de immunitatibus, erat Aristidis justi filius: At Lysimachus cujus meminit Lycurgus, erat vilis poëta melicus.

Lysippus, ex cujus dramatibus sunt Βάκχαι, ut meminit Athenæus III. & VIII. Dipnosophist. Sunt & aliæ ejus comœdiæ, ut Θυρωρός.

Macarii duo fuere celebres ob abstinentiam moresque & ob miracula. Alter erat Ægyptius. Alter Alexandrinus in hoc uno discrepabat ab Ægyptio, quod hilarior esset, & comitate quadam juniores ad disciplinam monasticam alliceret. Horum discipulus Evagrius, qui primum à Gregorio Theologo Cpoli diaconus ordinatus, postmodum una cum illo in Ægyptum ad illos profectus est. Hic libros scripsit valde utiles, quorum unus *Monachus* inscribitur seu de virtute activa: alter *Gnosticus* vel de iis qui scientiam consequi meruerunt, in centum divisus capita. Tertius *antirrheticus* contra tentatores dæmones, capitibus octo secundum numerum octo cogitationum. Scripsit præterea

pregno-

progneſtica problemmata ſexcenta. Deniqve ψυχικὰ β' *duos libros aphoriſmorum*, alterum ad Monachos qvi in cœnobiis degunt, alterum ad virginem. &c.

Macedonius Novatianos qvosdam ad Arianum dogma impellere conatus eſt, & reliqvias Conſtantini in alium locum tranſtulit, deniqve depoſitus &c. ex Socratis ll. 38.

Macedonius alius, qvi ſub Juliano Apoſtata vitam martyrio finiit.

Machaon, nomen Medici, ut & Chiron Centaurus.

Maconides, Homerus. Vetus epigramma: εἰ δ' ἰαλὸς συγγνωσόν, ἐπεὶ κακὸς ἀοιδὸς ὕμνων μαιονίδας χείρων ἰχθυβόλων ἔθανε. *Si captus es, venia tibi danda eſt, quoniam & principi hymnorum, Homero enigma piſcatorum, mortem attulit.*

Magia, invocatio dæmonum beneficorum, boni alicujus efficiendi cauſſa. &c. ſupra in γοητεία

Μαγική. hanc Medi & Perſæ invenerunt.

Magi apud Perſas vocantur Philoſophi & Philothei, qvorum princeps fuit Zoroaſtres, & poſt eum Oſtanæ & Aſtrampſychi.

Magnes ex Icario urbe Atticæ, Comicus qvi adoleſcens Epicharmum ſenem attigit. Docuit Comœdias novem, vicit bis: antiqvæ Comœdiæ poëta. Ariſtophanes (in Eqvitibus) alludit ad drama Magnetis, Βαρβαλιστὰς & Ὄρνιθας. Scripſit etiam Λυδὰς (ſupra *Lydi*) & ψῆνας & Βατραχους. Genus coloris βατραχου, qvo hiſtriones faciem illinebant, anteqvam larvarum uſus repertus eſſet

Magnes vir Smyrnæus, poëſi & muſica ante inſignis, idemqve forma egregia, urbs circuibat & carmina ſua publice recitabat. Hujus amore tum alii multi, tum Gyges maxime ardebat &c.

Major (Μαϊωρ) Arabius Sophiſta, ſcripſit *de ſtatibus cauſarum libros XIII*, idem æqvalis Apſinæ & Nicagoræ ſub Philippo Imperatore & antè.

Malchus Byzantius Sophiſta. Scripſit *Hiſtoriam* ab Imperio Conſtantini usqve ad Anaſtaſium, in qva res geſtas Zenonis & Baſiliſci & conflagrationem publicæ Bibliothecæ & ſtatuarum Auguſtalis, & alia qvædam commemorat, ſtilo utens gravi, & Tragici inſtar ea, qvæ acciderunt, exaggerans.

Μάλιστα ὁ φρίξ. Septem ſapientes Græciæ à Croeſo interrogati qvis omnium eſſet beatiſſimus? alii reſponderunt feras animantes, eas enim pro libertate mori. Alii ciconias, eas qvippe ſine lege, duce natura juſtitiam colere. Solon vero dixit neminem ante obitum. Tunc adſtans

adſtans Æſopus fabulator, tantum, inquit, cæteros ſupera quantum mare fluvios. Cræſus autem hoc audito dixit, magis ipſe Phryx.

Manæchmus Alopeconneſius, Philoſophus Platonicus, ſcripſit *Philoſophica*, & *in Platonem de Rep. libros III.*

Manæchmus Sicyonius filius Alcibii vel Alcibiadis, hiſtoricus qui ſub Alexandri M. ſucceſſoribus vixit. Scripſit *hiſtoriam Alexandri Macedonis.*

Manæthos Mendeſius, ſacerdos Ægyptius, ſcripſit de compoſitione * κυφίων.

Manæthos, Dioſpolitanus Ægyptius vel Sebennytes. Scripſit *Phyſiologica. Apoteleſmatica* verſibus hexametris, & alia quædam *Aſtronomica.*

Maneros & Perimanus, nomina cantionis. Eubulus Canapylione.

Manes. Hic execrabilis homo ſub Aureliano Imp. extitit, ſe CHriſtum & Spiritum S. eſſe commiſcens, & XII. diſcipulos ut CHriſtus ſecum habens, qui cum ex omnibus hæreſibus quæ in iis mala erant collegiſſet, ex Perſide, Dei permiſſu in ditionem Romanam venit. Hic qui & Manes & Scythianus vocabatur, fuit genere Brachman, præceptoremque habuit Buddam, Terebinthum ante vocatum qui Græcorum litteris inſtitutus Empedoclis ſectam adamavit, duo principia inter ſe contraria ſtatuentis litem & amicitiam. In Perſidem autem ingreſſus ex virgine ſe natum eſſe dicebat & in montibus educatum. Quinetiam conſcriptis quatuor libris unum eorum vocavit *Myſteriorum*, ſecundum *Evangelium*, tertium *Theſaurum*, quartum *Capitum*. Atque Buddas quidem iſte ab impuro ſpiritu contritus interiit. Mulier vero apud quam diverſabatur, bona ejus & profanos libros per hæreditatem adepta, puerum ſeptennem emit nomine Cubricum quem literas docuit & manumiſit hæredemque inſtituit. Hic in Perſide Manem ſe vocavit; & Buddæ libros veneditavit pro ſuis. Eum Rex Perſarum vivum excoriavit, quod filii ipſius cauſa mortis extitiſſet. Hic Manes Vetus Teſt. rejecit; Novum ut boni Dei admiſit &c. Paulus quidam Manetis æqualis, Antiochiæ magnæ Epiſcopus Dominum nodum hominem eſſe dixit ut unum de Prophetis. Ab hoc Pauliani.

Marcellinus qui principatum tenuit liberum Dalmatiæ & Illyriorum Epiro habitantium, Romanis diſciplinis inſtitutas divinationisque perſuſ-

* κῦφι mixtura ſedecim ſpeciorum in uſum ſacrum adhibenda. Vide Plutarchum de Iſide & Oſiride p. 383. ſeq.

peritissimus & eruditionis amantissimus. Huic familiaris fuit Sallustius Philosophus.

Marcellus, Magistet Arcadii Imp. omnibus virtutibus ornatus vel potius ἀρετὴ τις ἔμψυχος, *virtus quædam animata.*

Marcellus Pergamenus Orator, scripsit librum *Adrianus*, sive de regno.

Marcellus Sidetes Medicus sub M. Antonino. Hic scripsit versibus heroicis *de re Medica libros XLII.* in quibus etiam de morbo lupino hominum sive lycanthropia.

Marcellus Dux militum sub Commodo, ut per totam noctem vigilare videretur, quotidie sub vesperam præscribebat duodecim tabellas δώδεκα γραμματεῖα· εἶχεν δὲ Φιλύρας πεπλεγμένας, earumque alias aliis horis ad diversos perferri curabat &c.

Marcianus Valentis Imp. & Angelii Episcopi CPol. tempore vixit, vir clarus qui olim in palatio militaverat, tunc presbyter Ecclesiæ Novatianorum, Anastasiam Imperatoris filiam Grammaticam docuit.

Marcianus familiaris Musonio Pamphylio, vir ad omnem virtutem instar regulæ exactus. Viros enim probos ad se alliciebat Musonius ut magnes ferrum, ita ut si quis audiret aliquem esse Musonii amicum, eum bonum virum esse, scire liceret.

Marcianus sub Zenone floruit, presbyter in oratorio delectus plurimum valuit apud (magistrum Officiorum Zenonis) illum, Epicureis placitis quotidie se ipsum corrumpens, mundum sua sponte natum esse dicebat &c.

Marcion hæresiarcha.

Marcus Antoninus Romanorum Imp. omni laude dignus Philosophus qui tum alios, tum postremo Sextum Philosophum è Bœotia oriundum Romæ audivit, crebro ad eum ventitans, ædesque ejus frequentans. Eum igitur Lucius quidam Rhetor, Herodis Rhetoris Athenienſis discipulus prodeuntem interrogavit quonam iret, & cujus negotii causa. Cui Marcus, *Etiam seni*, inquit, *decorum est discere. Eo igitur ad Sextum Philosophum, ut discam ea quæ nondum scio.* Tum Lucius manu in cœlum sublata, *o sol*, inquit, *Romanorum Imp. jam senex, sumtâ tabella, discipuli domum frequentat; Rex verò meus Alexander annò ætatis XXXIII. obiit.* Scripsit *de vita sua* Περὶ τῶν βίου λόγων *libros XII.* Eum facilius est admirari quàm laudare, quod oratio nulla hujus viri virtutibus æquari possit &c.

Mares Chalcedonis in Bithynia Episcopus Julianum parabatem Fortunæ immo-

immolantem Cpoli, infectatus vocavit impium, Apostatam, atheum. Ille ad Marem oculorum suffusione laborantem præsenio, *Nequeat tuus ille Deus Galilæus te sanare possit.* Cui Mares: *Gratias ago Deo qui me luminibus orbavit, ne tuum vultum videam qui sic in impietatem prolapsus es.* Julianus inde martyrii honorem Christianis invidens à Diocletiani quidem crudelitate abstinuit, at lege lata Christianis interdixit ne humanioribus disciplinis instituerentur, ne si lingvam, ut ajebat, acuissent, gentilium dialecticis expeditius responderent. Per varias artes etiam persvasit quibusdam, inter hos Hecebolio Sophistæ, ut idolis immolarent.

Margites qui à Comicis ob stultitiam deridetur. Ajunt eum ultra quinque numerare non potuisse &c.

Marianus Marsi causidici qui Româ Elevtheropolin Palæstinæ primæ oppidum migravit, filius, præfectus urbis Romæ, Consularis, & quod illustrius est, Patricius tempore Anastasii Imp. scripsit *Metaphrasin Theocriti*, jambis 3150. *Apollonii Argonauticorum*, jambis 5608. *Callimachi Hecales*, *Hymnorum*, *Causarum & Epigrammatum* jambis 6810. *Arati*, jambis 1140. *Nicandri theriacorum*, jambis 1370. & alias multas metaphrases.

Marinus susceptа Procli schola, cum Isidorum Philosophum instituisset Aristotelica doctrina, & is Athenas iterum venisset communi præceptore defuncto, ostendit ei prolixum *commentarium* à se conscriptum *in Platonis Philebum*, sed ille dixit ἱκανὰ εἶναι τὰ ὑπ' ἐκείνου διδασκάλου sufficere quæ Proclus in illum dialogum scripsisset. Statim itque illum flammis dedit. Etiam per litteras ex Isidoro quæsivit & ad eum argumenta misit quibus probaret *Parmenidem* Platonis non esse de Diis sed de formis. Sed ille pluribus argumentis Marino respondens verissimam esse probavit dialogi illius de Diis expositionem. Quare nisi jam liber fuisset editus, etiam hunc fortassis aboleviſſet. Fortasse etiam obstitit somnium, nam Proclus dixit se somniasse futurum ut Marinus in *Parmenidem* commentarios scriberet.

Marpsias orator garrulus & turbulentus, cujus meminit Aristophanes.

Marsyas Periandri F. Pellæus historicus initio litterator (γραμματοδιδάσκαλος) frater Antigoni qui postea Rex fuit, & una cum Rege Alexandro educatus. Scripsit *Macedonica libris X.* a primo Rege Macedorum ad Alexandri Philippi F. expeditionem in Syriam post conditam Alexandriam. *Attica libris XII.* itemque *Alexandri educationem.*

Marsyas

Marſyas Critophemi F. Philippenſis Hiſtoricus, junior.

Marſyas Marſi F. Tabenus, * Hiſtoricus, ſcripſit Ἀρχαιολογίαν ſive *Antiquitates libris XII.* Μυθικὰ *fabuloſa libris VII*, & alia quædam de patria ſua.

Marſyas temporibus Judicum Judaicorum, vir ſapiens, artis muſicæ peritus, qvi tibias arundineas & æreas invenit &c.

Matreas, λαικὸς λιμὸς impoſtor, qvi beſtiam alere ſe dicebat qvæ ipſa ſeſe comederet. ** Quæritur qvænam fuerit illa Matreæ bellua. Compoſuit etiam *qvæſtiones* ad inſtar problematum Ariſtotelis, ex quibus erat hæc: Quare ſol occidens dicatur δύνειν & non καταμύειν.

Matthæus Evangeliſta habet titulos LXVIII. capita CCCXV.

Mauricius Romanorum Imp. fertur verborum magnificentiam plurimi feciſſe & eruditos maximis honoribus affeciſſe &c. Infra in Menandro protectore.

Maximus Tyrius Philoſophus qui Romæ ſub Commodo vixit. Scripſit *de Homero & qvæ ſit apud eum antiqva Philoſophia. Recte an Socrates fecerit qvod accuſatus non reſponderit.* Item alias qvasdam quæſtiones Philoſophicas.

Maximus Epirota vel Byzantius philoſophus, Juliani Cæſaris parabatæ magiſter. Scripſit *de inſolubilibus objectionibus. De principiis. De numeris Commentarium in Ariſtotelem*, & alia qvædam ad eundem Julianum.

Μεγαρίσαι, megarizare, ſive Philoſophi Magarenſis ſectam ſeqvi. Stilpo ex Megaris urbe Græciæ oriundus erat, qvi copia verborum & dexteritate differendi cæteros adeo ſuperavit, ut tota propemodum Græcia ipſum ſpectans ſectam Megaricam amplecteretur.

Melanippides, Critonis F. Melius natus Olympiade *LXV*. Scripſit *Dithyramborum* libros qvam plurimos & *poëmata verſu heroico* & *Epigrammata* & *elegias* & alia plurima.

Melanippides, ſenioris ex filia nepos, Critonis F. & ipſe Lyricus: qui in compoſitione Dithyramborum plurima innovavit, & apud Perdiccam Rem degens, illic vitam finiit. Scripſit & ipſe *Cantica Lyrica* & *Dithyrambos*.

Melanopus, affinis Diophanti Oratoris.

Meleſermus Athenienſis, Sophiſta. Scripſit *meretriciarum Epiſtolarum libros XIV. Ruſticarum unum. Culinarium Epiſtolarum unum. Convivalium librum unum.*

* Ex Tabi, Arabiæ civitates.

** videtur Matreæ bellua fuiſſe *ignis*, ut lapis mirificus Pipini apud Thuanum libro VI. & Morhofium lib. 1. Polyhiſt. cap. 13.

Melitus Mari F. Athenienſis Orator qui cum Anyto Socratem accuſavit. Tragœdias ſcripſit. A Comicis autem perſtringitur ut poëta frigidi & malitioſo ingenio præditus. Ariſtoph. σκολιὰ Μελίτου Καρικὰ καὶ λυσωδέστατα. Carmina vero Carica erant lugubria.

Melitus vixit temporibus Zenonis Eleatæ & Empedoclis. Scripſit ante. In Reip. adminiſtratione adverſatus eſt Pericli, & cum Samiorum dux eſſet, navali prælio pugnavit cum Sophocle Tragico, Olympiade LXXXIV.

Menander Athenienſis Comicus antiquus.

Menander alius Athenienſis Diopithis & Hegeſiſtrates F. qui omnium ſermone celebratur. Novæ Comœdiæ poëta, ſtrabo quidem oculis, ſed acuto ingenio præditus & in mulierum amorem effuſus. Scripſit *Comœdias CVIII.* itemqve *Epiſtolas ad Ptolemæum Regem*, & oratione proſâ plusima alia.

Menander Laodicea ad Lycum fluvium ſita oriundus Sophiſta ſcripſit *commentarios in Hermogenis artem* & *Minuciani progymnaſmata*, & alia.

Menander Protector, Hiſtoricus qvi ſic de ſe ipſo ſcribit: Pater mihi erat Eupharatas Byzantio oriundus, minime ille qvidem eruditus. Herodotus frater germanus, qvi legum doctrinâ deguſtatâ ſtatim ab harum ſtudio receſſit. Ego vero hujus ſtudii qvod abſolvi profeſſione non ſum uſus ſed ad decurſiones equeſtres & ſaltationes pantomimorum & palæſtram me contuli. Poſteaqvam vero Mauricius imperium capeſſivit, princeps qvi & populi ſalutem providè curabat & Muſas amabat, poëmatibusqve & hiſtoriis audiendis qvam plurimum delectabatur, utpote qvi magnam noctis partem in ſtudiis ipſe conſumeret, & ingenia hebetiora munificentiâ ſua excitaret & incueret: tunc ego dolens mecum reputare cœpi non oportere me vitam adeo inertem agere, & ad hanc hiſtoriam ſcribendam me applicui qvam poſt defunctum Agathiam ſum auſpicatus.

Menecrates Comicus. drama ejus μανίσκος ſive *Equendus*.

Menecrates Syracuſanus Medicus, qvi ſacrum morbum curans nullam mercedem recipiebat, ſed à ſanatis poſcebat ut ſe ipſius ſervos fatererentur. Idem Jovem ſe appellabat, eosqve qvos ſanaverat Deos, unicuiqve nomen imponens, uni Mercurii, alteri Apollinis.

Menelaus Ægæus poëta Epicus, ſcripſit *Thebaidem libris XII.* & alia.

Menippus Cynicus. vide infra in Φαινός.

Menippus Comicus. Ex ejus dramatibus ſunt *Cercopes* & alia.

Meſo

Mesomedes Cretensis Lyricus qvi Adriani temporibus vixit, ejus libertus vel ex præcipue dilectis. Scripsit *encomium Antinoi*, qvi Adriano erat in deliciis, & alia diversa carmina. Antoninus Syllæ sepulchrum repertum instauravit, & Mesomedi, qvi cantica Lyrica conscripsit, cenotaphium exstruxit: huic qvidem qvod cithara canere didicisset, illi vero qvod ejus crudelitatem imitaretur.

Metagenes Athenienſis, ſervi F. Comicus. Ex ejus dramatibus ſunt: *ἄνθρακες, μαμμακυθῶν, Θυεστείαι, Φιλοθύτης, Ὄμηρος ἢ ἀσκηταί.*

Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν. Lacedæmonii Lesbios citharœdos primos advocaverunt, deinde Terpandrum qvi ob cædem exulabat, accerſiverunt Antiſſa, qvi ipſorum animos compoſuit, & ſeditionem ſedavit &c.

Methodius Olympi in Lycia aut Patarorum & poſtea Tyri Epiſcopus, nitido compoſitoqve ſermone *adverſus Porphyrium libros* compoſuit, & *Convivium decem virginum.* Item *de reſurrectione* opus egregium contra Origenem, & adverſus eundem *de Pythoniſſa* & *de libero arbitrio.* Scripſit etiam *in Geneſin* & *in canticum Canticorum* commentarios, & multa alia qvæ vulgo lectitantur. Hic in extrema perſecutione ſub Decio & Valeriano in Chalcide urbe Orientis, martyrio coronatus eſt.

Meton Mathematicus: & Metonis annus. Hic Meton fuit præſtantiſſimus Medicus & Aſtronomus. In Colono eſſe inſtrumentum qvoddam a eo dedicatum, ait Calliſtratus. Euphronius eum ex Colono populo Atticæ oriundum eſſe. Ante Pythodori ætatem vero heliotropium erat in comitio qvod nunc eſt ad murum in Pnyce. Vel qvia in Colono fontem fabricavit, vel ſimulacrum, vel inſtrumentum aliqvod Aſtronomicum confecit. Phrynichus in *μονοτρόπῳ*

Τίς δ' ἐστὶν ὁ μετὰ ταῦτα ταῦτας φροντίζων;
Μίτων ὁ Ληναιεύς, οἶδ' ὅτι κρόνας ἄγων.

Μίτων. Aſclepiodotus cum Athenis diſceſſiſſet & Seleucian Syriæ perveniſſet, ſe in toto illo itinere in tres tantum homines modeſtos & bonos incidiſſe dixit, Antiochiæ in Ilapium Philoſophum, Laodiceæ qvæ eſt urbs Syriæ proxima, in Marem, omnium ætatis noſtræ hominem juſtiſſimum, cui Ariſtidis cognomen erat, & in Domninum Philoſophum.

Metrophanes ex Eucarpia oppido Phrygiæ oriundus, Sophiſta, ſcripſit *de Phrygia libros II. De formis orationum. De ſtatibus cauſarum. Commentarium in Hermogenis artem Rhetoricam. Commentarium in Ariſtidem.*

Metrophanes Corneliani Rhetoris F. ex Lebadia Boeotiæ civitate Sophiſta ſcripſit

ſcripſit *de generibus dicendi qvibus uſi ſunt Plato, Xenophon, Nicoſtratus, Philoſtratus. Declamationes. Orationes panegyricas.*

Metrophanes à Lachare genus ducens. Hic cum adhuc puer eſſet, exclamavit, *ego ſum Ariſtophanes ille calvus.* Deinde interrogantibus qvi dixiſſet, reſpondit ſe nihil meminiſſe eorum qvæ dixerat. Adverſus hunc Superianus librum ſcripſit.

Michaël Syncellus Hieroſolymitanus ſcripſit encomium magni Dionyſii.

Mimnermus Ligyrtiadæ F. Colophonius vel Smyrnæus vel Aſtypalæenſis, poëta elegiacus. Vixit Olympiade XXXVII. ita ut ſeptem Sapientibus fuerit antiqvior. Quidam vero dicunt ipſum eodem qvi illi tempore floruiſſe. Vocabatur etiam Ligyſtiades ἀπὸ τοῦ λιγυ, id eſt ſvavi & arguto cantu. Scripſit multa.

Minucianus Nicagoræ Sophiſtæ F. Athenienſis Sophiſta qvi Galieni temporibus vixit. Scripſit *Artem Rhetoricam* & *Progymnaſmata* & *Orationes varias.*

Mithæcus Grammaticus. Scripſit Ὀψαρτυτικὰ *de condimentis ciborum*, Θηρευτικὰ *de venatione* & alia.

Mnaſeas Berytius. Scripſit *artem Rhetoricam*, itemque *de nominibus Atticis.*

Mneſimachus mediæ Comœdiæ poëta. Ex dramatibus ejus ſunt Ἑστιοῦχος Φρύξ, Βάσεις, Φιλιππίδης, ut teſtatur Athenæus in Dipnoſophiſtis.

Molones duo feruntur, hiſtriones & graſſatores.

Molpagoras apud Cianos fuit vir ad dicendum & agendum promtus, ſed ingenio popularis & ambitioſus &c. (è Polybio)

Μονῳδεῖν Carmina tragica qvæ in ſcena recitantur, ſunt lamenta. Ariſtoph. εἶτ' ἀνέτρεφον μονῳδίας Κιφησοφῶντα μιγύς: *Deinde alui eum monodiis, iisque Cipheſophontem immiſcui.* Hic Cipheſophon ſervus erat, qui eum carminibus componendis plurimum adjuvabat &c.

Morſimus & Melanthius Poetæ Tragici, qvos perſtringit Ariſtoph. Morſimus *Philocis* F. poeta frigidus & oculorum Medicus. Melanthium reprehendit ut helluonem *Eupolis* in κόλαξιν.

Μόρσιμος. De Apollonio Tyaneo, vide ſupra in Domitiano.

Morychus poeta Tragicus qvi ut helluo a Comicis perſtringitur.

Morychus, Teleas, Glaucotes ob veneficia male audiebant.

Moschus Syracuſanus Grammaticus Ariſtarchi diſcipulus qui ſecundus eſt à Theocrito poeta Bucolico. Scripſit & ipſe *Bucolica.*

Moſchus malus Citharœdus, qvi multos verſus uno ſpiritu caneret. Carmen Bœotium invenit Terpander, ut & Phrygium.

Moſcs

Moſes Propheta & Legislator. Hujus anno LXXX, filii Iſraelis ex Ægypto egreſſi ſunt &c.

Moſo, mulier Hebræa à quâ ſcripta eſt Lex Hebræorum, ut tradit Alexander Polyhiſtor.

Muſæus Eleuſinius, Athenienſis, Antiphemi & Helenæ F. poetæ Epicus & Orphei diſcipulus, vel potius eo antiquior. Floruit tempora Cecropis ſecundi. Scripſit *præcepta ad Eumolpum* filium verſibus quater mille & alia plurima. Antiphemus, filius fuit Euphemi, nepos Ecphanti, pronepos Cercyonis quem debellavit Theſeus.

Muſæus Thebanus, Thamyræ F. Philammonis nepos, poeta Lyricus qui multo ante bellum Trojanum vixit. Scripſit verſus Lyricos & cantica.

Muſæus Epheſius poeta Epicus τῶν εἰς ἓξ περγαμηνὲς ᾠδὰς ἀναγραφεὶς, unus ex numero eorum qui in Muſeum Pergamenum allecti erant. Scripſit *Perſeidis libros X.* itemque *in Eumenem* & *Attalum.*

Muſæus Philoſophus apud Græcos. * Lyſias in Oratione contra Mixidemi accuſationem, ſi modo is verus ejus auctor ſit: *Pueros ipſi pediſſequos duos eſſe, quorum alterum vocat Muſæum, alterum Heſiodum. Id autem reum ſtudio feciſſe patet.* Muſæum vero alii Thracem eſſe dixerunt, alii indigenam & Eleuſine oriundum.

Muſonius Capitonis F. Tyrrhenus ex Bulſinio civitate, Dialecticus & Philophus Stoicus qui vixit ſub Nerone, Apollonii Tyanei & multorum aliorum diſcipulus, ad quem & Epiſtolæ feruntur Apollonii, & illius ad Apollonium. Hic ob confidentiam & arguendi ſtudium & immodicam libertatem à Nerone interfectus eſt. Feruntur ejus *orationes* & *Epiſtolæ* diverſæ Philoſophicæ. De hoc Muſonio (Julianus) parabates in Epiſtola ſic ſcribit: *Contumeliam qua præſes Græciæ nos affecit, tanta animi celſitudine tuliſti, ut nihil horum in te factum putaris. Quod autem illi urbi opem ferre velis, eique ſtudeas in qua ſcholas habuiſti, animi philoſophici eſt argumentum. Quare mihi videtur prius quidem illud Socrati convenire, hoc vero poſterius Muſonio. Nam ille fas eſſe negabat virum bonum ab ullo improbo lædi. Hic vero murorum curator erat quum ipſum Nero exulare juſſit.*

Muſonius, vir rerum gerendarum prudentia inſignis ſub Imp. Joviniano & Eunapius Phrygius Orator tributis Aſianis colligendis præpoſitus &c.

Mυδε.

* idem cum primo Muſæo apud Svidam memorato.

Μῦθος. Anaxagoras dixit solem esse μύδρον πυρόεντα, ignitam ferri massam Peloponnesο majorem, ob quod morte multandus erat.

Myia Thespiaca, Lyrica. Scripsit *carmina lyrica.*

Myia Spartana, poetria. *Hymnos in Apollinem & Dianam.*

Myia Pythagoræ magni & Theanis filia, Samia.

Myro Byzantia poetria quæ versus heroicos & elegiacos & melicos scripsit, Homeri Tragici filia, uxor Andromachi cognomento Philologi.

Myro Rhodia, Philosopha. Scripsit *Chrias reginarum* & *fabulas.*

Myrtilus Athenienſis Comicus, filius Lysidis, frater Comici Hermippi. Ejus dramata: Τιτανοπάνες, Ἕρωτες.

Μῦθος & αἶνος differunt, quod αἶνος non pro pueris sed viris factus sit, nec tantum animum oblectet, sed & admonitionem contineat. Occulte enim & per ambages svadet ac docet, quod Hesiodus fecisse videtur.

Myxus. βαβαὶ Μύξος. Dictum hoc in jactabundos & glorioſos. *Myxus* enim fuit sacerdos Dianæ, homo facetus & jactabundus.

Nannacus. * Vir priscus ante Deucalionem Regem, qui futurum diluvium præsciens omnibus in templum congregatis, cum lacrymis DEum suppliciter oravit. Et proverbium, *à Nannaco*, de rebus admodum vetustis.

Naucratis, urbs Ægypti à Milesiis condita, cum maris imperium obtinerent. Hujus civis fuit doctus ille Athenæus.

Nausicrates Comicus. Ex ejus dramatibus sunt: Ναύκληροι, Παρασίτης.

Nauſon Naucrati, de iis qui paria sibi mutuo reddunt. Genus scribendi in Epistolis usitatum, ut *Pompæus Pompilo.*

Ναζωραῖος Deo gratus & consecratus, vel monachus. Sciendum, tempore Claudii Romanorum Imp. cum Petrus Apostolus Evodium Antiochiæ (Episcopum) creasset, illos qui prius Nazaræi & Galilæi vocabantur, appellatos Christianos.

Neanthes Cyzicenus Orator, discipulus *Philisci Milesii.*

Nearchus Alexandro expeditionis comes fuit, & historiam de eo conscripsit. Falso autem se præfectum classis fuisse scripsit, cum gubernator navis fuerit.

Neme-

* Videtur nomen ex *Noachi* nomine corruptum, licet Nannacus hic (Stephano Byz. Ἄνναξος) *Phrygum Rex* dicitur Svidæ in τὰ ἀπὸ Νανναίου, & Rex, in τὰ Νανναίου.

Nemesion (Damascii amicus.) confer *Svidam* in *ἀνεψιῷτο*, & *ἑρμάϊον*.

Νεμήσεως ὑποκριτῶν. Poëtis tres histriones sorte dividebantur qui fabulis agerent. Inter hos qui victor fuisset, absque examine deinde assumebatur.

Neocles Athenienſis, Philoſophus, frater Epicuri, qui ſcripſit de ſecta ſua. Et Neoclis eſt dictum: *λαθὲ βιώσας*, *qui bene latuit, bene vixit.*

Nero ſtudiis Imperatore prorſus indignis operam dedit, cithara ludens, tragœdias agens & in theatris ſaltans. Sed adhuc adoleſcens ſtudiis philoſophiæ vacabat, & de CHriſto inquirebat, quem adhuc ſupereſſe in vivis arbitrabatur. Cumque comperiſſet à Judæis in crucem actum eſſe, iratus Annam & Caipham cum Pilato, tunc Judææ præſide, vinctos ad ſe duci juſſit, ab iisque ſciſcitatus eſt quæcunque in ejus judicio acta eſſent &c. Eo tempore & Simon Magus florebat, cumque Petrus & Simon præſente Nerone inter ſe diſputarent, eductus eſt ex carcere Pilatus. Nero *Simonem* interrogat an eſſet Chriſtus? ille ſe eſſe ait. Negant *Petrus*, & Pilatus, *hic*, inquit, *Ægyptius eſt, & obeſo corpore & prolixis capillis & niger omnimoque ab ejus forma alienus* &c.

Nerva Romanorum Imp. Joannem Evangeliſtam ex Patmo, quo relegatus erat, revocatum, Epheſum reduxit: eo tempore * quo & Manichæorum dogma in lucem prodiit, Manente hæreſin ſuam aperte docente.

Neſtorius. *Poſt* Manentem & Paulum & Apollinarem & Theodorum prodit Neſtorius, Germanicia Syriæ urbe oriundus, qui ſede CPol. potitus, voce duarum in CHriſto naturarum malo errore abuſus eſt, æque ac Paulus & Theodorus à quibus genus ** duxit. Nam filius fuit Cilicis, (Theodori) & Samoſateni (Pauli) nepos. Poſt hunc Eutyches extitit &c.

Neſtor Larandenſis è Lycia, poëta epicus, pater poëtæ Piſandri, fuit ſub Imp. Severo ſcripſitque *Iliadem λειπογράμματον* litteris certis carentem, perinde ut Tryphiodorus Odyſſeam. Nam in primo libro nullum reperitur *α*, in ſecundo nullum *β* &c. Scripſit etiam *Metamorphoſes*, ut Parthenius Nicaënſis, & alia.

Nicagoras *Mneſæi* rhetoris F. Athenienſis Sophiſta, tempore Philippi

* Videntur hoc loco apud Svidam nonnulla excidiſſe. Nam Manichæorum (ſectæ origo à Nervæ ætate remota eſt annis amplius centenis.

** intellige dogmatum non conſanguinitatis propinquitatem.

Imp. Scripſit *vitas clarorum virorum. De Cleopatra quæ fuit in Troade. Orationem* habitam in legatione *ad Philippum* Imp.

Nicander Xenophanis F. Colophonius vel Ætolus, Grammaticus Poëta, Medicus, vixit tempore Attali junioris ſive ultimi Galatonicæ, cui regnum ademtum à Romanis. Scripſit *theriaca, alexipharmaca, georgica, στοιχειωμάτων de corporibus in alias formas mutatis libros V. Remediorum collectionem, prognoſtica* verſibus, ex Hippocratis prognoſticis translata: *de omnibus oraculis libros III.* & alia plurima, carmine epico.

Nicanores tres fuerunt: unus filius Balacri, alter Parmenionis, tertius genere Sragirita cujus meminit *Hyperides* oratione in Demoſthenem.

Nicanor Hermiæ F. Alexandrinus Grammaticus temporibus Adriani Imp. quo tempore & Hermippus Berytius vixit. Scripſit περὶ στιγμῆς *de punctis apud Homerum & de differentia quæ inde in ſenſu oritur. De interpunctione in genere, libros VI. Horum compendium libro I. De punctis apud Callimachum.*

Nicetas. Supra in Heraclide Lycio.

Nicochares Philonidæ Comici F. Athenienſis Comicus æqualis Ariſtophanis. Ex ejus fabulis ſunt Ἀμυμώνη, Πέλοψ, Γαλάτεια, Ἡρακλῆς γαμῶν, Χορηγοί, Κῆτες, Ἀκάμαντες, Αἰμυλιανοί, Κίνταυροι, Χειρογάστορες.

Nicolaus ex Myris Lyciæ, fervidus Chriſtianorum propugnator & Sacerdos qui magna cum fiducia DEO preces adhibebat. Hic nihil quidem ſcripſit, ſed in ſomnis Imp. Conſtantino adſtans &c.

Nicolaus Damaſcenus amicus & familiaris Herodis Regis Judæorum & Auguſti Cæſaris qui placentas mellitas ab eo miſſas *Nicolaos* appellabat, Philoſophus Peripateticus aut Platonicus. Scripſit *Hiſtoriam univerſalem libris LXXX*, itemque *de vita & educatione Cæſaris.* Patrem habuit qui opes & famam eruditione adeptus fuerat: itaque ille à puero in omnibus litteris eruditus Grammaticæ atque inde poëticæ haud vulgarem peritiam ſibi comparaverat, adeo ut *tragœdias comœdiasque* haud ſpernendas ſcriberet. Poſtea ad Rhetoricam ac Muſicam & Mathematicas diſciplinas atque univerſam diſciplinam animum applicuit. Ariſtotelem inprimis imitari ſtudebat, & multiplicem ejus viri doctrinam ſummopere admirabatur. Ajebat ideo plures Muſas à veteribus Theologis introductas eſſe, quod in diſciplinis mira varietas & ad omnes uſus apta diverſitas reperiatur. Ingenuo homini imperitiam artium humaniorum, atque illiberalium peritiam juxta turpem eſſe. Diſciplinarum orbem ſimilem eſſe perigrinatio-

ni,

ni, alibi prandendi causa divertendum, alibi pernoctandum, alibi consistendum per plures dies, alia obiter percurrenda, tandem revertendum ad penates, hoc est ad philosophiam tanqvam ad patriam laresqve redeundum, ibique considendum.

Nicolaus Rhetor, discipulus Plutarchi, cognomine Nestorii, scripsit *progymnasmata* & *declamationes Rhetoricas* & alia qvædam. Floruit sub Leone seniore Imp. usque ad Zenonem & Anastasium.

Nicolaus è Myris Lyciæ, frater Dioscoridis Grammatici & Hipparchi & Hypati Patricii. Docuit CPoli, fuitqve discipulus Lacharis. Scripsit *artem Rhetoricam* & *Declamationes*.

Nicomachus ex Alexandria Troadis, Tragicus scripsit Tragœdias *XXI.* ex qvibus sunt: Ἀλέξανδρος, Ἐριφύλη, Γηρυόνης, Ἀλκηστίς, Εἰλείθυια, Νεοπτόλεμος, Μυσοί, Οἰδίπους, Περὶ τῆς Πολυξένης, Τελεγία, Μελανιππίδαι, Τυνδάρεως ἢ Ἀλκμαίων. Τεῦκρος.

Nicomachus Athenienſis Tragicus, qvi præter omnium opinionem Euripidem & Theognin vicit. Ex ejus Tragœdiis est *Oedipus*.

Nicomachus Stagirita Philosophus, filius Aristotelis Philosophi, Theophrasti discipulus & ut qvidam tradunt amasius. Scripsit *Ethicorum libros VI.* itemqve *de physica acroasi patris sui*.

Nicomachus Medicus & ipse Stagirita, Machaonis F. Æsculapii Nepos à qvo genus duxit Nicomachus, pater Aristotelis Philosophi, & ipse Medicus. Scripsit Ἰατρικῶν sive *de re medica libros VI.* & Φυσικῶν *de rebus naturalibus* unum.

Nicophon Theronis F. Athenienſis Comicus æqvalis Aristophanis Comici. Ex ejus dramatibus sunt ἐξ ἑνὸς ἀνιών, Ἀφροδίτης γοναί, Παυδώρα, Χειραγώγους, Σειρῆνες.

Nicostratus Macedo Orator. Hic relatus est in numerum decem illorum qvi secundum à primis locum tenere judicabantur, æqvalis Aristidis & Dionis Chrysostomi, vixit sub M. Antonino Imp. Scripsit *Daramythium*, *Imagines*, *Polymythium*, *Thalatturgos*, & alia plurima. Item *Encomia*, *in Marcum* (Antoninum) & *alios*.

Nicostratus Comicus, cujus dramata apud Athenæum Πάνδρος (al. Πανδρόσους) sive Ἀνδρία, (Philetæro à qvibusdam tribuitur) & Ἀφροδίνης, Κλίνη, Ἄβρα, Ἱστιεύς, Διάβολος, Ἀνδρεῖα, Ἑλένη, Μάγειρος, Ὄτις, Πλόκιον, Σύρος, Ἀπολλυόμενος, Ψευδοσιγγαλίας, Ἰατρός.

Nicostratus histrio Comicus qvi optime fabulas agere credebatur, a qvo proverbium ἐγὼ πανύστερον παῖδα κατὰ Νικόστρατον.

Νομάδες. Sacas Aristophani (in Avibus) memoratus erat poëta Tragicus sic dictus qvod peregrinus esset.

Νομογράφοι Decem viri qvi anno Urbis Romæ CCCI. leges & populares & Græcas in decem tabulas retulerunt &c.

Νομοθέται Legumlatores. Tales fuere olim qvidem Moses, postea CHristus. Apud Athenienses primus legislator fuit Draco, post hunc Solon, post eum Thales & post hunc Æschylus,

Νόμοι κιθαρωδικοί. Apollo, ut ajunt, adhibita lyra leges hominibus dedit secundum qvas viverent, mitigans simul cantu feritatem ipsis insitam, & numerorum musicorum svavitate efficiens ut præcepta facilius admitterent, unde *leges citharœdicæ* dictæ sunt. Hinc vero, ut & Aristoteli videtur, moduli musici, secundum quos canimus, magnifico nomine νόμοι appellati fuerunt.

Nomus & Januarius virtute licet pollentes privatam & otiosam vitam amplexi sunt, è qvibus Nomus ingeniosior fuit & doctrinæ amantior tam philosophicæ qvam ejus qva præparantur adolescentes. Et inter omnes erat κριτικώτατος qvi judicare optime potuit virtutes & vitia tum poematum tum aliorum scripterum. Et ut omnino dicam, neqve Severianum neqve Agapium Philosophum credibile est judicia doctrinæ eloqventiæ tantum valuisse. Januarius vero rei gerendæ peritior & prudentior in civilibus fratre suo Nomo &c.

Νόμος. Lex una ἄγραφος γεγραμμένος absqve litteris, per creationem indita hominibus: altera ἐν γράμμασι, lex scripta per Mosen, illorum causa qvi priores violaverant. Tertia ἀπὸ τῆς χάριτος. Lex gratiæ & spiritus.

Ἄξονες leges Solonis Athenienses vocarunt. *Supra*, κύρβεις.

Nonnus Panopolita, ex Ægypto, vir doctissimus qvi Theologi virginis paraphrasim versibus heroicis scripsit. Ausonius Sophista Epistolas & alia exaravit ad Nonnum. *Supra* in Ἀυσόνιος.

Novatus (Νοβατος) Ecclesiæ Romanæ presb. à Cornelio Episcopo dissidium fecit &c. ex *Socratis* IV. 28.

Novatiani. Horum Episcopus fuit Sisinnius &c. ex Sozomeni VII. 1.

Numa (Νομᾶς) Romanorum Legislator. Νομᾶς Πομπίλιος, Hic Remp. legibus & institutis fundavit, annumque primus invenit & Solis circuitum qvi antea vagus erat & incertus, in XII. menses distribuit. Templa etiam & lucos instituit, Pontificesqve & flamines sacerdotibus præfecit, & Salios per urbem saltare jussit. Ad hæc ignis & aqvæ curam virginibus Vestalibus commisit, qvarum summa erat dignitas

&

& illibata, qvod viverent, virginitas. Quod si cum viro rem aliqva habuisset, viva defodiebatur, ideo nec unguento nec floribus nec veste nisi alba uti illis licuit.

Numenius Apameensis Syrus, Philosophus Pythagoreus, qvi Platonem coarguit qvod sententiam suam de DEO & creatione Mundi ex Mosaicis scriptis furfuratus esset. Hinc ait: τί γάρ ἐστι Πλάτων ἢ Μωσῆς Ἀττικίζων; *Qvid est Plato nisi Moses Atticissans?*

Numenius Rhetor scripsit *de figuris dictionis, argumenta in Demosthenem, Chriarum collectionem. Consolationem ad Adrianum Imp. super morte Antinoi.*

Nymphis Xenagoræ F. Heracleotes Ponticus, Historicus. Scripsit de Alexandro ejusqve successoribus & epigonis sive successorum posteris libros XXIV. De Heraclea libros XIII. Continet autem res gestas post epigonos usqve ad tyrannorum eversionem & usqve ad tertium Ptolemæum.

Νῦν εὐπλόησα, ὅτε ναυάγησα. *Nunc secunda navigatione usus sum, cum naufragium feci.* Zeno Cittieus dicto hoc usus est postqvam naufragium fecisset, &: *bene facit fortuna qvod nos ad philosophiam compellat.* Itaqve relictis prioribus præceptoribus, Cratetis factus est discipulus, animumqve ad Philosophiam appulit.

Ὀβελίσται, obelo notatum est, id est, rejectum est, damnatum est. Obelus enim in libris est signum rejectionis.

Ὁ κάτωθεν νόμος. Lex inferior. Demosthenes in Oratione contra Aristocratem vel Heliæam sic vocat, qvod dicasteriorum (Athenis) alia superiora, alia inferiora nominarentur: vel ob formam scripturæ, qva Axones scripti erant, ea autem talis erat, ut versu primo à dextra ad sinistram procedente, versus secundus à sinistra ad dextram scriptus esset βουστροφηδόν fulcorum more: itaqve legem eam qvæ à sinistra incipit, inferiorem vocat Demosthenes. Axones enim & Cyrbes eo qvo diximus modo scriptos esse, Euphorion in Apollodoro docuit. Vel qvia Ephialtes Axones & Cyrbes ex loco superiore, id est Arce, in Curiam & forum transtulit.

Ochus, Ὦχος, (aliis Μῶχος) Philosophus apud Phœnices, ut Zamolxis apud Thraces & Atlas apud Afros.

Ochus (Persarum Rex) qvi cum Apin (Ægyptiorum) interfecisset, eum coqvis tradere voluit, ut eum in frustra dissecarent & ad cœnam præpararent.

Odænathus Syrus Plutarchi Philosophi (Athenienſis) auditor, qvæstiones

difficiles magiſtro diſputanti identidem proponebat, & dicentem ſemper interpellabat, ad veritatem aſſeqvendam ipſe minus perſpicax. At Plutarchus cenſuit Philoſophum non de qvibuslibet rebus interrogandum, nec eum de qvavis re ex tempore reſpondere debere. Inprimis difficile & tantum non impoſſibile eſſe, ut homines (explorati & certi) aliquid dicant ſentiantve de Diis.

Oenomaus Gadarenſis, Philoſophus Cynicus non multo antiqvior Porphyrio. *Scripſit de ſecta Cynica.* Πολιτειαν ſive *de Rep.* *De Homerica Philoſophia.* *De Cratete*, *Diogene* & cæteris (Cynicis.)

Οἰωνιστικὴν. Artem augurandi primi invenere Phryges, ejusqve ſpecies 1) ὀρνεοσκοπικὸν *auſpicium*, ut qvum ave a fronte vel tergo volante & ad dextram vel ſiniſtram declinante qvis dicit id hanc vel illam rem ſignificare. Primum de hac arte ſcripſit *Telegonus.* 2) οἰκοσκοπικὸν, qvum obſervantur ea qvæ domini accidunt, veluti ſi in tecto apparuerit muſtela vel ſerpens, aut oleum effuſum fuerit, aut mel, aut vinum, aut aqva, aut cinis: aut lignum crepuerit, aut aliqvid aliud acciderit, hoc vel illud ſignificat. De hac divinatione ſcripſit *Xenocrates.* 3) Ἐνόδιον, cum interpretatur qvis ea qvæ in via nobis occurrunt, ut cum qvis tibi obvius factus fuerit hoc vel illud geſtans, hoc vel aliud tibi eveniet. De hoc ſcripſit *Polles.* 4) Χειροσκοπικὸν, qvum manu expanſa ejusque rugis inſpectis dicimus liberos procreabit, vel tale qvid. De hoc ſcripſit *Helenus* 5) παλμικὸν, cui qui ſtudent, ex tremore & palpitatione membrorum futura prædicunt, veluti cum ſaliit oculus dexter vel ſiniſter, vel humerus vel femur, vel cum pes prurivit vel auris tinniit, hoc vel illud eveniet. De hoc divinationis genere ſcripſit *Poſidonius.*

Olen Dymæus vel Hyperboreus vel Licius, poëta Epicus. Sed potius eſt Lycius è Xantho, ut Callimachus declarat, & (Alexander) Polyhiſtor in hiſtoria Lyciæ.

Olophyxis, civitas Thraciæ juxta montem Athon, cujus civis fuit Herodotus Olophyxius qvi *de Nymphis & Sacrificiis*, ut ajunt, ſcripſit.

Olympiodorus Philoſophus Alexandrinus celeberrimus. Ad hunc audiendum Proclus Lycius *Ariſtotelicæ* doctrinæ diſcendæ cauſa ſe contulit. Cum autem Olympiodorum audiret virum eloqventem, & qvi propter lingvæ volubilitatem & celeritatem in dicendo à paucis auditoribus intelligebatur, ſic ab eo fuit approbatus, ut filiolam & ipſam philoſophice inſtitutam ipſi deſponderi voluerit.

Olym-

Olympus Generosæ (Γενεώσης) frater, qui ex Cilicia Alexandriam venit ad colendum Serapidem vir ingenio admirabili, corpore magno & procero, facie honesta & liberali, svada incredibili. Quare constitutus ἱερολιδάσκαλος sacrorum magister apud Alexandrinos qui tunc torrente quasi Reip. in deterius rapiebantur. Ille quos potuit congregans antiqua instituta eos edocebat, & comitantem hos qui ea observarent demonstrabat felicitatem. Amicis vero prædixit Serapidem relicturum esse templum, quod & factum est.

Olympus Mæonis F. Mysus tibicen poëta melicus & elegiacus, auctor musicæ quæ pulsatione peragitur, itemque ejus quæ cantu tibiarum constat: discipulus & amasius Marsyæ qui genere fuit Satyrus, auditor vero & filius Hyagnidis. Vixit Olympus ante bellum Trojanum, a quo & mons in Mysia nomen accepit.

Onesimus Cyprius vel Spartanus, Historicus & Sophista temporibus Constantini Imp. Scripsit *statuum divisiones*, *Artem judicialem ad Apsinem*, *de arte contradicendi*, *Progymnasmata*, *Declamationes*, *Encomia* & alia plurima.

Onesicritus Xenophonte tanto inferior habendus, quanto exemplum archetypo.

Onetor, Contra hunc Demosthenes scripsit Orationes de judicio ἐξούλης sive de vi. Fuit autem unus ex choragis, cujus etiam Isocrates in Oratione de retributione mentionem facit.

Onosander Philosophus Platonicus scripsit *Tactica* sive de acie instruenda. *De strategematibus*. *Commentarios in libros Platonis de Rep.*

Ophelio Comicus, ex cujus fabulis sunt teste Athenæo Δουαλίων, Καλλιγυνής, Κίνναυος, Σάτυροι, Μύσαι, Μονότροπος. Meminit illius libro secundo Dipnosophist.

Ὦ φήμερε. *O brevis ævi homo.* Ita Socrates apud Aristoph. in Nubibus ad Strepsiadem. Quod ipse animum ad res divinas intentum haberet, vel quia Socrates Sileno similis esse dicebatur, simus enim & calvus erat, apud Pindarum quippe Silenus ad Olympum: ὦ τάλας, ἐφήμερε, νήπια, βαίζεις χρήματά μοι ἀλαλατόν. *O miser, mortalis, stulte, verbis magnificis apes tuas mihi jactas.*

Oppianus Cilix ex Coryco civitate Grammaticus & poëta Epicus, qui vixit sub M. Antonino (Caracalla) Imp. Scripsit *Halieutica* (de piscatione) libros V. *Cynegetica* (de venatione) libros IV. *Ixeutica* (de aucupio) libros II. Cum autem poemata ejus apud Imp. lecta fuissent, is pro singulis

singulis versibus aureum staterem sive nomisma ipsi donavit, ita ut pro omnibus versibus viginti millia nomismatum acciperet.

Ὀψαρτυσική, ars culinaria. Artemidorus Pseudaristophanius voces ad artem culinariam pertinentes collegit.

Ὀργάν. Herodotus conspicatus Thucydidem quasi instinctu quodam Numinis lacrymantem (cum Herodotum historias suas legentem audisset) ad patrem Thucydidis dixit: beatum te duco, Olore, optimæ prolis caussa. Filius enim tuus animum habet disciplinarum cupidum.

Oribasius Sardianus, familiaris amicus Juliani parabatæ, a quo CPolis quæstor est constitutus. Scripsit πρὸς τοὺς ἀπορεῖντας τῶν ἰατρῶν *ad Medicos dubitantes*, *libros IV. Ad Julianum Imp. libros LXXII. Epitomen eorum. Libros IX. ad Eustathium filium.* Item *de Regno* & *de Affectibus.*

Origenes qui & Adamantius, vir clarissimus & subactus in omni genere disciplinæ, auditor Ammonii Saccæ Philosophi de cujus vita & scriptis plura affert Svidas ex Eusebii libro VI. Sophronio & Cedreno, narratque inter alia, Ambrosii Alex. precibus Scripturam S. explicasse intra XVIII. annos, & librorum scripsisse ad sex millia, atque ob eorum multitudinem, dictum συγγραφεύς. &c.

Orion Thebanus Ægyptius scripsit *collectionem sententiarum* seu ἀνθολόγιον *florilegium* ad Eudociam Imp. Theodosii junioris uxorem libris III.

Orion Alexandrinus Grammaticus scripsit ἀνθολόγιον. *Atticorum vocabulorum collectionem. De Etymologia. Encomium Adriani Cæsaris.*

Orpheus ex Lebethris Thraciæ oriundus, (Lebethra civitas Pieriæ vicina) Oeagri & Calliopes F. Oeager quintus ab Atlante ex Alcyone una filiarum ejus. Vixit undecim ætatibus ante bellum Trojanum, ipsumque Lini discipulum fuisse dicunt & novem ætates vixisse. Alii undecim. Scripsit τελεταῖς, qui ab aliis Jonis Tragici esse dicuntur. In his etiam fuerunt illa quæ dicuntur ἱεροὶ λόγοι Κλείους (an κλῆσις) καθοδικαί. Διαθῆκαι. Ἱεροὶ λόγοι *sacros sermones* libris XXIV. Hi vero dicuntur esse *Thesprotici* Thessali, alii eos *Cercopi* Pythagoreo tribuunt. *Oracula* quæ ad *Onomacritum* referuntur. Τελεταὶ *Initia*, quæ itidem Onomacriti esse dicuntur. In his etiam est liber *de lapidum sculpturis* qui ὑγδοηκοντάλιθος inscribitur. Ἔκφρασις. Hæc *Timoclis* Syracusani & *Pergini* Milesii esse dicuntur. Κρατῆρες, hi *Zopyro* tribuuntur. Θρονισμοὶ μητρῴους *thronismos magnæ Matris Deorum* & *Bacchica* quæ *Nicia* Eleatis esse dicuntur. *Descensus ad Inferos*, quod opus *Hieroclis* Perinthii

thii esse fertur. *Peplum* & *Rete*. Et hæc *Zopyro* Heracleotæ tribuuntur, ab aliis *Brontino*. Ὀνομαστικόν, versibus heroicis MCC. *Astronomiam*. Ἀμοιροπίαν. Θυηπολικὸν sive *librum de sacrificiis*. Ὠοθυτικὰ ἢ ὠοσκοπικὰ *de divinatione ex avibus*, versibus heroicis. Καταζωστικόν. *Hymnos*. *Corybanticum* & *Physica*, qvæ *Brontini* esse dicunt.

Orpheus Ciconeus vel Arcas ex Bisaltia Thracica, poëta epicus. Fuit & hic ante Homerum, duabus ætatibus Trojano bello antiqvior. Scripsit *fabulas*, *Epigrammata*, *hymnos*.

Orpheus Odrysius poeta epicus, qvem tamen Dionysius ne exstitisse qvidem dicit. Nihilominus poemata qvædam ei tribuuntur.

Orpheus Crotoniates poeta Epicus, qvem Pisistrato tyranno familiarem fuisse Asclepiades libro Grammaticorum sexto tradit. Scripsit Ἀργοναυτικήν, *Argonautica* & alia qvædam.

Orpheus Camarinæus poeta epicus, cujus esse dicunt *descensum ad Inferos*.

Orpheus Rex Thracum, cujus tempore Amazones Phrygas sibi tributarios fecere.

Tempore Judicum Judæorum, post sublatum Athenienſium regnum Orpheus clarus fuit vir sapientissimus & multorum mysteriorum peritissimus. Hujus etiam feruntur περὶ Θεογωνίας λόγοι, (Kusterus ex Jo. Malala & Cedreno περὶ Θεογονίας) in qvibus inter alia & hæc dicit: Ætherem principio à Deo conditum fuisse, & ab utraqve Ætheris parte fuisse chaos &c.

Orphei lyra.

Orus Alexandrinus Grammaticus qvi CPoli docuit. Scripsit *de vocalibus ancipitibus*. *Quomodo gentilia sint efferenda*. *Solutiones propositionum Herodiani*. Πίνακα τῶν ἐαυτοῦ *indicem operum suorum*. *De encliticis particulis*. *Orthographiam* ordine alphabetico. *De* ει *diphthongo*. *Orthographiam* αι *diphthongi contra Phrynichum*, ordine alphabetico. *Florilegium sententiarum*.

Ostanæ. Sic olim apud Persas Magi vocabantur, qvi Zoroastri succesſerunt.

Οὐδὲν μᾶλλον. Sceptici sive Pyrrhonii, sectarum omnium decreta evertentes nullum ipsi dogma ponunt &c.

Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον Cum Epigenes Sicyonius tragœdiam in Bacchum feciſſet, hoc acclamarunt: *Nihil ad Bacchum*. Vel potius: olim certabant carminibus in Bacchum scriptis, qvæ & Satyrica dicebantur. Postea vero tragœdias scribere aggressi, paulatim ad fabulas & historias deflexerunt, nullam Bacchi mentionem amplius facientes.

Sic Chamæleon in libro de Theſpide. Theætetus vero in libro de proverbio refert Parrhaſium certantem Corinthi cum aliis pictoribus pinxiſſe Bacchum pulcherrimum, & Corinthios videntes æmulorum opera, exclamaſſe *quid ad Bacchum?*

ἐδέκτ' ἐγὼ ἕτον ὑποδέξομαι. In compotationibus Athenienſes olim carmen cantabant qvod vocabatur *Harmodium*, in Harmodium & Ariſtogitonem qvi Piſiſtratidarum tyrannidem everterant, cujus initium: φίλτατε Ἁρμόδιε οὔτι που τέθνηκας. Erant & alia ejuſcemodi carmina, qvorum unum *Admeti* vocabatur, alterum *Lamponis*. (Infra in παίζειν.)

Οὐκ ἐκόμπολάκων. Non utebar verbis tumidis, ut Æſchylus.

Οὐκ ἐνδον. Ridet Ariſtophanes Euripidem ut συλλογισμὸν &c. animas ab corporibus diſtinxit more Homerico, Homerus enim cum dixiſſet πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς *multas animas fortes heroum ad orcum demiſit*, ſubjungit: αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχεν *ipſos vero prædam fecit canum.*

Οὐτίδες. Utides & Soritæ, Paralogiſmi qvidam ita appellati.

Οὐ χρή, Æſchylus de alcibiade: μὴ ἀναθρέφειν φρόνημα ἔχοντα, *ne virum callidum in civitate alas: ſi vero alueris, ne eum irrites ſed blanditiis demulceas.* Euripides ſvaſit, non recipiendum in urbem leonis catulum. Bacchus ad hæc: (apud Ariſtoph.) difficulter ſententiam fero uter melius dixerit. Nam σοφὸς Æſchylus, Euripides σαφὴς.

Pacatus, Minucius idem dictus & Irenæus, Alexandrinus Grammaticus ſcripſit *de Alexandrinorum dialecto* ſive *de Græciſmo libros VII.* ordine Alphabetico. De *uſu Atticorum tam in dictione qvam in proſodia, libros III.* ordine alphabetico. *De proprietatibus Atticæ & Dorica dialecti. De Atticiſmo* & alia multa. (Supra, in Irenæus.)

Pæanes duo erant, unus ἐνυάλιος ſive Marti, ſub initium prælii vel ante pugnam, alter poſt victoriam Apollini. Pæaniſmus carmen qvod canitur ab iis qvi à malis qvibusdam liberati ſunt.

Palæphatus Athenienſis, poëta epicus, Actæi & Bionis F vel ut alii, Jocis & Metaniræ, vel Mercurii. Vixit ſecundum qvosdam poſt Phemonoem, ſecundum alios ante eam. Scripſit κοσμοποιΐαν *poëma de opificio Mundi* verſibus qvinqvies mille. *Apollinis & Dianæ nativitatem*, verſibus MMM *Veneris & Cupidinis voces & ſermones* verſibus qvinqvies mille. *Minervæ & Neptuni contentionem*, verſibus mille *Latonæ comam.*

Palæphatus Parius vel Prienenſis qvi vixit tempore Artaxerxis. Scripſit *incredibilium libros V.* qvos qvidam Palæphato Athenienſi tribuunt. Sed & iſte de eodem argumento ſcripſit.

Palæ-

Palæphatus Abydenus Hiſtoricus. Scripſit *Cypriaca*, *Deliaca*, *Attica* & *Arabica*. Vixit ſub Alexandro Macedone, & Ariſtotelis Philoſophi deliciæ fuit, ut auctor eſt Philo ἐν τῷ στοιχείῳ τῷ περὶ ἀληθοῦς ἱστορίας βιβλίῳ α & Theodorus Ilienſis libro II. Troicorum.

Palæphatus Ægyptius aut Athenienſis, Grammaticus, ſcripſit Theologiam Ægyptiacam. Fabuloſorum librum I. Fabuloſe dictorum ſolutiones. Argumenta in Simonidem. Res Trojanas, quod opus alii Pario Palæphato tribuunt. Scripſit & hiſtoriam propriam ἱστορίαν ἰδίαν.

Palamedes Eleates Grammaticus ſcripſit de Comica & Tragica dictione. Ὀνοματολόγον ſive nomenclatorem. Commentarium in Poëtam Pindarum.

Palamedes Nauplii & Climenes F. Argivus, poëta epicus, & conſobrinus Regis Agamemnonis, non minus acutus philoſophus quàm poëta ingenioſus. Idem inventor litterarum ζ, π, φ, & χ, itemque calculorum & teſſerarum & aleæ & menſurarum ac ponderum. Poëmata ejus, Agamemnonis poſteri ex invidia aboleverunt. Exiſtimo & poëtam Homerum quod eadam invidia laboraret, nullam ejus mentionem feciſſe. Carmina Palamedis propter invidiam ab Homero abolita ſunt &c.

Palladius Palladii F. Methonæus Sophiſta qui vixit ſub Conſtantino Imp. Scripſit *de Romanorum feſtis*. *Diſputationes*. *Orationes* diverſas ut *Olympiacam*, *Panegyricam*, *Judiciales*.

Pamphile Epidauria, ſapiens, filia Soteridis cujus eſſe dicuntur commentarii qui Pamphilæ nomine feruntur (ut auctor eſt Dionyſius libro XXX. hiſtoriæ Muſicæ) vel Socratidis mariti ejus. Scripſit *commentarios hiſtoricos libris XXXIII. Epitomen Cteſiæ, libris III. Epitomas hiſtoriarum* aliorumque librorum quamplurimas. Περὶ ἀμφισβητήσεων *de controverſiis*. *De re Venerea*. Et de aliis multis.

Pamphilus Amphipolita vel Sicyonius vel Nicopolita, Philoſophus cognomento Φιλοπράγματος. Scripſit *imagines* (herbarum) ordine Alphabetico. *Artem Grammaticam*. *De pictura & pictoribus illuſtribus*. *De re ruſtica libros III.*

Pamphilus Grammaticus Ariſtarchus ſcripſit *pratum* ſive variarum rerum collectanea. *De gloſſis ſive vocabulis libros XCV.* à litera E usque ad Ω. Nam ab A usque ad Δ Zopyrion compoſuerat. *In Nicandri loca*

ab aliis explicata, & quæ vocantur Θηριακὰ sive *de serpentibus*. *Artem Criticam* & alia plura Grammatica.

Pamphilus qui in conviviis versus semper loquebatur, ut refert Athenæus in Dipnosoph.

Pamphilus Demagogus Athenis &c.

Pamprepius qui apud Zenonem (Imp.) multum potuit, natus Thebis urbe Ægypti, ingenio ad omnia apto præditus poëta & ad poësin aptus, cum Athenas venisset, à civitate delectus Grammaticus, multos ibi docuit annos. Simulque sub magno Proclo eruditus est in omnibus reconditæ sapientiæ partibus. Hinc nulli secundus videri volens cum omnibus Philosopis excepto Proclo contendebat, Plutarchum etiam Hierii F. Athenienſem & Hermiam Alexandrinum, Rhetorem doctrinæ gloria superare studebat. Cum autem à calumniatoribus apud Theagenem illius loci civem delatus, & gravius quam magistrum deceret exagitatus fuisset, Byzantium venit, ubi in urbe in qua omnes Christiani essent, Græca sua religione, quam non dissimulabat, opinionem attulit hominibus se alia quoque arcana (Magica) doctrina esse præditum. Itaque Hillus eum poëma quoddam recitantem eum audisset, commendatum sibi habuit & stipendium ipsi dedit partim de suo partim de publico. Deinde invidi persvadentes Zenoni ac Verinæ, quod cum Hillo vaticinaretur adversus Imperatorem, effecerunt ut relegaretur. Hinc Pergamum Mysiæ venit, mox ad Hillum in Isauriam revocatur &c. Hillus iste cum esset literarum amans, volebat virorum eruditorum de anima disceptationes audire, cumque ex multorum qui aderant variis disputationibus & dissensu orationem sibi non constare appareret, Marsus grammatista sive litterator ex Pane Ægypti oriundus, orationem de anima diu meditatam eleganter recitavit, & quoniam ignarus inter ignaros, ut Plato dixit, facilius persvadere potest quam doctus, Marsi artificiosa laquacitate deceptus Hillus eum eruditiorem omnibus CPoleos doctoribus esse existimavit, & multa pecunia ex publico ipsi tributa τὰς φοιτώντας εἰς μυσεῖα, κατ' ἐκλογὴν ἐκέλευσε παιδεύειν, eos qui scholas frequentarent cum delectu docere jussit.

Πάν. Ex Æsopi anagnostæ libro de Helena, supra in ἰχθύς.

Panætius Rhodius, senior, Philosophus celeberrimus, cujus plurimi libri Philosophici circumferuntur.

Panætius

Panætius junior Nicagoræ F. Rhodius, Philoſophus Stoicus, Diogenis diſcipulus & præceptor *Scipionis* Africani poſt Polybium Megapolitam. Obiit Athenis.

Pancratius Sophiſta ſcripſit commentarium in Minuciani artem Rhetoricam.

Pancratius. Hujus feruntur Opſartytica, in quibus varios artis culinariæ modos tradit. Floruit tempore Leonis ſenioris, usque ad Zenonem.

Πανδελετείους γνώμας. Pandeletus ſycophanta fuit litium amans, idemque Sophiſmata ſcribebat & unus erat ex illis qui circa judicia crebro verſabantur. Meminit ejus Cratinus in Chironibus.

Panolbius, poëta. Scripſit diverſa: velut carmen *ad Ætherium* morbo defunctum. *Ad Erythrium*. *Ad Dorotheum*, præſidem & comitem. *In Aphthonium* comitem. *Epitaphium Hypatiæ*, Erythrii filiæ.

Πάνσα ὀκτώ. Ajunt Steſichorum Catanæ ſplendide ſepultum fuiſſe ad portas quæ ab eo Steſichoreæ vocantur, ipſo monumento octo columnas habente, octo item gradus & angulos octo. Alii tradunt Aletem cum Corinthios in unam civitatem oraculo juſſus coëgiſſet, cives in octo tribus, & urbem in octo partes diſtribuiſſe.

Panyaſis Polyarchi F. Halicarnaſſeus, prodigiorum interpres & poeta epicus, qui poeſim extinctam in uſum revocavit. Duris Samium fuiſſe tradit, Dioclis filium: Herodotus Thurium. Polyarchus frater fuit Lyxi, quem Herodotus patrem habuit. Alii non Lyxum Herodoti patruum: ſed Dryonem Herodoti matrem Panyaſidis ajunt ſororem fuiſſe. Panyaſis natus eſt Olympiade LXXVIII. Secundum alios antiquior fuit & tempore belli Perſici vixit, occiſus à Lygdamide, tertio Halicarnaſſi tyranno. Inter poetas alter ei poſt Homerum locus tribuitur: ſecundum alios vero poſt Heſiodum etiam & Antimachum. Scripſit Ἡρακλειάδα *de rebus geſtis Herculis libros XIV.* verſibus circiter 9000. Ἰωνικὰ, *de Codro & Neleo, coloniisque Jonicis*, carmine pentametro, verſibus circiter 7000.

Paphnutius urbis cujusdam in ſuperiori Thebaide Epiſcopus, vir Deo carus, & miraculis inclytus. Huic perſecutionis tempore oculus effoſſus fuit, quem Imperator (Conſtantinus) frequenter accerſebat, oculumque ejus deoſculabatur. Cum autem Epiſcopis in Synodo (Nicæna) viſum eſſet, ut quicunque in ſacrum ordinem allecti eſſent, Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi abſtinerent à concubitu

uxorum, quas cum laici essent, matrimonii jure sibi sociaverant: surgens vociferatus est non esse imponendum grave hoc jugum clericis & sacerdotibus, honorabiles esse nuptias &c. (ex Socratis lib. 1. cap. XI. Hist. Eccles.)

Pappus Alexandrinus Philosophus qui sub Imp. Theodosio seniore vixit, quo tempore etiam floruit Theon Philosophus qui in Ptolemæi Canonem scripsit. Libri ejus sunt χωρογραφία οἰκουμένη *Chorographia totius Orbis. Commentarius in quatuor libros magnæ syntaxis Ptolemæi. Descriptio fluviorum qui sunt in Lybia. Interpretationes somniorum.*

Παραστάσις. Heraclides Ponticus &c. è Laertii V. 92. seq.

Πάριον ab Alexandro Paride dictus locus qui antea Amander. Illuc à patre Priamo missus Paris ingenio felici præditus & per triginta commoratus annos ibi in omni Græcorum sapientia eruditus fuit. Edidit *orationem in Veneris laudem*, quâ Minervæ eam & Junoni prætulit. *Hymnum* etiam in eam cecinit qui *cestus* dicitur. Hanc belli (Trojani) causam fuisse scribunt ob raptam apud Spartanos Helenam &c.

Parmenides Pyretis F. Eleates Philosophus, discipulus Xenophanis Colophonii, vel ut Theophrastus testatur Anaximandri Milesii. Ipsius successores fuere Empedocles, philosophus & medicus, & Zeno Eleates. Scripsit Physiologiam versibus hexametris, & alia quædam oratione soluta, quorum Plato meminit.

Πάρων. Vide supra, ὁ δεῖνα ἐγώ.

Parrhasius Evenoris F. & discipulus genere Ephesius, pictor.

Parthenius Heraclidis & Eudoræ, vel ut Hermippus ait Thetæ F. Nicæensis aut *Myrleanus*, elegiacorum & variorum carminum poeta. Hic à Cinna captus est, Romanis cum *Mithridate* bellum gerentibus. Postea dimissus est propter doctrinam, & vixit usque ad Tiberium Cæsarem. Scripsit *elegias in Venerem. Aretes uxoris epicedium. Aretes encomium tribus libris*, & alia multa.

Parthenius Chius poeta Epicus, filius Thestoris, qui cognominatus fuit Chaos. Ab Homero genus duxit. Scripsit *de Thestore* patre suo, item *Metamorphoses*.

Pases ingenio molli & effœminato, sed qui arte magica omnes superavit, adeo ut incantationibus suis efficeret ut cœnæ sumtuosæ conspicerentur & præterea nonnulli qui ad mensam ministrarent, eademque omnia rursus evanescerent. Habuit & semiobolum ex mina *in μυᾶς* (Portus *ἐν μαγείᾳ*) ab ipso factum, qui cum ab ipso datus esset venden-

vendentibus, a qvibus aliqvd emere volebat, apud ipſum rurſus inveniebatur ſi voluiſſet. Meminit ejus & *Apion* Grammaticus *ἐν τῷ περὶ Μάγου* in libro de mago.

Patricius floruit ſub Joviano Imp. fuitqve Lydus, qvi phænomenorum cœleſtium & ſignorum occurrentium conjector erat acutiſſimus.

Pattæcion vir cui qvæſtus erat calumniis alios vexare, & adoleſcentes integræ famæ & exiſtimationis laceſſere. Idem a Comicis perſtringitur ut fur & parietum perfoſſor &c.

Paulus Ægineta *Medicus* qvi *de re medica plures libros* ſcripſit.

Paulus Tyrius Rhetor, æqvalis Philonis *Byblii*, ad Adrianum miſſus legatus, Tyrum metropolim effecit. Scripſit *Artem rhetoricam*, *progymnaſmata* & *declamationes*.

Paulus Philoſophus ſcripſit *introductionem Aſtrologiæ* ſive *Apoteleſmatica*.

Paulus Germinus, Sophiſta, qui ſcripſit, *Lyſiæ eſſe duos illos libros qvi de dono Iphicratis circumferuntur*. Item *commentarios in* reliqvas *Lyſiæ orationes*.

Paulus Ægyptius Lycopolita, *Sophiſta*, filius Beſarionis qvi & Didymus dicitur, natus ſub Conſtantino Imp. ſcripſit *ὑπόμνημα*.

Paulus, Manentis æqvalis, Samoſatenſis, Antiochiæ magnæ Epiſcopus qvi Dominum nudum eſſe hominem, blaſpheme dixit, & ut in unoqvoqve Prophetarum ſic etiam in ipſo Divinum Verbum habitaſſe &c.

Paulus Hic cum Chryſantho Novatianæ Eccleſiæ præfuit, qvi prius qvidem doctor litterarum latinarum fuerat, deinde relicto inſtituto Grammatico ad vitam monaſticam tranſiit & talis fuit qvales monachos in ſolitudine degentes eſſe oportere Evagrius ſcribit &c.

Paurolas Phalaridis tyranni & Erytheæ, uxoris ejus F.

Pauſanias Lacon, hiſtoricus. Scripſit *de Helleſponto*, *Laconica*, *Chronica*, *Dr Amphictyonibus*, *De feſtis Laconicis*.

Pauſanias Cæſarienſis *Sophiſta*, æqvalis Ariſtidis, cujus *Philoſtratus* in vitis Sophiſtarum, ut oratoris inepti meminit. Scripſit *de ſyntaxi librum*. *Problematum librum unum*, & alia.

Pauſon pictor. Æſculapius Pauſonem & Irum & qvemvis alium pauperem ſanaverit. *Proverbium*: Pavſone pauperior.

Paxamus vir doctus ſcripſit *de arte culinaria*, ordine alphabetico. *Bœotica libris duobus*. *Dodecatechnum ſive ſchemis Venereis*. *De arte tinctoria libros duos*. *De re ruſtica libros duos*.

Περὶ Δημόκριτος, Quinquertio dictus eſt Democritus Abderites, callebat enim Phyſica, Mathematica & diſciplinas liberales, omniumqve artium peritus

peritus erat. Hujus est dictum : λόγος ἐχυ σκιά. *oratio umbra actionum.*

Pepli qvi panathenæis majoribus, Minervæ in pompa ferebatur, apud Oratores & Comicos mentio. In eo depictus erat Enceladus, unus è Gigantibus qvem Minerva occidit. Athenienses cum victoriam reportassent, peplum Minervæ fecerunt, & in eo depinxerunt viros qvi se strenue in bello gessissent.

Periander Cypseli F. Corinthius, unus ex VII. Sapientibus, qvi vixit Olympiade XXXVIII. Scripsit *præcepta de vita humana*, *versibus* 2000. Acceptum à patre regnum in tyrannidem vertit, &c. In ejus mortem Epigramma (Laërtii.)

Μήποτέ σε λυπήσῃ σε τὸ μή σε τυχεῖν τινος, ἀλλὰ
Τέρπου πᾶσιν ὁμῶς οἵοισι δίδωσι θεός.
Καὶ γὰρ ἀθυμήσας ὁ σοφὸς Περίανδρος ἀπέσβη.
Οὐκέτι ὧν ἔτυχεν πρήξιος ἧς ἔθελεν.

Ne te contristet, si non optata sequantur,
Sed placeant, dederit quæ tibi cunque DEus.
Nam sapiens, mœrore perit Periander acerbo
Extinctus, qvod non qvæ voluit valuit.

Pericles Xanthippi Imperatoris Athenienſium F. & auditor Anaxagoræ Clazomenii, orator & demagogus, qvi primus scriptam orationem habuit in judicio, cum illi qvi ipsum antecesserant, ex tempore dixissent. Uxorem duxit Aspasiam Milesiam & ex ea filios suscepit Xanthippum & Paralum, qvem contra instituta patria sic nominavit, heroïs indito nomine, qvod (Athenis) non licebat. &c.

Περίμαγοι. Supra, *μάγοι*.

Persæ. Magia & Astrologia à Magusæis primùm inventa fuit. Persæ ab indigenis vocantur *Magog*. Et Magusæi iidem sunt.

Persæus, Citieus, Philosophus Stoicus qvi etiam Dorotheus cognominatus fuit. Vixit temporibus Antigoni Gonatæ, filius Demetrii, discipulus & alumnus Zenonis Philosophi. Scripsit *Historiam.*

Perses Ascræus poëta epicus, Hesiodi poëtæ frater.

Petosiris Ægyptius, Philosophus scripsit *qva ratione Græci & Ægyptii Deorum cultum instituendum esse præceperint. Astrologumena* ex sacris libris excerpta. *De mysteriis Ægyptiorum.*

Petrus Magister, Rhetor & Historicus. Hic legatus ad Chosroën missus fingu-

ſingulari gravitate & eloquentia feroces & ſuperbos barbarorum animos mitigavit. Scripſit *Hiſtorias*, item περὶ πολιτικῆς καταστάσεως, *de ſtatu Reip.* (Idem eſt quem mox ſub Juſtiniano vixiſſe & ærarium compilaſſe Svidas ex Procopio ſcribit.)

Petrus Mongus Alexandriæ Epiſcopus, hæreticus fervidus (Αἱρετικός.) Euphemius vero Patriarcha orthodoxam fidem magno ſtudio defendit.

Φακᾶς. Supra, Dioſcorides.

Phædon Eleus, *Philoſophus*, *Socratis* auditor, auctor ſectæ Eliacæ quæ poſtea à Menedemo Eretrienſi dicta eſt Eretriaca. Ab Indis captum & Athenis venditum lenoni, Alcibiades ſvadente Socrate redemit, ex quo tempore philoſophari cœpit. Dialogi ejus ſunt: Ζώπυρος. Μήδιος, Σίμων, Ἀνδίμαχος ἢ πρεσβύτης, Νικίας, Σιμμίας, Ἀλκιβιάδης. Κεβέτης.

Φαιδριάς. Supra, in Æſopus.

Phædrax orator dicendi adeo peritus ut quamvis capitis accuſatus & in ipſo facinore deprehenſus fuiſſet, judicium tamen eluderet. Meminit Ariſtophanes.

Φαιός. Menippus Cynicus habitu furiæ indutus ἐρινύος ἀναλαβὼν σχῆμα circumibat dicens ſe ab inferis veniſſe ut hominum peccata obſervaret, &, quum eò rurſus deſcendiſſet, dæmonibus illic degentibus ea renunciaret. *Palla* ei tunica talaris, quam balteus puniceus cingebat. Pileus Arcadicus capiti impoſitus, cui intexta erant duodecim στοιχεῖα * ſive ſigna Zodiaci. Cothurni præterea tragici, barba ingens & baculus in manu fraxineus.

Phalaris Agrigentinus, totius Siciliæ tyrannus Olympiade LII. *Scripſit Epiſtolas* prorſus admirabiles. Ælianus ait Apollinem & Jovem patrem Phalaridi vitam per biennium prorogaſſe, quod Charitonem & *Melanippum* clementer tractaſſet.

Phallophori, Ithyphalli, & Avtocabdali, genera Muſicorum. *Avtocabdali* coronam hederaceam geſtabant. *Ithyphalli* larvas ebriorum & manicas variis coloribus diſtinctas, tunicamque talarem. *Phallophori* cortice bybli faciem velabant, hedera violisque coronati.

Phanes in Orphicis introducitur & Ericapæus &c.

Phnias ſive Phænias Ereſius, Philoſophus Peripateticus, Ariſtotelis diſcipulus.

* Vide de στοιχείοις quæ notavi ad S. Hieronymum de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 45.

pulus. Vixit Olympiade CXI. & poſtea, ſub Alexandro Macedone. Fuit & alter Phanias, dux exercitus.

Phaon adamatus à Sapphone, non illa poëtria ſed *Le*sbia quadam, quæ fruſtrata ſpe ſuâ de *Le*ucade rupe ſe præcipitavit.

Phariſæi, ſeparati quod ſe ab aliis diſtingverent vita pura & accurata Legis obſervatione. Scribis eadem inſtituta, continentia, vita conjugii expers &c. Exactiores etiam, admirandi *Eſſæi*. Cæterum Paulus Phariſaicam vivendi rationem ut optimam ſectatum ſe teſtatur (Philipp. III. 5.) Dormiebant Phariſæi in exiguis tabulis vel in ſpinis vel in ſcrupulis ne per ſomnium polluerentur. Apud eosdem Fatum & Aſtronomia magni fiebant.

Pherecrates Athenienſis Comicus, qui Alexandro in expeditionibus bellicis comes fuit. Fabulas docuit XVII. in his πετάλη.

Pherecydes Babis F. ex Syro inſularum Cycladum una prope Delum, Syrius. Vixit tempore Halyattis Regis Lydorum & VII. Sapientum æqualis fuerit, natus circa XLV. Olympiadem. Ferunt Pythagoram ab eo inſtitutum fuiſſe, ipſum vero non habuiſſe præceptorem, ſed proprio ſe exercuiſſe ſtudio, comparatis ſibi arcanis Phœnicum libris, κτησάμενον τὰ Φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία. Quidam tradunt eum oratione proſa primùm ſcribere inſtituiſſe, quod alii ad Cadmum referunt. Primus etiam animarum ex corpore in aliud corpus migrationem docuiſſe fertur. Sectatus eſt Thaletis opinionem. Obiit morbo pediculari. Omni aquæ ſcripſit hæc ſunt: Ἑπταμυχος· ἤτοι Θεοκρασία ἢ Θεογονία. ἔστι δὲ Θεολογία (Kuſterus legit ἤτοι Θεοκρατία ἢ Θεολογία, ἔστι δὲ Θεογονία) libris decem Deorum generationem & ſucceſſionem continens.

Philagrius Lycius Macrenſis, ut reperitur apud Evgenatorem. Sed ut ipſe Philagrius ſcribit ad Philemonem in Epiſtola de jecore indurato, fuerit potius medicus Epirota, diſcipulus Naumachii, poſt Galeni tempora qui Theſſalonicæ ut plurimum artem mediam exercuit. Compoſuit libros medicos LXX. ſi ſingulos numeres, aliaque opera non pauca. Item commentarium in Hippocratem.

Phileas, qui Andocidem ſacrilegii accuſavit.

Philemon Syracuſanus Damonis F. Comicus novæ Comœdiæ qui floruit regnante Alexandro, paullo ante Menandrum. Scripſit Comœdias circiter XC. & vixit annos XCIV. quidam annos CI. tribuunt. Extinctus

ctus est immoderato risu. Bello * inter Athenienses & Antigonum flagrante in Piræeo degens Philemon per somnium vidit novem puellas domo sua exeuntes. Somno solutus narravit puero somnium: & reliqva dramatis qvod cœperat absolvit. Postea involvens se vestibus stragulis, qviete jacuit & mox mortuus est repertus. *Aderant igitur, Epicure, Philemoni novem Musæ, & cum fatale illud & ultimum iter ingressurus esset, ab illo digressæ sunt. Diis enim nefas videri mortuos qvamvis sibi charissimos, ne aspectum polluant, morientium exhalationibus. Tu vero, stulte, ais eos ne curare qvidem res nostras.* Ælianus libro de providentia.

Philemon junior & ipse Comicus, filius Philemonis Comici, qvi docuit fabulas LIV.

Philepsius cujus ut hominis callidi meminerunt Comici antiqvæ Comœdiæ, & qvod inter concionandum populo fabellas narrare solebat, idem jocorum amans & φιλογαίγμων ut innuit Demosthenes oratione contra Timocratem.

Philetærus Athenienſis Comicus, filius Aristophanis Comici. Fabulæ ejus XXI. ex qvibus sunt hæ: Ἀχιλλεὺς, Κορυθαντιῶν, Φίλαυλος, Κέφαλος, Τηρεὺς, Ἄντυλλος, Οἰνοπίων (Nicostrato tributa ab aliis) tum Ἀταλάντη & Λαμπαδοφόροι.

Philetas Cous, Telephi F. clarus Philippi & Alexandri tempore, Grammaticus Criticus. Hic cum in inveniendo sophismate qvod *pseudomenum* vocatur, elaboraret, extenuato corpore obiit. Fuit præceptor Ptolemæi secundi, scripsitqve *Epigrammata*, *Elegias* & alia.

Philippicus Bardones Justiniano Imp. interfecto visus est inhoneste & segniter Imperium administrare. Et Partes in Oecumenico Concilio (CPol. A. 680.) congregatos anathemati subjecit, divinitus ab illis decretas duas in Servatore voluntates & actiones non admittens, adjutores nactus Joannem tunc urbis (CPoleos) summum Pontificem, & Germanum Cyzici metropolitanum, & alios Sacerdotes & Senatores plurimos.

Philippides Athenienſis, Comicus novæ Comœdiæ, filius Philoclis, vixit Olympiade CXI. docuit fabulas XLIV.

Philippus Amphipolites, historicus scripsit *Rhodiaca libris XIX.* argumenti valde obscœni. *Coiaca* libris II. *Thasiaca* libris II. & alia.

* Hæc qvæ deinceps ex Æliano Svidas affert, de altero Philemone intelligenda sunt, non de illo qvi risu est emortuus.

Philippus Sophista qvi scripsit *de spiritibus*, Herodianum secutus, secundum ordinem litterarum. Item *de synalœpha*.

Philippus Comicus, ex ejus dramatibus sunt Κωδωνιασταί teste Athenæo.

Philiscus Comicus, ex cujus dramatibus sunt Ἄδωνις, Διὸς γοναί, Θημοσυλλῆς, Ὄλυμπος, Πανὸς γοναί, Ἑρμῆς καὶ Ἀφροδίτης γοναί, γοναὶ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος.

Philiscus Corcyræus, Philotæ F. Tragicus & sacerdos Bacchi, qvi sub Ptolemæo Philadelpho vixit. Ab hoc Philiscium metrum apellatum est, qvod illo freqventer uteretur. Est autem ex secundo Tragicorum ordine, qvi septem numero, *plejas* sunt appellati. Tragœdiæ ejus sunt XLII.

Philiscus Ægineta qvi Alexandrum Macedonem litteras docuit, auditor Diogenis Cynici, vel secundum Hermippum, Stilponis. Scripsit Dialogos, ex qvibus est *Codrus*. Athenas profectus urbis illius visendæ gratia, cum audisset Diogenem, philosophari cœpit. Pater igitur fratrem ad illum accersendum misit, sed & ille Philosophiæ amore captus est. Deinde pater, utriusqve reducendi gratia eo profectus, & ipse philosophari cœpit. Discipulus Diogenis fuit etiam Phocion, ὁ χρηστὸς sive *bonus* cognomento. Sepultus est Diogenes Corinthi, cane in ejus monumento inciso. Sinopenses etiam statua illum honoraverunt & Epigrammate: γηράσκει καὶ χαλκὸς &c. ex Laërtii VI. 78.

Philiscus Milesius Orator, Isocratis Oratoris auditor, qvi prius tibicen admirabilis fuit. Unde Isocrates eum vocavit αὐλοτρύπην, *tibiarum perforatorem*. Scripta ejus sunt: Oratio Milesiaca, Aphictyonica, ars Rhetorica libris II. Isocratis ἀπόφασις.

Philiscus vel Philistus Syracusanus historicus qui Dionysii Siciliæ tyranni cognatus fuit, & in navali pugna cum Carthaginiensibus commissa obiit. Eveni elegiaci poëtæ discipulus. Scripsit Σικελικά, *Sicula*, qvo opere continentur res variæ à Siculis adversus Græcos gestæ. Item *Genealogiam*. *De Phœnicia*, & alia qvædam *de Insula Sicilia*. (Vide infra, Philistus.)

Philistion Prusaënsis, vel ut *Philo* ait, *Sardianus*, Comicus, qvi obiit tempore Socratis. Scripsit comœdias βιολογικὰς sive mimicas. Extinctus est risu immoderato. Ex fabulis ejus sunt Μισογύναι. Scripsit Φιλόγελων sive *risus amantem*, qvod opus ab aliis ad (Herniam) Curiensem refertur. Vulgo tamen Nicaënsis potius dicitur, ut testatur Epigramma:

ὁ τὸν

ὁ τὸν πολυπάνακτον ἀνθρώπων βίον,
γέλωτι κεράσας Νικαίνης Φιλιστίων.
Mortalium qui Vitam lachrymabilem.
Nicænus risu temperat Philiſtion.

Philiſtus Naucratita, vel Syracuſius Archonidæ F. diſcipulus Eveni, primus hiſtoriæ ſecundum oratoriam artem ſcriptæ auctor. Compoſuit *Ægyptiaca libris XII. Res Siculas libris XI. Adverſus Tricaranum orationem de Naucrate. De Dionyſio Tyranno libros VI. De Ægyptiorum Theologia libros III. Conciones* & alia qvædam. Item *de Libya & Syria.*

Φυλλίδαι, Phillidæ, familia Athenis. Ex hac eligi ſolebat Cereris & Proſerpinæ Sacerdos qvæ myſtas initiabat Eleuſine.

Philo Byblius, Grammaticus, qvi natus circa tempora Neronis, diu vitam produxit. Ipſe enim teſtatur *Severum Erennium* * Conſulem fuiſſe, ſe annum agente LXXVIII. Olympiade CCXX. Scripſit περὶ κτήσεως καὶ ἐκλογῆς βιβλίων *de comparandis & diligendis libris, libros XII. De urbibus, & claris viris qvas unaqvæqve tulit, libros XXX. De Imperio Adriani*, ſub qvo etiam vixit Philo, & alia. Erennius cognominatus hic Philo, ut ipſe teſtatur.

Philo Judæus, natus Alexandriæ qvi Græcorum Philoſophiam ſectatus ad ſumam eruditionem pervenit, omnesqve diſciplinas Græcas, tam eas qvæ encycliæ vocantur, qvam alias accurate perdidicit. Ubertate & copia dicendi adeo Platonem expreſſit. &c. (ex Sophronio interprete Hieronymi de Script. Eccleſ. & Euſebii ll. 4. & 17. Hiſt.)

Philo Carpathius ſcripſit Commentarium in Canticum Canticorum.

Philochorus Cygni F. Athenienſis, vates, qvi uxorem habuit Archeſtratam. Vixit temporibus Eratoſthenis qvem ſenem adoleſcens attigit. Obiit ex inſidiis, delatus apud Antigonum, ac ſi Ptolemæo ſtuderet. Scripſit Ἀτθίδα adverſus Demonem, de Athenienſium rebus geſtis, Regibus, Archontibus usqve ad Antiochum Θεὸν, libros XVII. De divinatione libros IV. De ſacrificiis lib. 1. De Tetrapoli. Salaminis Origines. Epigrammata Attica. De Athenienſium certaminibus libros XVII. Περὶ τῶν Ἀθήνησι ἀρξάντων de Archontibus Athenienſium à Socratide (Olymp. Cl. 3.) ad Apollodorum (Olymp. CXV. 2.) Olympiades, libris II. Adverſus Demonis Atticam Hiſto-

* hic ſub Adriano clarus fuit. Vide ſupra, in Hermippo Berytio.

riam. Epitomen Hiſtoriæ ſuæ Atticæ. Epitomen operum Dionyſii de Sacris Templis. De Sophoclis fabulis libros V. De Euripide. De Alcmane. De Athenienſium myſteriis. Collectionem Heroidum, ſive Pythagorearum fœminarum. Δηλιακὰ ſive de Inſula Delo libros II. De Inventis. De Luſtrationibus. De ſymbolis ſive ſignis.

Philocles Polypithis F. Athenienſis, Tragicus qvi poſt Euripidem vixit & χολὴ *bilis* cognominatus eſt & ἅλμων, *ſalſus*, propter amarulentiam. Scripſit tragœdias centum, è qvarum numero ſunt Ἠριγόνη, Ναύπλιος, Οἰδίπους, Οἰνεύς, Πρίαμος, Πηνελόπη, Φιλοκτήτης. Æſchyli Tragici ſororis filius, ipſe capite prominente & acuminato ut upupa, filium habuit Morſimum Tragicum ex qvo natus eſt Aſtydamas Tragicus, & ex iſto Philocles alter, belli dux,

Philonides Athenienſis Comicus antiqvus, qvi antè fullo fuit. Ex comœdiis ejus ſunt Κόθορνοι, Ἀτταγᾶς, Φιλέταιρος. Alius Philonides qvem perſtringit Ariſtoph. in Pluto & de qvo proverbium ἀπαραδιυτότερος Φιλωνίδου ἢ Μελιτέως.

Philopœmen inſtitutus à Cleandro Mantinenſi, paterno hoſpite. Poſtea adoleſcentiam ingreſſus Ecdemum ac Demophanem * ſectari cœpit, genere Megapolitanos, tyrannorum odio patria profugos & Arceſilai Philoſophi convictu tunc utentes, qvi in evertendo Nicocle Sicyoniorum Tyranno Aratum opera ſua adjuverunt.

Philoſophus qvi Platonis Leges in XII. libros diviſit, (decimum tertium enim ipſe addidiſſe fertur) Socratis & ipſius Platonis auditor, qvi contemplationi rerum cœleſtium vacavit. Vixit tempore Philippi Macedonis, & hæc ſcripſit: *De Solis & Lunæ intervallo. De Diis libros II. De tempore. De fabulis. De libertate. De ira. De retributione. De Locris Opuntiis. De voluptate. De amore. De amicis & amicitia. De ſcriptione*, περὶ ἁρμονίας. *De Platone. De eclipſi & magnitudine Solis & Lunæ & Terræ. De fulguribus. De Planetis. Arithmetica. De numeris fœcundis*, περὶ πολυγώνων ἀριθμῶν. *Opticorum libros II. Enopticon libros II.* Κυκλιακὰ *de circulis.* Μεσότητας *medietates* & alia.

Philoſtratus primus, Lemnius Veri F. pater ſecundi Philoſtrati, Sophiſta qvi artem oratoriam profeſſus eſt Athenis, vixitqve ſub Nerone. Scripſit

* Iidem infra apud Svidam minus bene vocantur *Ecdelus* & *Megalophanes*, Arceſilai Pitanæi diſcipuli.

Scripſit plures *orationes panegyricas* & *IV. Orationes Eleuſiniacas. Declamationes. Quæſtiones rhetoricas. Loca unde argumenta rhetorica depromi poſſunt. De nomine adverſus Antipatrum Sophiſtam. De tragœdia libros III. Gymnaſticum* ſive *de exercitiis eorum qui Olympiæ certant.* Διογνωμικὸν *de dignoſcendis lapillis* ſive gemmis. *Proteum. Canem ſive Sophiſtam. Neronem ſpectatorem. Tragœdias XLIII. Comœdias XIV.* Itemque alia plurima & memoratu digna.

Philoſtratus Philoſtrati qui & Verus dictus fuit, Lemnii Sophiſtæ F. & ipſe alter Sophiſta, qui primum Athenis, deinde Romæ artem oratoriam docuit ſub Severo Imp. uſque ad Philippum. Scripſit *Declamationes. Epiſtolas amatorias. Imagines* ſive *Deſcriptiones libris IV. Diſputationes. Capras ſive de fiſtula. Apollonii Tyanei vitam libris VIII. Forum.* Ἡρωικὸν *Heroicum. Vitas Sophiſtarum libris IV. Epigrammata* & alia quædam.

Philoſtratus filius Nerviani, qui Philoſtrati ſecundi frater erat, Lemnius & ipſe Sophiſta docuit Athenis, obiit & ſepultus eſt in Inſula Lemno. Auditor & gener ſecundi Philoſtrati ſcripſit *Imagines. Orationem Panathenaicam. Orationem de Troja. Paraphraſin clypei Homerici. Declamationes V.* Quidam etiam *Vitas Sophiſtarum* ipſi tribuunt.

Φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος. *Ambitioſiores Cleophonte, in cujus labris ſtrepit Threicia hirundo.* Deridet illum (Ariſtophanes) ut Thracem quod ex Traſſa natus eſſet. In hunc, qui erat Demagogus, etiam exſtat fabula Platonis, quæ ipſius nomine inſcribitur, Cleophon.

Philoxenus Evletidæ F. Cytherius Lyricus ſcripſit *Dithyrambos XXIV.* & carmine lyrico *Genealogiam Æacidarum*, obiitque Epheſi. Cytherii per Lacedæmonios in ſervitutem redactis emtus eſt ab Ageſylo quodam, & Myrmecis nomen ei impoſitum. Poſt Ageſyli mortem redemtus, & litteris inſtitutus eſt à Melanippide Lyrico. Calliſtratus Heracleæ Ponticæ natum eſſe ſcribit. Philoxenus poſtquam latomias Dionyſii Tyranni evaſiſſet, (Svid. in ἀπαγε & εἰς λατομίας) Tarentum Italiæ ſe contulit. Hinc rogatus per litteras à Dionyſio ut rediret, nihil reſcripſit ſed littera O identidem tabellæ inſcripta ſignificavit ſe invitationem repudiare. Hinc proverbium Φιλοξένου γραμμάτιον.

Philoxenus Alexandrinus, Grammaticus Romæ docuit: ſcripſit *de verbis monoſyllabis. De notis criticis in Iliade. De verbis in μι deſinentibus. De diplaſiaſmo. De Syracuſanorum dialecto. De Helleniſmo libros IV. De conjugationibus. De gloſſis libros V. De gloſſis Homericis. De Laconum dialecto. De dialecto Jonica*, & reliquis.

Phi-

Philyllius Athenienſis, Comicus antiquæ Comœdiæ, ex cujus fabulis ſunt: Ἀγγεῖς, Ἄυγη, Ἄνθεια, Δωδεκάτη (nomen hoc meretricis) Ἡρακλῆς, Πλούτρια ἢ Ναυσταία, Πόλις, Φερωφύχος, Ἀταλάντης Ἐλέη.

φιλύριος Κινησίας. Cineſias poëta Dithyrambicus fuit, qui φιλύριος dictus fuit (non ob levitatem vel pallorem, ut Svidas, ſed quod tiliaceis tabulis propter gracilitatem ſe foleret faſciare, ut rectus incederet, quemadmodum ex Athenæi XII. p. 551. Kuſterus recte notavit.)

φλέδων. Timon Antiſthenem Philoſophum carpens ob ſcriptorum multitudinem, παντοφυῆ φλέδονα *omnivarium rugatorem* appellat.

Phlegon Trallianus libertus Auguſti Cæſaris, vel ut alii, Hiſtoricus ſcripſit *Olympiadas libris XVI.* Continent autem res ubique terrarum geſtas usque ad Olympiadem CCXXIX Easdem etiam *VIII. libris* expoſuit. Deſcriptionem Siciliæ. De longævis & rebus mirabilibus. De Romanorum feſtis libros III. De Romæ locis & eorum nominibus. Epitomen Olympionicarum, & alia.

Philoſtorgius notat (Joſephum *) res Judæorum fuſius executum eſſe quam Phlegonem & Dionem, quippe qui tantum breviter eas & obiter attigerint. Cæterum illorum quidem quæ ad pietatem aliasque virtutes ſpectent, nec iſtum nec hos ullam habuiſſe rationem. Contra vero Joſephum videri timere & cavere, ne Græcos offendat.

φλύακες. Sotades ſcripſit phlyacas, id eſt cinædos, dialecto Jonica. Itaque & dicti ſunt λόγοι ἰωνικοί. Eodem poëmatis genere uſus eſt etiam Alexander Ætolus, aliique. (infra in *Sotade.*)

Phocylides Mileſius Philoſophus, æqualis Theognidis. Uterque annis DCXLVII. poſt bellum Trojanum vixit, Olympiade LV. Scripſit *carmina heroica & elegias. Præcepta ſive ſententias* quas παραίνεσις, ταρίκα inſcribunt. Sunt autem ex carminibus Sibyllinis ſurrepta.

Phœniciæ dictæ litteræ quod Lydi & Jones eas ab inventore Agenore Phœnice acceperunt, vel (ut Cretenſes affirmant) quod ἐν φοινίκων πετάλοις in palmarum foliis homines ſcriberent. Scammon libro ſecundo ἑυρημάτων ſive inventorum ait eas à Phœnice filia Actæonis ſic appellatas eſſe, quæ virgo obiit, habuitque ſorores Aglavrum, Erſen, Pandroſum.

Phœni-

* hujus potius nomen ſupplendum, quam cum Clariſſ. Kuſtero Juſti, criſtimo, quoniam mox infra Joſephi etiam diſerta mentio recurrit.

Phœnicides Comicus, ex cujus dramaribus ſunt Φύλαρχος, & μισόμισος teſte Athenæo in Dipnoſophiſt.

Phœnicum mendacium, propter ea quæ de dracone & Spartis & Cadmo, falſò dicuntur.

Phœnicum pacta. Phœnices qui Carthaginem condiderunt, cum ad Libyam navibus appuliſſent, rogarunt illius regionis incolas, ut ſe reciperent noctem & diem. Hoc impetrato, diſcedere noluerunt, quaſi pacti fuiſſent ſe noctes & dies ibi manſuros eſſe. Demon de Metapontinis ſimilia narrat.

Phormus Syracuſanus Comicus, æqualis Epicharmi, familiaris Geloni Siciliæ Tyranno & altor filiorum ejus. Scripſit Comœdias VII. quæ ſunt Ἀδμήτος, Ἀλκίνους, Ἀλκυόνες, Ἴλιὰς πόρθησις, Ἵππος, Κηφεὺς ἢ Κεφάλαιος, Περσεύς. Etiam Ἀταλάντης Athenæo memoratur. Primus uſus eſt talari veſte, & ſcena rubris pellibus adornata.

Φρασύντας Cleanthes Philoſophus &c. ſupra in Cleanthe.

Φρυγίλος ὄρνις, ἐξ Φιλήμονος γένους. Phrygilus eſt nomen avis. Philemon autem à Comicis perſtringitur ut Phryx & peregrinus & Car.

Phrynichus Polyphradmonis aut Minyæ F. aut Choroclis, Athenienſis Tragicus, diſcipulus Theſpidis qui primus Tragœdiæ inventor fuit. Vicit Olympiade LXVII. primusque muliebrem perſonam duxit in ſcenam & tetrametri fuit inventor, & filium habuit Polyphradmonem Tragicum. Ejus tragœdiæ hæ novem: Πλευρωνία, Ἀγγύπλοιοι, Ἀκταίων, Ἄλκηστις, Ἀνταῖος ἢ Λίβυες, Δίκαιοι, Πέρσαι, Σύνθωκοι ſive Σύνθακοι, Δαναΐδες.

Phrynichus Melanthæ F. Athenienſis Tragicus. Ex hujus fabulis ſunt Ἀνδρομέδα, Ἡρακλῆς. Fecit etiam Πυρρίχας. Athenienſes Phrynichum mille drachmis multarunt, quod de Mileti expugnatione tragœdiam docuiſſet.

Phrynichus Athenienſis, unus ex poſtremis veteris Comœdiæ Comicis qui fabulas docere cœpit Olympiade LXXXVI. Dramata ejus ſunt Ἐφιάλτης, Κόννος. Κρόνος, Κωμασταί, Σάτυροι, Τραγῳδοὶ ἢ ἀτελεύθεροι, Μονότροπος, Μοῦσαι, Μύσης, Ποιήσεως, Σάτυροι. Phrynichus & Lycis & Amipſias Comici ſubfrigidi.

Phrynichus, Bithynus, Sophiſta. Scripſit *Atticiſtam*, *de nominibus Atticis libros II.* Τιθημένων συναγωγὴν *collectionem Thematum*, *Apparatus oratorii libros XLVII.* ſecundum alios *LXXIV.*

Phrynis Ariſtoclidis, qui bello Medico florebat & genus à Terpandro ducebat,

cebat, discipulus, Citharœdus Mytilenæus, qui primus putatur apud Athenienses cithara ceciniſſe & in Panathenæis viciſſe, Archonte Callia. Ister in melopœis teſtatur Phrynidem fuiſſe Lesbium Canopis F. qui cum eſſet Hieronis tyranni coqvus, cum aliis multis Aristoclidi datus ſit. Sed ſi coqvus Hieronis fuiſſet, id non tacuiſſent Comici, qui Muſicam veterem modulationibus mollibus ab eo fractam & immutatam, ſæpe arguunt.

Phylarchus Athenienſis, vel Naucratites (aliis Sicyonius vel Ægyptius) Hiſtoricus. Scripſit *expeditionem Pyrrhi Epirotæ in Peloponneſum libris XXVIII.* Deducit autem hiſtoriam ſuam usque ad Ptolemæum Evergetem & Berenices obitum, & ad mortem usque Cleonymi Lacedæmonii, cui Antigonus bellum intulit. *Res ab Antiocho & Pergameno Eumene geſtas. Epitomen mythicam.* Περὶ τῆς Διὸς ἐπιφανείας *de apparitione Jovis. De inventis.* Παραβάσεων *libros IX.*

Φυσικὸς λόγος. Poſt moralia (Stoici) tractant de rebus naturalibus. Tria in rebus naturalibus ſpectantur, forma, materia & cauſa ob quam forma eſt in materia. Circa hæc verſantur methodi quinque: Phyſica, Ars particularis (ἡ κατὰ μέρος τέχνη) Dialectica, Mathematica, prima Philoſophia &c.

Pigres Car Halicarnaſſeus, frater Artemiſiæ bellica fortitudine claræ, Mauſoli uxoris: qui ſingulis verſibus *Iliadis* totidem *pentametros* addidit in hunc modum:

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηλϊάδεω Ἀχιλῆος,
Μοῦσα, σὺ γὰρ πάσης πείρατ' ἔχεις σοφίης.

ſcripſit & *Margitem* qui Homero vulgo tribuitur, item *Batrachomyomachiam.*

Πυθία ſortes in urnam demiſſæ, quas æreas fuiſſe innuit Demoſthenes Oratione de nomine &c.

Pindarus Thebanus, Scopelini vel potius Daiphanti aut Pagonidæ P. Nam Scopelini filius eſt obſcurior & Pindari alterius cognatus. Diſcipulus fuit Myrtidis mulieris, natus Olymp. LXV. Ita ut Xerxe in Græciam trajiciente eſſet annorum XL. Frater illi Erotion, filius Diophantus, filiæ, Eumetis & Protomache. Cum petiiſſet à Diis ut pulcherrimum in vita ſibi daret, compos voti factus eſt, obiit enim ſubito in theatro reclinatus ſuper Theoxeni amaſii ſui genua, annos natus LV. Scripſit hæc libris ſeptemdecim, dialecto Dorica: *Olympionicas, Pythionicas*, (Nemeonicas, Isthmionicas) *Proſodia, Parthenea, Enthroniſmos,*

ſmos, *Bacchica*, *Daphnephorica*, *Paeanas*, *Hyporchemata*, *Hymnos*, *Dithyrambos*, *Scolia*, *Encomia*, *Threnos*, *Tragœdias XVII.* & verſu hexametro *Epigrammata*, & oratione ſoluta παραινέσεις τοῖς Ἕλλησι, *admonitiones ad Græcos*, & alia plurima.

Pior monachus inter deambulandum comedebat, qværentiqve de cauſa reſpondit, nolle ſe ut rem ſeriam ſed obiter tantum hoc facere. Alii reſpondit, nolle ſe ut inter edendum voluptatem corporis animus ſentiret.

Piſander Piſonis & Ariſtæchmæ F. Camiræus ex Camiro Rhodi civitate, qvem Eumolpi poëtæ æqvalem & amaſium qvidam fuiſſe ſcribunt, aliis Heſiodo eum antiqviorem fuiſſe tradentibus, aliis referentibus ad Olympiadem XXXIII. Habuit & ſororem Diocleam. Scripſit Ἡρακλείαν ſive *poëma de rebus ab Hercule geſtis*, *libris II.* in qvibus clavam Herculi primus attribuit. Reliqva ejus poëmata adulterina putantur utpote partim ab aliis partim ab *Ariſteo* poeta ὑπ' Ἀρείου τοῦ ποιητοῦ compoſita.

Piſander Neſtoris Poëtæ F. Larandenſis aut Lycius, qvi vixit temporibus Imp. Alexandri Mammææ *F.* poëta epicus & ipſe. Scripſit *hiſtoriam variam*, verſibus qvam inſcripſit Ἡρωϊκὴν Θεογαμίαν *de Heroum & Dearum nuptiis* libros VI. item alia, oratione ſoluta.

Pittacus *M*ytilenæus Caici vel Hyrrhadii Thracis, & matris *L*esbiæ F. Natus Olympiade XXXII. unus ſeptem Sapientum. Scripſit *leges*, & Olympiade XLIX. Melanchrum Mytilenes tyrannum occidit, & Phrynonem Ducem Athenienſium pro *S*igeo bellum gerentem ſingulari certamine interfecit poſtqvam reti eum implicuiſſet. Senex coactus exercitum ducere dixit: ὡς χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι *quàm difficile eſt bonum eſſe*! Hujus apopthegma: καιρὸν γνῶθι. *Tempus noſce.* Scripſit *verſus elegiacos DC* & *de Legibus* oratione ſoluta.

Pixodarus. Vide ſupra, in Dexippo Coo.

Plato filius Ariſtonis qvi *A*riſtoclem patrem habuit & Perictyones vel Potones, genus trahentis à Solone. Sexta enim ab illa fuit filia Dropidis poëtæ, fratris *S*olonis. *S*olon à Neleo genus ducit & Ariſto Platonis pater à Codro Melanthi filio. Fertur *P*latonis mater ἐκ τοῦ Θοίας ὄψεως ex viſione qvadam divinâ gravida facta fuiſſe, cum ei Apollo apparuiſſet: & *P*latone in lucem edito tunc demum maritus cum ea concubuiſſe. Natus eſt Æginæ Olimpiade LXXXVIII. poſt initia belli Peloponneſiaci. Vixit annos LXXXII. Obiit Olympiade CVIII. cœlebs & virgo. Dormiens vita exceſſit, cum in feſto epu-

latus fuiſſet. Etiam alii poſt eum filii Ariſtoni nati ſunt. Adimantus & Glaucus, & filia *Potone*. Prima litterarum rudimenta à Dionyſio quodam didicit: in palæſtra ſe exercuit apud Ariſtonem Argivum. Cum artem poeticam didiciſſet, *dithyrambos* & *tragœdias* ſcripſit. His deinde ſpretis apua Socratem circiter XX. annos philoſophatus eſt. Et fertur *Socrates* qvod die ad ipſum venit Plato, in ſomnis vidiſſe cygnum genibus ſuis inſidentem. Ariſtocles prius dicebatur, poſtea Plato dictus eſt vel qvod πλατὺς τὸ στέρνον, lato eſſet pectore, vel qvod πλατὺς ἐν λόγοις in oratione copioſus. Ter in Siciliam profectus eſt ad tyrannos Dionyſios. Venditum à tyranno Anniceris Afer emit & manumiſit. Docuit in Academia, ſcholamqve ejus ordine hi exceperunt; *Speuſippus*, Xenocrates, Polemo, Crantor, Crates. Socratici fuere hi: Arceſilaus, Lacydes, *Evander* Phocæenſis, Damon Leonteus, Moſchion, Evander Athenienſis, Hegeſinus, Carneades, Harmadas. * *Dialogi* ejus genuini omnes ſunt LVI. qvorum alii ſunt Phyſiologici, alii Ethici, alii Dialectici. *Reſpublica* ejus in *libros decem* dividitur, *Leges* vero in *libros XII.* Reliqvæ tetralogiæ ſunt novem. Plato pauper fuit & ſolummodo in Academia poſſedit hortum, ex qvo trium aureorum Proventus quotannis redibant. Sed ſucceſſoribus ejus per liberalitatem hominum ſanctorum & eruditionis amantium, qvi philoſophiæ ſtudiis promovendis teſtamento ſua reliqverunt bona, totus reditus mille vel plurium etiam aureorum fuit. Plura deinde refert Svidas, qvæ Platonem hauſiſſe ex libris ſacris, vel ab Ægyptiis didiciſſe affirmat.

Plato Athenienſis, Comicus, temporibus Ariſtophanis, Phrynichi, Eupolidis & Pherecratis Fabulæ ejus XLVIII. è qvibus. Ἄδωνις, Ἀμφικτύονες, Γεύται, Δαίδαλος, Ἔοικται, Ἑλαΐς ἢ Νῆσοι. Εὐρώπη, Ζεὺς καταιβάτης, Ἰώ, Κλεοφῶν, Λάϊος, Λάκωνες ἢ Ποιηταί, Μέτοικοι, Μύρμηκες, Μαμμακυθώνιος, Μενέλαος, Νῖτρα, Νὺξ μακρά, Ξάνθαι ἢ Κέρκωπες, Πανταλγεῖς, Ποιητής, Πείσανδρος, Πρόσβοις, Παιδία, Σοφισταί, Συμμαχία, Σκύθαι, Σύρφαξ, Ὑπερβολος, Φαίων. Genere dicendi uſus eſt perſpicuo & claro uti ait Athenæus in Dipnoſophiſt. Ejus etiam ſunt Ἀδελφοί, Συνεξαπατῶν & Παντευρισκαί, aliæque plures.

Plotinus *Lycopolita*, Philoſophus, diſcipulus Ammonii qui antea erat σακκοφόρος ſive bajulus, magiſter Amelii quem Porphyrius audivit, ut Porphyrium Jamblichus, & hunc Sopater. Jam ſenex ſub Gallieno ad annum ejus ſeptimum, vixit ſcripſitque libros LIV. qui

in

* χαιρήμονας.

in ſex Enneades diviſuritur. Uſus eſt corpore imbellici ex morbo ſacro. Scripſit etiam alia.

Plutarchus Chæronenſis, Bœotius vixit Trajani Imp. temporibus & ante. Trajanus dignitate conſulari eum ornavit, edixitqve ne qvis magiſtratuum in Illyrio ſine ejus conſenſu qvicqvam faceret. Scripſit multa.

Plutarchus Neſtorii F. Athenienſis, Philoſophus, magiſter Syriani, præceptoris Procli Lycii, qvi ſchola philoſophicæ Athenis præfuit, & ſucceſſorem habuit Marinum. Scripſit multa.

Polemon Philoſtrati vel Philocratis F. Athenienſis, Philoſophus, diſcipulus Xenocratis qvi fuit Platonis ſucceſſor. Academiæ & ipſe præfuit, & cum antea luxuriæ deditiſſimus ſuiſſet, philoſophari poſtea cœpit. Multos ſcripſit libros, ſed qvorum nullus exſtat. Delectabatur præcipue Homero & Sophocle, utrumqve pari ſapientia præditum eſſe dicens, unde Homerum Sophoclem epicum, Sophoclem vero Homerum tragicum apellabat.

Polemon Evegeti F. Ilienſis ex vico Glycyia, donatus civitate ab Athenienſibus, ideoqve Helladicus adſcriptus: periegetes & hiſtoricus. Vixit tempore Ptolemæi Epiphanis. Sed Aſclepiades *Myrleanus* auctor eſt eum æqvalem fuiſſe Ariſtophanis Grammatici, & Panætium Rhodium etiam audiviſſe. Scripſit *deſcriptionem Ilii, libris III. Origines urbium qvæ ſunt in Phocide, & earum cognationes cum Athenienſibus. Origines urbium Ponticarum. De urbibus Laconicis* & alia plurima. In his & *τοῦ μιμνὸν περιήγησιν, Orbis deſcriptionem* ſive *Geographiam.*

Polemon ex Laodicea ad Lycum fluvium, Rethor & Sophiſta, qvi Smyrnæ docuit, Ariſtides Rhetoris magiſter. Vixit tempore Trajani & poſt ipſum, diſcipulus Timocratis philoſophi ex Heraclea Pontica oriundi & Scopeliani Sophiſtæ Obiit anno ætatis LVI. cum ſe ipſe in ſepulchrum conjeciſſet & inedia necem ſibi conſciviſſet, qvod articulari morbo vexaretur. Qvamobrem cognatis & amicis lugentibus dixit. *Date mihi aliud corpus, & in illud migrabo.* Medicis qvoqve crebro eum ſecantibus dixit: *Quam citiſſime Polemonis lapicidinas excidite.*

Polemon junior Sophiſta, Commodi temporibus.

Polles Ægienſis (ex Ægis urbe Aſiæ prope Magneſiam & Smyrnam) Philoſophus & vates. Scripſit ordine alphabetico *συμβολικὰ de ſignis ex qvibus futura conjiciuntur libros II. Οἰωνοσκοπικὰ Auguria* (ex avibus) *libris*

libris VIII. Arithmetica libris II. περὶ τῆς καθ' Ὁμήρου οἰωνοπολίας *de auſpiciis Homericis. De Tyrrhenorum divinatione.* ἰατρομαθηματικὰ *conjecturas medicas.* περὶ Θρυαλλίδος *de pico Martio.* ἱερὸν λόγον, *orationem ſacram.* κατοπτρικὸν *de ſignis domeſticis librum unum.* Θηρευτικόν *de venatione. De ſympathiis & antipathiis. De fulminibus & eorum obſervatione.* ἐνόδιον οἰωνισμα, *de ratione captandi omnia ex iis rebus quæ alicui in via occurrunt* ut ſi qvis hoc portans alicui occurrat, hoc ſignificat. (Supra in οἰωνιστικήν.)

Pollio (πωλίων) Aſinius, Trallianus Sophiſta & Philoſophus, Romæ eloqventiam profeſſus ſub Pompejo Magno, Timageni in ſchola ſucceſſit. *Philochori* Ἀτθίδα ſive opus *de rebus Atticis* in *epitomen* redegit ſcripſitqve *dicta & facta memorabilia Muſonii Philoſophi. Epitomen Diophanis Georgicorum libris II. Adverſus Ariſtotelem de animalibus libros X. De civili bello Romano Cæſaris & Pompeji.*

Pollio Valerius, Alexandrinus, Philoſophus qvi ſub Adriano vixit. Hujus filio Diodorus Philoſophus ſcripſit *enarrationem locorum difficilium qvæ apud X. Oratores reperiuntur.* Valerius compoſuit *collectionem vocabulorum Atticorum*, ordine alphabetico, & alia qvædam Philoſophica.

Pollio Grammaticus ſcripſit περὶ τῶν παρὰ γράμμα ἁμαρτανομένων de erratis qvæ circa litteram committuntur.

Pollux (Πολυδεύκης) Naucratita, Sophiſta, qvem qvidam ajunt Arduennæ Phœniciæ ortum, ſed falluntur. Docuit Athenis ſub Commodo Imp. & obiit anno ætatis LVIII. *Scripſit Onomaſticum*, qvod eſt collectio vocabulorum diverſorum qvæ de eadem re dicuntur, *libris X. Diſputationes* ſive *Sermones. Declamationes. Commodi Cæſaris epithalamium. Orationem ad Romanos habitam*, Ῥωμαϊκὸν λόγον. *Buccinatorem* ſive *certamen Muſicum. Contra Sinopenſes.* Πανελλήνιον *orationem in conventu totius Græciæ habitam.* Ἀρκαδικὸν *ad Arcades*, & alia.

Polus Agrigentinus, Orator, vel potius antiqvorum Sophiſtarum unus, Licymnii Magiſter. *Scripſit Genealogiam Græcorum & Barbarorum qvi ad Trojam bellum geſſerunt* & qvem exitum qvisqve eorum habuerit. Qvidam tamen opus hoc *Damaſiæ* tribuunt. *Navium catalogum. De vocabulis*

Polyænus Sardianus Sophiſta ſub primo Cæſare Cajo. Scripſit *Orationes forenſes & cauſarum ſive Patrociniorum formas*, δικῶν ἤτοι συνηγορικῶν ὑποτυπώσεις. *Parthici triumphi libros III.* & alia.

Polyænus Macedo, Rhetor. Scripſit *de Thebis. Tacticorum libros III.* & alia.

Poly-

Polybius Lyci F. ex Megalopoli Arcadiæ, Scipionis Africani præceptor & Panætii Philoſophi æqualis, tempore Ptolemæi Evergetis. Hic prolixam illam *Hiſtoriam Romanam libris XL.* ſcripſit, a fuga Cleomenis Spartani ad Perſeum Philippi F. Macedonum ſucceſſioni res à Romanis geſtas ordine adnectens. Polybii Hiſtoriam continuavit Poſidonius Olbiopolita Sophiſta. Strabo quoque Amaſeenſis ſcripſit hiſtoriam inde incipientem ubi Polybius deſinit, libris XLIII.

Polycarpus, Joannis Evangeliſtæ Theologi auditor, ſucceſſor Bucoli, primi Smyrnæorum Epiſcopi, martyrio pro Chriſto conſummatus eſt ſub Marco Antonino. *Epiſtolam* ſcripſit *ad Philippenſes*, πάνυ θαυμασίην omnino admirabilem & *ad magnum Dionyſium Areopagitam*, & *ad alias Eccleſias.* Hic ob quasdam ſuper die Paſchatis quæſtiones, Imperatore Antonino Pio, & Eccleſiæ Romanæ Epiſcopatum gerente Aniceto Romam venit, ubi multos qui Marcionis & Valentini doctrinæ crediderant, ad fidem revocavit. Marcioni obviam forte facto & dicenti, *agnoſce nos, Polycarpe*, reſpondit γινώσκω σε *agnoſco te primogenitum Diaboli filium.*

Polycrates Athenienſis, orator valde eloquens, qui poſt Anytum & Melitum Orationes contra Socratem ſcripſit.

Polyevctus Comicus, cujus drama ἡνίοχος memoratur Athenæo. Fuit & ætate noſtra * Polyevctus &c. Supra in ἡνίοχος.

Polygnotus pictor, Thaſius, Aglaophontis filius & diſcipulus, quem Athenienſes civitate donarunt, vel quod porticum pœcilem gratis pinxiſſet, vel ob picturas in Theſauro & Anaceo.

Polyzelus Comicus, cujus dramata ſunt: Νίττα, Δημοτιθάσιοι, ὑμνῶν γονεῖς, Διονύσου γονεῖς, Ἀφροδίτης γονεῖς.

Porphyrius petulanti & maledica lingva Chriſtianos inſectatus, proprio nomine dictus eſt Βασιλεύς (Malchus) ex Tyro Phœniciæ oriundus Philoſophus, diſcipulus Amelii, Plotino magiſtro uſi, Jamblichi magiſter, vixit Aureliani temporibus, & vitam produxit usque ad Diocletianum Imp. Audivit & Longinum Criticum. Scripſit libros quam plurimos, Philoſophicos, Rhetoricos & Grammaticos. *De divinis nominibus librum I. De principiis duos. De materia, ſex. De anima adverſus Boëthum, quinque. De abſtinentia ab animatis libros IV. De ſe ipſo*

* Ætatem Luciani intellige, qui in hunc Polyevctum Sophiſtam ſcripſit ſuam Pſeudologiſtam ἢ περὶ τῶν ἀπορουμένων, T. 2. edit. Amſtelod. p. 432. ſeq.

ipſo cognoſcendo, περὶ ἑ γνῶθί σεαυτόν, *libros IV. De incorporeis. Unam eſſe Platonis & Ariſtotelis ſectam, libros VII. In Julianum Chaldæum. Philoſophicam hiſtoriam libros IV. Contra Chriſtianos libros XV. De Homerica Philoſophia. Adverſus Ariſtotelem, qui animam entelechiam eſſe ſtatuit.* Φιλολόγυ ἱστορίας *hiſtoriæ philologicæ libros V. De genere, ſpecie, differentia, proprio & accidente. De Nili fontibus ſecundum Pindarum. De utilitate quam Reges ex Homero poſſunt percipere, libros X. Miſcellanearum quæſtionum libros VII. In Thucydidis proœmium. Adverſus Ariſtidem libros VII. In Minuciani artem* & alia plurima, præcipue Aſtronomica, inter quæ & εἰσαγωγὴν ἀστρονομικήν, *introductionem in res Aſtronomicas libros III.* itemque *dubia Grammatica.*

Poſidippus Caſſandrenſis, Cyniſci F. Comicus, qui tertio anno poſt Menandri obitum fabulas docere cœpit. Dramata ejus ſunt ad XXX.

Poſidonius Apameenſis Syrus aut Rhodius, Philoſophus Stoicus cognomine *athleta.* Scholam habuit Rhodi, diſcipulus & ſucceſſor Panætii. Venit Romam ſub M. Marcello. Scripſit multa.

Poſidonius Alexandrinus, Philoſophus Stoicus, Zenonis Citici diſcipulus. Scripſit *hiſtoriam* inde incipientem ubi deſinit Polybius *libris LII.* usque ad bellum Cyrenaicum & Ptolemæum. Item *declamationes Rhetoricas. In Demoſthenem argumenta.* Sed hæc puto potius eſſe Poſidonii Olbiopolitæ, Sophiſtæ.

Poſidonius Olbiopolita, Sophiſta & Hiſtoricus. Scripſit *de Oceano & rebus quæ in eo ſunt. De regione quæ Tyrica vocatur. Atticas hiſtorias libris IV. Libyca libris XI.* & alia quædam.

Poſidonius qui ſcripſit παλμικὸν οἰκόσμημα (ſupra, in οἰκουμένη.)

Poſtumius Romanus, Capua oriundus, initio aurifaber, deinde poſt trigeſimum ætatis annum Athenas profectus, Græcorum litteris eruditus & multis præclaris inſtructus ſcientiis ad ſeram ætatem vixit. Hic de ſe poterat uſurpare illud Heracliti (apud Julianum Orat. VI. p. 185.) ἐμαυτὸν ἐδιζησάμην, *meipſum quæſivi.*

Potamon Alexandrinus, Philoſophus vixit ante Auguſtum & illius tempore. Ejus eſt *in Platonis de Rep. commentarius.*

Potamon Mytilenæus, Lesbonactis F. Rhetor Romæ ſub Tiberio Imp. eloquentiam profeſſus. Hunc in patriam aliquando redeuntem Imperator talibus litteris inſtruxit: *Potamonem Lesbonactis F. ſi quis injuria afficere auſus fuerit, videat an mecum bellum gerere poſſit.* Scripſit *de Alexandro Macedone. Fines Samiorum. Bruti encomium. Cæſaris encomium. De perfecto Oratore.*

Potone,

Potone, *Platonis* Philosophi soror.

Pratinas Pyrrhonidæ vel Encomii F. Phliasius, poeta Tragicus qui cum Æschylo & Choerilo certavit Olympiade LXX. & primus Satyros scripsit. Hic fabulas docente, tabulata, in quibus spectatores stabant, ceciderunt, unde Athenienses theatrum exstruxerunt. Fabulas edidit L. quarum XXXII. Satyricæ. Semel vicit.

Πρόσδοκος. Philosophi qui cum Arcobindo in Persiam iverunt legati, fuerunt isti: Damascius Syrus, Simplicius Cilix, Eulalius (Agathiæ codices *Eulamius*) Phryx, Priscianus Lydus, Hermias & Diogenes Phœnices, Isidorus Gazæus. Hi omnes domum redierunt, Barbari hospitalitate valere jussa. Sed in pace Romanorum cum Persis, cautum est ut viris illis secure vivere liceret, nec contra animi sententiam ab avita (de Diis) opinione esset recedendum.

Priscus Panites Sophista, Theodosii jun. temporibus scripsit *Historiam Byzantinam & de Attila libros VIII.* item *declamationes Rhetoricas* & *Epistolas.*

Proæresius Pancratii F. ex Cæsarea Cappadociæ, Sophista qui Antiochiæ Ulpianum audivit. Athenis docuit paullo ante Libanium, maximis à Constantino honoribus ornatus. Scripsit *Declamationes Rhetoricas.* Vixit & sub Juliano Libanii temporibus, & Julianus ut Proæresio ægre faceret, Libanium vehementer coluit. (Supra in Libanio.)

Προκόπιος. Supra, in Philocle.

Proclus Mallotes, Cilix, Philosophus Stoicus. Scripsit *commentarium in Diogenis sophismata.* Et *adversus Epicurum.*

Proclus alter, Mallotes, Philosophus & ipse Stoicus.

Proclus Proculejus, Themistonis F. Laodiceæ Syriæ sacerdos sive hierophanta. Scripsit *Theologiam. In Pandoræ fabulam quæ est apud Hesiodum. In Nicomachi Isagogen Arithmeticæ*, & alia quædam *Geometrica.*

Proclus Lycius, discipulus Syriani & auditor Plutarchi Philosophi, Nestorii F. Platonicus Philosophus qui Philosophicæ Scholæ Athenis præfuit, habuitque discipulum & successorem Marinum Neapolitanum. Scripsit permulta Philosophica & Grammatica. *Commentarium in totum Homerum. In Hesiodi Opera & dies. De chrestomathia libros III.* Περὶ ἀγωγῆς *de disciplina Theurgica libros II. In Remp. Platonis libros IV. In Orphei Theologiam.* Συμφωνίαν sive *consensum Orphei, Pythagoræ & Platonis. In Oracula libros X. De Diis Homericis. Argumenta XVIII. contra Christianos.* Hic est Proclus ille qui secundus à Porphyrio impuram & petulantem linguam in Christianos strinxit. Adversus hunc *Joan-*

nes *Philoponus* ſcripſit, qui argumenta ejus XVIII. admirabili dexteritate refutavit, eumque vel in Græcis diſciplinis, quarum peritia ſe jactabat, indoctum & exiguo judicio præditum oſtendit. Scripſit etiam Proclus Μητρωακὴν βίβλον, *librum de Matre Deorum*, quem ſi quis in manus ſumat, ex eo intelliget Philoſophum ἐκ ἄνω θείας κατανοχῆς non absque divino afflatu omnem Deæ illius Theologiam in lucem protraxiſſe, ita ut aures non amplius turbentur lamentationibus quæ (in ſacris illis) audiuntur.

Proclus Imperatoris Juſtini quæſtor vir juſtus qui nullam legem temere ſcripſit &c.

Procopius illuſtris, Cæſarienſis, Palæſtinus Rhetor & Sophiſta. *Scripſit Hiſtoriam Romanam* ſive Belliſarii bella & res Romæ & in Africa geſtas. Vixit tempore Juſtiniani Imp. fuitque Belliſarii notarius & comes, omnibusque bullis & rebus geſtis à ſe deſcriptis ipſe interfuit. Scripſit & alium librum, qui prioribus additus eſt nonus, & *anecdota* inſcribitur, continens vituperationes & comicas inſectationes Juſtiniani Imp. & Theodoræ conjugis ejus, itemque Belliſarii & uxoris ejus.

Procopius In templo S. *Martyris* Procopii in Chelone, ſtatua cujusdam Evnuchi poſita eſt, in cujus pectore inſcriptum erat: *quisquis hoc ſignum loco moverit, laqueo pereat* &c.

Prodicus Ceius ex inſula Ceo & urbe Julide oriundus, Philoſophus Phyſicus & Sophiſta, æqualis Democriti Abderitæ & Georgiæ, diſcipulus Protagoræ Abderitæ. Athenis hauſta cicuta mortuus eſt velut qui juvenes corrumperet.

Προλῆψις. Chryſippus Naturalium Quæſtionum libro XII. tria dicit eſſe criteria, ſenſum, cognitionem & anticipationem. Epicurus vero prolepſin ait eſſe memoriam ejus quod extrinſecus ſæpius apparuit &c.

Prometheus Judicum Judaicorum tempore apud Græcos celebris fuit, qui primus invenit Gammaticam & Philoſophiam. Idem homines finxiſſe dicitur, quod rudes ſapientiam docuit. Tunc floruit & *Epimetheus* qui Muſicam invenit: & *Atlas*, qui quod Aſtronomiam interpretaretur, cœlum geſtare eſt dictus. Porro *Argus*, qui ob artium repertam ſcientiam multos oculos habere fingebatur. Tunc etiam fuit *Sibylla* fatidica, regnante apud Ægyptios Pharaone cui cognomen Taracho, & Athenis Cecrope qui ἀμφὶς ſive biformis dictus eſt ob corporis magnitudinem, vel quod ex Ægypto oriundus veniſſet

let in Græciam, vel qvod contra promiſcuum concubitum legem tuliſſet de virginibus uni viro collocandis. Hoc Cecrops fecit, qvi ab Ægyptiis genus ducens non ignoraret leges qvas Vulcanus regionis illius Rex tulerat. Ipſe Athenis regnavit annos qvinqvaginta.

Pronomus tibicen, cujus prolixam barbam perſtringunt Comici.

Προφητεία, alia ſpiritalis, alia diabolica: nam & prædictiones diabolorum prophetiæ dicuntur, alia naturalis, vel artificioſa, qvæ inter has eſt media, alia deniqve commnis & popularis. Ac ſpiritalis qvidem præcipue eſt ſanctorum: DEI autem diſpenſatione participes ejus qvoqve interdum ſunt illi qvi tales non ſunt, ut Pharao, Balaam & Caiphas. Diabolica ad ſolos diabolorum cultores pertinet. Ejus generis ſunt qvi ex inſpectione farinæ & hordei divinant, & Pythia ex quercu oracula captans, & Dodonæa ſacrificula, & aruſpices & obſervatores ſignorum & ſternutationum & ominum & fulminum & murium & muſtelarum, & ligni crepitantis, & tinnitus aurium & plapitationum corporis & nominum: itemqve qvi umbras mortuorum evocant, & ex aſtris, aqvis & aliis infinitis futura prædicunt. Nam divinatio ex ſomniis & apud nos qvidem in uſu eſt, ſed per afflatum divinum fit. Divinatio naturalis eſt animalium brutorum. Hirundines enim & grues & formicæ imminentem tempeſtatem præſentiunt, itemqve echini & alcyones, naturæ munere. Divinatio vero qvæ arte conſtat, eſt medicorum, conſiliariorum & gubernatorum. &c. At veræ prophetiæ proprium eſt, lingvam præbere miniſtram gratiæ Spiritus.

Protagoras Abderites, Artemonis vel Mæandrii F. Quidam Tejum fuiſſe ſcripſerunt. Primùm fuit bajulus, ſed Democritum cum audiſſet, doctrinæ captus amore, philoſophiæ operam dedit & eloqventiæ, primusqve cognominatus eſt Sophiſta. Idem contentioſum dicendi genus primus invenit, & centum minarum mercedem à diſcipulis exegit, λόγος ἔμμισθος, *ſermo mercenarius* ideo cognominatus. Magiſter fuit Iſocratis oratoris. Idem primus orationem diviſit in partes qvatuor, εὐχωλήν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἴυγγλήν. Alii poſt eum in ſeptem, διήγησιν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἴυγγλήν, εἰσαγγελίαν, * εὐχωλήν, πλῆσιν. Alcidamas qvatuor formas orationis ponit, φάσιν, ἀπόφασιν, ἐρώτησιν, προσαγόρευσιν. Protagoræ libri ab Athenienſibus cremati

 ſunt,

*Svid. infra in πυθμήν, εἰσαγγελίαν.

sunt, qvod aliqvando sic exorsus esset: περὶ θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, οὔτε ὡς εἰσιν, οὔτε ὡς οὐκ εἰσί. *De Diis scire non possum utrum sint, an vero non sint.* Platone Philosopho est antiqvior, fuitqve magister Prodici Cei & multorum aliorum.

Protogenes Xanthius ex *Lycia*, pictoria arte celebris qvi Bacchum, Διόνυσον (Leopardus XVI. 2. emendatt. ex Plutarchi Demetrio p. 898. legit * ἰάλυσον) Rhodi pinxit, opus incomparabile qvod admiratus est Demetrius Poliorcetes cum Rhodum per biennium obsideret adductis mille amplius navibus & plus qvam 55000. armatorum. Scripsit Protogenes *de arte pictoria & figuris libros II.*

Ptolemæus Cytherius Poëta epicus. Scripsit *de psalacantha*, qvam herbam esse dicit mira vi præditam.

Claudius Ptolemæus, Alexandrinus Philosophus tempore Marci Imp. Scripsit *tres libros Mechanicos. De ortu & significationibus stellarum inerrantium. Planisphærium. Canonem expeditum. Magnum opus Astronomicum* sive *Syntaxin*, & alia.

Ptolemæus Pindarion, Alexandrinus Grammaticus, Oroandri F. discipulus *Aristarchi*. Scripsit Homericorum exemplorum ὑπομνήματα libros III. De Homerico charactere. Adversus Neothalidem de dictione. De Utide Homerico. De asteropæo apud Homerum, & alia.

Ptolemæus Grammaticus, ἐνθύτης dictus qvod Aristarchum sequeretur. Auditor fuit Hellanici Grammatici qvi audiverat Agathoclem discipulum Zenodoti Ephesii. Scripsit περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πληγῶν, *de plagis apud Homerum. Commentarium in Odysseam.*

Ptolemæus Aristonici Grammatici pater & ipse Grammaticus, qvi ambo Romæ artem Grammaticam professi sunt. Scripsit ὁμοίως εἰρημένα τοῖς Τραγικοῖς, *de iis qvæ similiter dicta sunt à Tragicis. In Homerum libros qvinqvaginta.* Τὰ παρὰ τῷ ποιητῇ ξένως ἠνεγμένα, *de iis qvæ apud Homerum mira & peregrina traduntur. De Musis & Nereidibus.*

Ptolemæus Hephæstionis F. cognomine χέννος, Alexandrinus Grammaticus clarus sub Trajano & Adriano Impp. Scripsit *de historia paradoxa* sive mirabili. *Sphingem* drama historicum. ἀνθόμηρον sive *poëma Homeri æmulum, rhapsodiarum XXIV.* & alia qvædam.

Ptolemæus Ascalonites Grammaticus qvi Romæ docuit. Scripsit Homericam prosodiam. De Hellenismo, sive de recta loqvendi ratione libros

* Confer Franciscum Junium in artificum catalogo p. 184. seq.

libros XV. De metris, De Aristarchea Odysseæ correctione. De differentia vocabulorum. Item alia Grammatica.

Pulcheria Arcadii Filia nondum annos XV. nata Imperium optime administravit, fratremqve Theodosium erudiit, & pietate erga Deum accurate instituit multasqve instruxit Ecclesias. Nestorius *Pulcheriæ* invisus erat, criminabantur enim eam apud *Paulinum* Magistrum Sorores ejus *Arcadia* & *Marina*. Theodosius sæpe libellis non lectis nomen suum subscribebat. Itaqve *Pulcheria* ipsi subjecit libellum qvo conjugem Eudoxiam donari sibi petebat, ut ea ancilla uteretur &c.

Pylades Cilix ex oppido *Mistarnis*. Scripsit *de saltatione Italica*, cujus ipse inventor fuit. *De saltatione Comica* qvæ κόμικὸς vocabatur. Item *de saltatione Tragica* qvæ σίκιννις, & *de Satyrica*, qvæ ἐμμέλεια.

Pyrrhon Plistarchi F. Eleus Philosophus tempore Philippi Macedonis, Olympiade CI. & ultra. Primum qvidem pictor fuit, postea animum ad philosophiam applicans audivit Bryssonem Clinomachi discipulum, deinde Anaxarchum, discipulum Metrodori Chii, cujus magistet fuit Democritus Abderita. Statuit nihil esse natura honestum & turpe, sed omnia moribus & lege.

Pyrrhon Phliasius, Timarchi F. discipulus Timonis Philosophi.

Pyrrhonii Philosophi qvi Pyrrhonis sectam amplectebantur, dicti etiam aporetici, sceptici, ephectici, Zetetici &c. Sceptices primus auctor fuit Homerus, qvi nihil certi de rebus pronunciat. Septem etiam sapientes fuere Sceptici, qvorum est dictum *ne qvid nimis*. Archilochus quoque cum ait: Τοῖος ἐπ' ἀνθρώποισι νόος γίνεται θνητοῖσι, ἐποπτεύων ζωὸς ἡμέρην ἄγει, & Euripides (Supplicibus) τί δῆτα τοὺς παλαιτέρους βροτοὺς φρονεῖν λέγουσι; σὺ γὰρ ἐξηρτήμεθ' ἀρσένων τοιῶνδ' ἃ τυγχάνειν θέλω.

Pythagoras Samius, revera Thyrrhænus, Mnesarchi sculptoris annulorum filius, qvi cum patre Samum adolescens ex Tyrrhenia migravit ubi *Pherecydem Syrium*, deinde Hermodamantem audivit Creophyli nepotem, hinc Abaridem Hyperboreum & Zacatem *Magum*. Apud Ægyptios etiam & Chaldæos disciplinis institutus rediit Samum, qvam cum Polycratis tyrannide teneri vidisset, Crotonem in Italiam abiit, apertaqve ibi schola quingentos & amplius discipulos habuit. Fratres ei duo, natu major Eunomus, medius Tyrrhenus. Servus Zamolxis, cui Getæ ut Saturno immolant. Uxorem duxit Theanonem, Brontini Crotoniatæ filiam, ex qva filios duos suscepit, Telavgem & Damonem, vel ut alii, Mnesarchum: filiam qvoqve Myiam sive ut alii Arignotem. Scripsit Pythagoras tres tantum

libros παιδευτικὸν, πολιτικὸν & tertium qvi Lysidis Tarentini est potius, ejus discipuli, qvi Thebis, qvo fugerat, Epaminondam instituit. Qvidam *aurea carmina* qvoqve illi tribuunt. (Plurima deinde de Pythagora ejusqve morte, philosophia ac symbolis refert Svidas qvi etiam videndus in ἰδη.)

Pytheas, Athenienſis, Orator, milothri ſive piſtrinarii filius, ſcripſit *conciones* & *orationes forenſes* & alia qvædam, non annumeratus autem eſt (decem) oratoribus, ut homo audax & diſſolutus, qvi Athenis ob æs alienum ex carcere effugit in macedoniam, ac poſtea rediit.

Πυθικὸς βοὴ, vox cum cantu tibiæ conjuncta, carmen pythium. Hinc πυθάυλης, qvomodo pæana vocant.

Πύθιον. Templum Apollinis, Athenis à Piſiſtrato conditum in qvo tripodas ponebant, qvi cyclio choro Thargelia vicerant.

Python Byzantinus Orator qvi in exilium pulſus in *Macedoniam* abiit, ibiqve multos ad proditionem impulit &c.

Qvadratus Romanus, Hiſtoricus. Scripſit Jonica dialecto hiſtoriam Romanam libris XV. eamqve inſcripſit χιλιετηρίδα, qvod complecteretur res mille annorum à Roma condita ad Imp. Alexandrum Mammææ F.

Qvirinus Sophiſta, qvi *linguæ erarii*, γλώττης ταμιείου vocabatur, cujus cura ab Imperatore ei commiſſa erat.

Rhadamanti judicium, de iis qvorum teſtata eſt juſtitia. Rhamanti jusjurandum. ſupra, χῆνα ὀμνύναι, & Lampon.

Rhamnus de ſapientibus clarisqve viris dicitur. Rhamnus enim erat populus Atticæ in qvo Antiphon floruit, orator celebris, qvem multi imitari volentes, proverbium uſui vitæ reliqverunt, ut viri præclari, Rhamuſii vocarentur. Rhamnuſia Nemeſis, ſtatua qvam fecit Phidias & Erechtheus matris ſuæ nomine, qvæ Nemeſis vocabatur, & illo in loco regnaverat, dedicavit. Phidias Agarocrito Pario, amaſio ſuo permiſit nomen ſuum inſcribere; ut Olympiæ, digito Jovis inſcripſit Παντάρκης καλός. Erat Pantarces Argivus formoſus, ipſiusqve amaſius.

Ῥάριος. Rharus Cererem errantem & Proſerpinam qværentem hoſpitio excepit, pro qvo beneficio Ceres Triptolemum Celei F. Rhari nepotem agriculturam docuit, eique currum alatorum draconum dedit qvo vectus terram peragravit, & agriculturam homines docuit.

Rhapſodi dicebantur qvi carmina Homeri in theatris recitabant, qvod ῥάβδος

ſus;

δυς sive virgas tenentes, hoc facerent. Est etiam ραψῳδῆσαι nugari, vel simpliciter loqui & recitare.

Rheginos Xenarchus Sophronis mimographi F. ut timidos in comœdiis suis perstrinxit a Dionysio tyranno ad hoc inductus.

ῥησιαρχος qui oracula dicit, ut est apud Epicharmum. Vel, ut Asclepiades libro sexto τραγῳδουμένων, qui omnium optime noverat verum dicere.

Ῥήτωρ. Multis decretis cautum est, ne in Senatu ars oratoria adhiberetur si quis sententiam ferret de re quæ ad privatam ipsius fortunam non pertineret.

Rhianus Benæus ex Bena Cretæ urbe, vel Cereates, vel ut alii ex Ithome Messenes civitate. Hic primum fuit palæstræ custos & servus: postea litteris institutus Grammaticus evasit, æqualis Eratosthenis. Scripsit ἐπικὰ ποιήματα, Heraclidem libris XIV.

Rhinthon, Tarentinus, Comicus auctor hilarotragœdiæ sive phlyacographiæ. Figuli filius, sub Ptolemæo primo vixit. Fabulæ ejus Tragicocomicæ XXXVIII.

Rufus Ephesius Medicus qui cum Critone sub Trajano floruit. Scripsit libros plurimos, ex quibus sunt hi: *De ratione victus libri V. De victu navigantium. De medicamentis vulnerum. De vulneratione articulorum. De ficubus. De veteri medicina. De lacte. De vino. De melle.*

Rutilius Rufus tempore Scipionis vixit, in expeditionibus bellicis ei comes, & res tunc gestas litteras mandavit, fuitque tunc temporis tribunus militum, ut Appianus in Romana historia testatur.

ῥυσμός, Abderitica dialecto significat figuram. Aliis præterea vocibus non Græcis Democritus Abderites usus est, ut τροπὴν dixit situm, & διαθηγὴν ordinem.

Sabazius Bacchus dictus à clamore orgia celebrantium. Nam barbaris ἰναζειν est σαβάζειν, & ἰυασμὸν appellant σαβασμόν. Etiam σάβοι loca Baccho consecrata, & Bacchi sacerdotes. *Mnaseas Patarensis* Sabazium aiit esse Bacchi filium (*Svid in* Σάβοι.)

Sabinus Sophista qui vixit sub Adriano Cæsare. Scripsit Introductionem & argumentum materiæ declamationum libris IV. Commentarium in Thucydidem, Acusilaum & alios. Item alias quasdam enarrationes, (Frater ejus Sergius infra, Σέργιος.)

Sacas poëta Tragicus: & Sacæ gens Thracica. Ammonius philosophus Alexandrinus cognomento Sacas, ex Christiano factus est gentilis, ut ait *Porphyrius*.

Salustius

Saluſtius Sophiſta ſcripſit commentarium in Demoſthenem, Herodotum & alia.

Saluſtius *Mopſeates* Medicus, ſcripſit de Medicina, ſub Tiberio Imp.

Saluſtius Baſilidis Syri & Theocleæ Emeſenæ F. Athenis Alexandriam cum Iſidoro venit. Eloquentiæ præceptis ab *Eunoio* Sophiſta Emeſæ tunc verſante eruditus, publicas Demoſthenis orationes omnes edidicit, & orationes ſcripſit non inferiores illis. Noſtrum quoque civem (Damaſcii verba ſunt) *Marcellum* Eunoii ſodalem octo libros hiſtoriæ Thucydidis edidiciſſe ajebat, nihil tamen auditu dignum dicere potuiſſe. *Nonnum* etiam ajunt ſexies totum Demoſthenem edidiciſſe, ſed tamen ne os quidem aperire potuiſſe ut aliquam orationem commodam haberet. Saluſtius dicebat philoſophari hominibus non eſſe facile ſed potius impoſſibile, Heracliti more inſectator vulgi & deriſor falſus. Idem virtutem quintam, vocabat veram opinionem de Diis, quæ interdum ineſſe videtur etiam improbiſſimis. Philoſophabatur cynico more &c.

Saluſtius præfectus prætorio ſub Juliano &c.

Σαμίων ὁ δῆμος πολυγράμματος dictus ab Ariſtophane in Babyloniis, ſive quod Samii à tyrannis adincitas redacti, ob civium penuriam ſervis jus civitatis adſcripſerunt, ut Ariſtoteles tradit in Samiorum Rep. Vel quod apud Samios XXIV. litteræ primum inventæ à Calliſtrato, ut Andron in tripode ait. Archinus vero Athenaei F. Archonte Euclide Athenienſibus perſvaſit, ut Jonum litteris uterentur. Ariſtophanes autem Comœdiam *Babyloniis* docuit per Calliſtratum annis (XX.) ante Euclidem ſub Archonte Euclee. De eo autem qui rem iſtam Athenienſibus perſvaſit, ſcribit Theopompus. Alii cauſam afferunt, quod Athenienſes Samios in bello captos ſtigmate noctuæ notarent, Samii vero Athenienſes ſamæna quod eſt navigium bireme à Polycrate Samiorum tyranno primùm fabricatum, ut ait *Lyſimachus* libro ſecundo Noſtorum ſive de reditu.

Sanchoniathon Tyrius, Philoſophus, qui belli Trojani tempore vixit ſcripſitque *de Hermetis Phyſiologia* quæ (in linguam Græcam) translata eſt. *Antiqua Tyriorum inſtituta*, lingvâ Phœnicum. *Theologiam Ægyptiacam*, & alia.

Sandon Hellanici F. Philoſophus. Scripſit *argumenta in Orpheum*, librum unum.

Sannyrion, Athenienſis, Comicus. Ejus dramata: γύλας, Δανάη, Γῆ, ψοχαγωγοί, ut Athenæus in Dipnoſophiſtis.

Sappho

Sappho *Simonis* filia, vel Eunomini (al. Eumeni) vel Eeigyi, vel Ecryti, vel Semi, vel Camonis, vel Etarchi, vel denique Scamandronymi, & Clides, matris. Lesbia, Ereſo oriunda & Lyrica. Vixit Olympiade XLII. quo tempore floruerunt Alcæus, Steſichorus, Pittacus. Fratres ejus Larychus, Charaxus, Eurygius. Nupſit Cercolæ ditiſſimo viro ex Andro, unda nata ipſi fuit filia Clis. Amicæ Atthis, Teleſippa, Megara. Diſcipulæ Anagora *Mileſia*, Gongyla Colophonia, Eunica Salaminia. Scripſit *carminum lyricorum libros IX.* & prima plectrum invenit. Scripſit & *Epigrammata, Elegias, Jambos, Monodias.*

Sappho *Lesbia*, Mytilenæa, pſaltria de qua ſupra, in Phaon.

Ælius *Sarapion*, Rhetor, Alexandrinus. Scripſit *de vitiis declamationum*, Ἀκροάσεων ſive *auſcultationum libros VII. Panegyricum in Adrianum Imp. Conſultationes ad Alexandrinos. Rectene Plato Homerum è Rep. ſua ablegarit*, & alia multa. Item *artem oratoriam.*

Sarapion ſolum ferè Orpheum habebat & legebat: ſubinde Iſidorum de quæſtionibus occurrentibus interrogans, virum ſumma Theologiæ ſcientia inſtructum, quem ſolum familiarem norat & admittebat, nec ullum alium ſuarum, facultatum, duorum aut trium librorum, inter quos erat Orphei poëſis, dignum judicabat, putans ſe in illo perſpexiſſe vitam illam Saturniam, Poëtarum fabulis celebratam. Nam ille quidem poëtarum ſcriptis celebratus Chiron in Saturnii & Jovii regni confinio potius conſtitit, unde biformis eſſe traditur. Eodem tempore vir alius Alexandria venit, ex tota diametro, vel magis etiam, ſi ſic dicere fas eſt, quam ex diametro à Serapione diſtans: nam hic quidem Saturnius aut Jovius fuit, ille vero Typhonius, & Typhone verſutior bellua. Nullus enim eorum qui nunc vivunt hominum ignorat quo animo & qua fortuna fuerit *Pamprepius.*

Σαραπίων. Alcæus Pittacum vocavit σκεφτόδα, χαμαιτύπην, γάλφαια, φύσαιναν, γάστρωνα, ξοφοδοκίδα & ἀγασύρτην. (ex Laërtii lib. I. c. 81.)

Scindapſus, Inſtrumentum *Muſicum.* De Zenone Citieo (Timon:) ὁ δ' ἴρρη γύγαθος αὐτῷ μικρὸς ἦν, νῦν δ' ἄχρι ἐλάσσων σκινδαψῶν. *mentem habebat, minorem ſcindapſo.*

Σκίφος, Crantor Philoſophus poëtæ cujusdam verſus σκίφους plenos eſſe dixit.

Σκιρταλος. Diogenes Sinopenſis, jam ſenex, à Scirtalo pirata captus eſt.

Σκληρὰς ἀοιδὰς δασμὸν tributum duræ vatis, Sphingis, (apud Sophoclem Oedipo tyranno.)

Σκολιὰ, carmina convivalia. Σκολιῶν Μελίτου, Καρικῶν αὐλημάτων. Meli-

tus iſte fuit poëta Tragicus qui Socratem accuſavit. Perſtringitur à Comicis ut poëſi frigidus, & moribus improbis præditus. Carica, carmina lyrica lugubria.

Σκολιὸν, carmen paucorum verſuum. Timocreon Rhodius poëta epicus * tale ſcolium contra divitias ſcripſit, cujus initium eſt, ὄφελες ὦ τυφλὲ πλοῦτε, *o cæca divitiæ, utinam nec in terra nec in mari nec in continente unquam viſæ fuiſſetis, ſed in tartaro & acheronte habitaretis: Vos enim omnium malorum inter homines cauſſa eſtis.* His ſimile eſt decretum à Pericle ſcriptum, quo Megarenſes foro, mari, continente arcebantur.

Scopas Ætolorum prætor fruſtratus principatu cujus maxime cauſſa leges ſcribere auſus fuerat, Alexandriam cogitabat &c.

Scopelianus Clazomenius Sophiſta qui ſub Nerva vixit & Smyrnæ eloquentiam docuit, auditor Nicetæ, æqualis Apollonii Tyanenſis, ad quem etiam Epiſtolas Apollonius ſcripſit.

Σκύθης. Anacharſis fuit Scytha, ſed matre Græca natus & ideo διγλωσσος duarum peritus lingvarum, qui Scythis leges tulit.

Scylax Caryandenſis ex Caryanda Cariæ civitate prope Halicarnaſſum, Mathematicus & Muſicus. Scripſit periplum locorum extra columnas Herculis. De Heraclide Mylaſſorum Rege. Terræ periodum. ἀντιγραφὴν adverſus Polybii Hiſtoriam.

Scytale Epiſtola Laconica. Ligna erant duo polita & oblonga, quorum alterum Lacedæmoniorum ephori retinebant, alterum tradebant duci quem ad bellum emittebant, & quoties ei aliquid mandare volebant, albo loro lignum involebant & in eo mandatum ſcribebant, deinde lorum replicantes id tabellario tradebant aſportandum. Dioſcorides ἐν τοῖς περὶ νομίμων in opere de moribus & inſtitutis refert fœneratores dividere ſcytalam duobus teſtibus præſentibus, & in utraque ejus parte contractum ſcribere, & alteram quidem uni ex teſtibus dare, alteram ſibi reſervare. Utebantur ſcytala & alio modo, ut Ariſtoteles in Ithacenſium Rep. ſcribit.

Secundus Athenienſis, Sophiſta (non is) qui vocatus eſt Plinius. Epirus ſive clavus ligneus vocabatur, ut fabri filius, fuitque Herodis Sophiſtæ magiſter. Scripſit *declamationes oratorias.*

Seleucus Alexandrinus, Grammaticus, cognominatus Homericus, qui Romæ eloquentiam docuit. Scripſit commentarios in totum pæne poëtam.

* infra, apud Suidam rectius, *merlinum.*

poëtam. De ſynonymorum differentia. De iis qvæ falſo creduntur. De proverbiis apud Alexandrinos uſitatis. De Diis libros centum, item alia σύμμικτα ſive miſcellanea.

Seleucus Emeſenus Grammaticus ſcripſit ἁλιευτικὰ *piſcatoria verſibus hexametris libros IV. In Lyricos commentarium, Parthicorum libros II.* Inveni & alium Seleucum his additum, ſed qui nullos ſcripſerat libros.

Sellius ſive Sillius qui & Homerus dictus eſt, Grammaticus ante Menandrum. (Supra in Homero.)

Semus Eleus Grammaticus ſcripſit Eliacorum libros VIII. Periodos libris II. De Paro librum I. De Pergamo librum I. De Pæanibus, in qvo opere genera muſicorum recenſet, avtocabalos, Ithyphallos, phallophoros &c. (Supra in *Phallophori*, ubi *avtocabdali* legitur, non avtocabali.)

Ælius Serenus Athenienſis Grammaticus ſcripſit Epitomen operis Philonis de urbibus & qvinam in ſingulis clari fuerint, libros III. Epitomen commentariorum *Philoxeni* in Homerum.

Sergius Zeugmatenſis, Aphthonii F. à cauſidicis qui præfecti fuerunt genus ducens, præfectus & ipſe prætorii & conſularis & patricius. Scripſit Epitaphium in Sophiſtam Sabinum, fratrem ſuum, item alium librum pro cauſidicis adverſus Ariſtidem.

Σελλίσθαι, falſo ſe jactare, dictum ab Æſchine *Selli* F. qui pauper divitem ſe falſo jactabat. Etiam σέλλους glorioſos vocant, & gloriari σελλίζειν.

Severianus Damaſcenus unus ex primarii generis viris, Auxentii Calſinici F. ortus ex Romanis qui Alexandriam incoluere. Poëtica, Oratoria & juris civilis Romani peritia inſtructus, etiam in Philoſophia inſtituendum ſe Proclo dare volebat, ni Pater, qui patronum cauſſarum malebat, id prohibuiſſet. Sed patre defuncto Athenas, ubi *Proclus* erat, profectus ſomniavit montis cacumini tanqvam vehiculo ſe inſidere & montem ipſum aurigæ inſtar agitare. Hinc fato & voluntate ad Remp. accedere & magiſtratum gerere qvam Philoſophiam beatumqve otium ſectari maluit. Cum poſtea in odium incidiſſet Ardaburii, magni illius Aſparis F. multa ab illo paſſus eſt ſanctiſſimus & ſupra modum religionis Græcæ cultor. Iſocrateas etiam orationes prolixiores & de Rep. agentes mihi enarravit, non artificioſo illo & Sophiſtico ſed prudenti & philoſophico more.

Idem Julianum, fratrem meum * natu minorem ſic ad eloquentiæ ſtudium inflammavit, ut eum & poëtas & celebres oratores edifcere juberet. Et alios quidem Poëtas utcumqve probabat, at Callimachum in manus ſumens, Afrum hunc poëtam nunquam non deriſit. Quin lectione ejus adeo offendebatur, interdum ut librum ejus conſpueret. Huic Zeno Imp. proximam à ſe dignitatem pollicitus eſt ſi Chriſtianus fieri vellet : & ipſe nobis *Epiſtolam pollicitationes illas continentem*, ſed nihil apud ſe proficientem recitavit. Arcadium etiam Lariſſæum per Epiſtolam objurgavit. *Nam* Severianus in Epiſtolis ſcribendis acer & cordatus erat.

Severus Σεβῆρος Sophiſta Romanus ſub Anthemio Imp. fuit, Alexandriam vero profectus in otio philoſophico vitam tranſegit, variorum librorum copia abunde inſtructus. Viros autem doctrina præſtantes, ſi quisquam alius, ad ſe facile pertrahere noverat.

Severus (Imperator) nec humanarum nec divinarum rerum quicquam imperveſtigatum ut relinqueret, vel occultiſſima perſcrutatus eſt. Et ideo libros omnes, qui aliquid arcani habebant, & quoscunque reperire potuit, ex omnibus adytis ſuſtulit, & in Alexandri monumento concluſit, ut nec illius corpus quisquam amplius cernere, nec res in illis ſcriptas legeret.

Severus Σευῆρος. Hic poſt infelicem illum *Eutychem* extitit, & cum Antiochiæ thronum malis artibus occupaſſet, Manentis & Apollinariis & *Eutychis* hæreſin ſtabilire conabatur. Ex Eccleſia itaque pulſus in Alexandrinos populum levem, turbinis & procellæ inſtar incidit. Cum autem hic quoque alia procella ipſi & populo reflaſſet, omnia confudit & perturbavit. Julianus enim quidam Halicarnaſſenſis, Aſiæ *Epiſcopus* eos diſſipavit. Confer ſupra, in Juliano.

Sextus Chæronenſis, Plutarchi ſororis filius, Philoſophus qui fuit M. Antonini Cæſaris temporibus, Herodoti Philadelphæi diſcipulus ſectæque Pyrrhoniæ addictus. Hic apud Imperatorem in tanto honore erat, ut una cum eo jus diceret Scripſit *Ethica*, itemque *ſceptica libris X.* Poſt Commodi mortem quidam ſe Sixtum dicere auſus eſt, facultatesque & dignitatem ejus ſibi vindicare, qui à multis ſæpe interrogatus ſcite reſpondit. Sed cum *Pertinax* nonnulla ad eruditionem Græcam, cujus ille rudis erat, pertinentia ex eo quæreret, longe à ſcopo aberravit, cum quid diceretur ne intelligere quidem poſſet. Adeo naturâ quidem vultum ei ſimilem habebat, cæterisque in rebus arte eum

* Damaſcii verba ſunt:

eum referebat, doctrinâ vero eâdem excultus non erat.

Sextus Afer, Philosophus scripsit *Septica* sive *Pyrrhonîa libris X.*

Sibylla Delphica quam etiam *Diatam* appellarunt. Vixit ante bellum Trojanum: scripsit oracula versibus.

Sibyllæ Chaldææ pater *Berosus*, mater Erymanthe.

Sibylla Apollinis & Lamiæ F. vel Artistocratis & Hydoles, vel Crinagoræ, vel, ut Hermippus, Theodori, Erythræa natâ in loco Erythrarum qui vocabatur Batti, nunc conditâ illic urbe, Erythræ. Quidam Siculam tradunt, alii Sardianam, Gergethiam, Rhodiam, Libyssam, Lucanam, vel Samiam denique. Fuit post captam urbem Trojam annis CCCCLXXXIII. Conscripsit libros istos: περὶ παλμῶν, *de palpitationibus.* μέλη, *carmina.* χρησμοὺς, *oracula.* Eadem etiam prima triquetrum genus lyræ fertur invenisse.

Sibylla Helissa, scripsit versibus vaticinia & oracula.

Sibylla Colophonia quæ vocata fuit *Lampusa*, à Calchante oriunda. Ipsa quoque scripsit vaticinia & oracula versibus, & alia.

Sibylla Thessala, dicta etiam *Manto*, quæ à Tiresia genus duxit.

Sibylla Phrygia, à quibusdam vocatâ *Sarbis*, ab aliis *Cassandra*, ab aliis *Taraxandra*, & ipsa scripsit oracula.

Sibylla Cumana & Sibylla Thesprotica. Et hæ oracula scripserunt.

Sibylla Chaldæa, sive Hebræa aut Persica, proprio nomine *Sambethe*, à beatissimo Noë genus ducens. Hæc prædixit ea quæ Alexandro Macedoni contigisse dicuntur, cujus meminit Nicanor, qui vitam Alexandri scripsit. Eadem de Domino CHristo ejusque adventu, Numinis instinctu plurima prædixit. Cum hac & reliquæ Sibyllæ consentiunt, nisi quod hujus sunt XXIV. libri, de quavis gente & regione prædictiones continentes. Quod autem versus ejus imperfecti & luxati inveniantur, non est ipsius vatis culpa, sed scribarum, qui vel orationis celeritatem scribendo assequi non potuerunt, vel etiam indocti & Grammatices imperiti fuerunt. Cum afflatu enim & eorum quæ dicta erant memoria simul desinebat. Et hæc causa est quare & versus imperfecti reperiantur, & sententia claudicans, sive sapientissimo DEI consilio hoc factum fuerit, ne a multis iisque indignis oracula ejus cognoscerentur: sive longum tempus, uti multorum aliorum, ita etiam hujus rei causa fuerit. Præterea & obscuritas eorum, qvæ à Sibylla dicebantur, & crebra librorum ejus descriptio, nihil mirum est si & sensus & metri confusionem peperierint.

Sibyllæ diverſis & locis & temporibus fuerunt decem. Prima, Chaldæa, qvæ & Perſica, proprio nomine *Sambethe* dicta. Secunda Libyca. Tertia Delphica, Delphis nata. Quarta Italica, quæ in Italiæ urbe Cimmeria (nata eſt.) Quinta Erythræa, quæ ante bellum Trojanum vaticinata fuit. Sexta Samia, proprio nomine *Phyto* dicta, de qua ſcripſit Eratoſthenes. Septima Cumana, quæ & *Amalthæa*, & *Hierophile* dicta fuit. Octava Helleſpontia, nata in vico Marmiſſo, prope oppidulum Gergithium (quæ loca olim finibus regionis Trojanæ Comprehenſa fuerunt) temporibus Solonis & Cyri. Nona, Phrygia. Decima Tiburtia, Albunæa dicta. Ajunt autem Sibyllam Cumanam novem oraculorum ſuorum libros attuliſſe ad Tarqvinium *Priſcum*, tunc Romanorum Regem; qvos cum ille repudiaſſet, duo ex illis cremaſſe.

Sibylla vox eſt Romana, quam ſi interpreteris, vatem ſignificat. Sibyllæ igitur, ut multi ſcripſerunt, diverſis locis & temporibus decem fuerunt. Σιβυλλᾶ, oraculorum amore & deſiderio tenetur &c.

Σιβύρτιος ſive Σιβύριος Theodectæ *Phaſelitæ* loctor & ſervus, qui primus è ſervis, artem oratoriam profeſſus eſt. Scripſit *artem Rhetoricam*.

Σιδηρᾶν ψυχήν. Glaucus quidam Samius ferruminationem primus invenit. Et proverbium, Glauci ars, de iis quæ facile conficiuntur.

Silvanus Philoſophus, qui cætera quidem probus erat & ſanctus, ſed moribus ſimplex & apertus.

Σιλλαίνει, labiis diſtortis aliquem deridet, inter deridendum oculos movet. Σίλλος enim eſt mimus, vel falſum dictum & deriſio. Et qvi fillos ſcribit, dicitur ſillographus, qvalis fuit Timon Phliaſius, Philoſophus Pyrrhonius.

Simmias Rhodius, Grammaticus. Scripſit *gloſſarum libros III. Variorum poëmatum libros IV.* Ab initio fuit Samius, * poſtea vero cum coloni in Inſulam *Amorgum* mitterentur, & ipſe Coloniæ illius dux à Samiis eo miſſus fuit. Tres autem urbes in Amorgo condidit, Minoam, Ægialum & Arceſimen. Vixit annos 406. poſt bellum Trojanum. Secundum quosdam primus *jambos* ſcripſit, diverſa alia. Item *Origines Samiorum*.

Sammias Thebanus Philoſophus, diſcipulus Socratis. Scripſit *de ſapientia*, de

* hæc non ad Simmiam ſed ad Simonidem Jambographum antiquiſſimum Amorginum ſpectant. Confer Allatium de Simeonibus p. 206. ſeq.

de amicitia, *de veritate*, *de muſica*, *de eo quod optandum eſt & fugiendum*, *De cura animæ*, item alia philoſophica.

Simocattes, cognomen Theophylacti Simocattæ.

Simonides, Leoprepis F. Julietes ex Julide Cei inſulæ civitate, Lyricus Steſichoro poſterior, & cognominatus *Melicertes* propter ſvavitatem. Hic artem memoriæ invenit, itemque litteras longas & duplices & tertium ſonum lyræ. Vixit Olympiade LV. quamvis alii eum ad Olymp. LXII. referant. Vitam extendit usque ad Olymp. LXXVIII. annumque ætatis LXXXIX. attigit. Dorica dialecto *regnum Cambyſis & Darii* deſcripſit. Item *prælium navale Xerxis*, & *prælium navale ad Artemiſium*, verſibus elegiacis. *Prælium* item *ad ſalamina* verſibus melicis. Ad hæc ſcripſit *threnos*, *encomia*, *epigrammata*, *paanes*, *tragœdias*, & alia. Hic Simonides, ſi quis alius, memoria pollebat: ei vero ſimilis erat Apollonius, qui ut plurimum quidem ſilebat multa vero mente verſabat: & cum centeſimum ætatis annum ageret, memoriæ firmitate ipſum Simonidem ſuperabat. Idem etiam *hymnum in Memoriam* canebat, in quo dicit omnia à tempore conſumi, ipſum vero tempus beneficio memoriæ expers ſenii & immortale eſſe. Hic primus carmen mercede ſcripſiſſe dicitur. Habebat enim duas arcas, unam gratiarum vacuam: alteram (mercedis) plenam. &c. Ejus dictum: *ἀνάγκη μὲν θεοὶ μάχονται*. &c.

Simonides Cejus prioris ex filia nepos, cognomine Melicertes, vixit ante bellum Peloponneſiacum. Scripſit *Genealogiam libros III.* *Inventionum libros III.*

Simonides Magneſius, Sipyli F. poëta epicus, qui vixit temporibus Antiochi Magni. Scripſit hujus res geſtas, pugnamque cum Galatis, in qua equitatus ejus per elophantos profligatus fuit.

Simonides Caryſtius vel Eretrienſis, poëta epicus, ſcripſit Græcorum conventum in Aulidem. Trimetrorum libros II. De Iphigenia unum.

Simonides. Hic Imperatoris Joviani temporibus vixit, & philoſophus clariſſimus fuit.

Simonides, Crinei F. Amorginus, Jamborum ſcriptor, ſcripſit elegiarum libros II. item jambos. Vixit autem ipſe annis 490. poſt bellum Trojanum. Secundum quosdam hic primus Jambos ſcripſit.

Simon Sophiſta qui publicam pecuniam intervertebant. Simon & Theodorus & Cleonymus perjuri. Ariſtoph.

Simplicius Philoſophus.

Siricius

Siricius Neapoli urbe Palæſtinæ oriundus, Sophiſta, diſcipulus Andromachi, qui per aliquod tempus Athenis docuit, ſcripſit *progymnaſmata*, & *declamationes*.

Siſinnius Novatianorum Epiſcopus &c. (ex Socratis VI. 22. Hiſt.)

Συμπόσιον. In tabellis nomina eorum qui in jus citabantur, inſcribi ſolebant, *Aſpaſia & dominus*, id eſt maritus ejus.

Socrates Sophroniſci ſtatuarii & Phœnaretes obſtetricis F. primum ſtatuarius fuit, ajunt enim Gratias veſtitas, Athenis ejus fuiſſe opus. Deinde philoſophatus eſt audito Anaxagora Clazomenio, poſtea Damone, hinc Archelao. Ariſtoxenus ait primum audiviſſe Archelaum &c. Ingreſſus virilem ætatem, ad Amphipolin & Potidæam militavit & ad Delium. Duas habuit uxores, Xanthippen è qua Lamprocles natus eſt, & Myrtonem Ariſtidis Juſti filiam ex qua Sophroniſcus & Menedemus ſive Menexenus. Vixit tempore belli Peloponneſiaci, & quidem natus Olympiade LXXVII. Vixit annos LXXX. obiitque imprudentia vel potius amentia Athenienſium, coactus bibere cicutam: nullo alio ſcripto relicto, quam ut quidem volunt *hymno in Apollinem & Dianam*, & *Æſopi fabula* verſibus ſcripta. Philoſophos effecit *Platonem*, qui relicto Lyceo traduxit ſcholam in ſuburbium quod Academia vocatur (ejusque ſectatores Academici dicti usque ad Ariſtotelem: Is enim in quodam horto ante urbem ſito ludum literarium aperuit, & ἀπὸ τοῦ κατ' αὐτὸν περιπάτου à peripato ſive loco deambulationis, qui in illo horto erat, ſuos diſcipulos vocavit Peripateticos) *Ariſtippum* item Cyrenæum auctorem ſcholæ ſectæque Cyrenaicæ, *Phædonem* Eleum à quo ſecta Eliaca, poſtea à Menedemo, Eretria docente, dicta Eretrica. Ex hac Pyrrho prodiit. *Antiſthenem* qui Cynicam ſectam condidit, *Euclidem* Megarenſem à quo Megarica quæ eadem à Clinomacho Euclidis diſcipulo dicta Dialectica. *Xenophontem* Grylli F. *Æſchinem*, *Lyſaniam* Sphettium, *Cebetem* Thebanum, *Glaucum* Athenienſem, *Bryſonem* Heracleotam qui contentioſam Dialecticam introduxit una cum Euclide, Clinomachus auxit: cumque multos ſectatores habuiſſet, deſiit in Zenone Citieo, qui Stoicam ſcholam inſtituit, vixitque Olympiade CXXV. Alii Bryſonem non Socratis ſed Euclidis auditorem ſcribunt fuiſſe. Bryſonem audivit Pyrrho, à quo Pyrrhonii. Præterea diſcipulos habuit Socrates *Alcibiadem*, *Critobulum*, *Xenophontem*, *Apollodorum*, *Critiam*, Athenienſes: tum *Criconem*, *Simonem*, *Eumarem* Philaſium, *Simmiam*

Simmiam Thebanum, *Terpſionem* Megaricum, *Evenum*, *Chærephontem*. *Theodorus* etiam cognomento Atheus Socratem audivit, docensque omnia eſſe indifferentia, ſectam Theodoream inſtituit. Eam philoſophiæ partem quæ eſt de moribus & virtutibus, precipue coluit Socrates, & jam ſenex cithara ludere didicit apud Cononem, & deriſus à quibusdam dixit illud Solonis: ὑψιμαθὴς μᾶλλον ἢ ἀμαθὴς, *præſtat ſero quàm nunquam diſcere*. Hic dæmonium quoddam ſecum familiariter colloqui dicebat. Primus Ariſtophanes Nubibus ſcriptis ipſum perſtrinxit ut corrumpentem juvenes, & Atheum ipſum vocavit quod per canem & platanum juraret. Poſtea Anytus & Melitus eum accuſarunt & reum peregere. In æſtimatione vero pœnæ Socrates ſe meruiſſe dixit ut victus in prytaneo publice ſibi præberetur. Illi vero capitis eum condemnarunt. In vinculis diu fuit, donec navis ſacra θεωρὶς Delo rediret. Critone ſvadente fugam, noluit fugere, dixitque leges non oportere violari. Hauſta hinc cicuta voti recordatus, immolate, inquit, Æſculapio. Quidam Cyrſas nomine, genere Chius Athenas venit cum Socrate converſaturus, cui dormienti juxta ſepulchrum Socratis, in ſomnis ille viſus eſt & cum eo collocutus. Socrates ab Ariſtophane Melius vocatur, id eſt atheus, quia Diagoras *Melius* infamis erat ut Deorum oſor & hoſtis. Diagoras ille initio pius erat, poſtea depoſito fraudatus, ad impietatem prolapſus eſt & DEos eſſe negavit. Quare Athenienſes indignati *Melium* malis affecerunt. Fuit & Ariſtagoras Melius poëta dithyrambicus, qui quod myſteria Eleuſinia evulgaſſet, valde impius judicatus eſt. Ab illo tempore Comici Melios ut impios perſtrinxere.

Solon Execeſtidæ F. Athenienſis, philoſophus, legislator & demagogus qui vixit Olympiade XLVII. vel LVI. Inſidiis petitus à Piſiſtrato tyranno in Ciliciam ſeceſſit, & urbem condidit quam de ſuo nomine *Solos* vocavit. Alii Solos etiam in Cypro nomen ab illo accepiſſe ajunt, & ipſum in Cypro deceſſiſſe. Scripſit *leges* Athenienſibus, quas vocant *axonas* quod in axibus ligneis eſſent ſcriptæ. Item poëma elegiacum quod *Salamis* inſcribitur. *Præcepta morum* itidem verſibus elegiacis & alia. Fuit unus illorum qui VII. Sapientes dicuntur. Ejus eſt *Ne quid nimis*, & *Noſce te ipſum*. Precibus amicorum ære oppreſſorum victus, tabulas veterum debitorum abolevit. Ejus conſilium & aſtus adverſus Cirrhæos (ex Pauſaniæ *Phocicis* p. 684.)

Sopater Apameenſis Sophiſta & Philoſophus, diſcipulus Jamblichi in-

terfectus à Conſtantino, fidem facturo omnibus ſe non amplius religioni gentilium addictum eſſe, ante enim familiariter eo uſus fuerat. Scripſit *de providentia* itemque *de iis qui immerito ſunt felices vel infelices.* Conſtantinus Sopatrum dum interemit, non recte fecit, nemo enim coactus fit bonus ſed ex amore.

Sopater Comicus. Ex fabulis ejus ſunt Ἱππόλυτος, Φυσιολόγος, Σιλφία ἢ Κυδία, Ναυῦται, πύλαι, Ὀρέστης, Φαιή, ut Athenæus in Dipnoſophiſtis.

Sopater Parodus (quem à Comico male diſtinguit Svidas) cujus drama Βακχὶς Athenæo memoratur.

Sopater Apameenſis vel potius Alexandrinus, Sophiſta. Scripſit plurimorum librorum epitomas. Quidam etiam ἐκλογίαν ἐκ τῶν ἱστορικῶν excerpta hiſtorica (de quibus Photius Cod. 161.) hujus eſſe ajunt.

Sophilus Sicyonius aut Thebanus, Comicus mediæ Comœdiæ. Ejus fabulæ ſunt Κιθαρῳδός, Φύλαρχος, Τυνδάρεως ἢ Λύδα, & Ἀγλαΐς ut ait Athenæus: item χοιρίδιον, παραπαθήκη.

Sophiſtas vocabant omnes quotquot litteris eruditi erant: etiam σοφίαν Muſicam, & Sophiſtas Muſices peritos, etiam tibicines. Plato Comicus in Sophiſtis Bacchylidem poëtam, Opuntium Sophiſtam appellat. Ariſtophanes hoc nomen tribuit artis cujuscunque peritis. Deinde Sophiſta eſt ille qui ex falſa oſtentatione ſapientiæ quæſtum facere novit.

Sophocles Sophili Colonæi F. Athenienſis, Tragicus natus Olympiade LXXIII. ita ut annis XVII. Socrate antiquior ſit. Hic primus tribus hiſtrionibus uſus eſt & tritagoniſta ſive tertiarum partium actore. Primus etiam chorum quindecim juvenum introduxit, cum antea duodecim tantum eſſent. Idem dictus apis, propter orationis ſvavitatem, primus etiam ſingulis fabulis certare cœpit, non tetralogia. Scripſit elegiam & pæanas & orationem de choro de quo cum Theſpide & Chœrilo contendebat. Filii ejus fuere Jophon, Leoſthenes, Ariſton, Stephanus, Meneclides. Obiit poſt Euripidem cum eſſet annorum XC. Docuit fabulas CXXIII. vel etiam multo plures, ut tradunt alii. Vicit vicies quater.

Sophocles Ariſtonis F. ſenioris Sophoclis nepos, Athenienſis, Tragicus qui docuit dramata XL. vel ut alii, XI. Vicit ſepties. Idem & elegias ſcripſit. Apollonius (Tyaneus) caſtitate Sophoclem ſuperavit,

ravit, qvi ſenex demum amores tanqvam furioſum & fævum dominum effugiſſe ſe dicebat. Apollonium libidinis ne Euphrates qvidem arguit, qvamvis falſas litteras adverſus eum commentus ſit, inimicus illi qvod Euphratem pecuniæ cauſa facientem omnia deridens monuiſſet ne pergeret σοφίαν καπηλίνειν, cauponari ſapientiam.

Sophocles Athenienſis Tragicus & Lyricus, ab antiqvo illo Sophocle genus ducens. Vixit poſt plejadem Tragicorum. Fabulæ ejus ſunt qvindecim.

Σοφός incantator, incantationum peritus. Pſalm. LVIII. 5.

Oraculum: Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης,
Ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Soranus Menandri & Phœbes F. Epheſius Medicus, qvi Alexandriæ commoratus eſt & Romæ artem Medicam exercuit ſub Trajano & Adriano Impp. librosqve plurimos & pulcherrimos compoſuit.

Sorannus Epheſius Medicus junior, qvi ſcripſit *de moribus muliebribus libros IV. Medicorum vitas & ſectas & opera libris X.* & alia diverſa. Aſclepiodotus philoſophus, artis Medicæ peritus nullum recentiorum medicorum magni faciebat præter Jacobum: ex antiqvioribus vero poſt Hippocratem, Soranum Cilicem cognomento Mallotem.

Σωσάννα. Contra Sextum Africanum ſcripſit Origenes, ejusqve argumenta refutavit, qvibus librum Suſannæ impugnavit.

Soſibius Laco Grammaticus, unus eorum qvi ἐπιλυτικοὶ* vocantur. (Scripſit varia) in qvibus & hoc tradit, eſſe qvoddam comœdiæ genus qvod Diceliſtarum & Mimelorum Δικηλιστῶν καὶ Μιμηλῶν propriumſit. De Mimis antiqvis in Laconia, περὶ τῶν Μιμηλῶν ἐν Λακωνικῇ ἱστορημένων παλαιῶν, & alia.

Soſiphanes Soſiclis F. Tragicus, docuit fabulas LXXIII. vicit ſepties. Eſt & ipſe ex ſeptem illis qvi Plejas ſunt appellati Vixit ſub extrema tempora Philippi vel Alexandri Macedonis. Obiit Olympiade CXI. vel CXIV.

Soſitheus Syracuſanus aut Athenienſis, vel potius Alexandrinus ex Alexandria Troica, unus ex plejade, æmulus Homeri Tragici, filii Myrus Byzantinæ qvi floruit Olympiade CLXIV. Scripſit poëmata, & alia proſa oratione.

Sotadas Byzantinus Philoſophus, ut tradit Ariſtocles libro VI. de philoſophia.

Sotades Athenienſis, Comicus mediæ Comœdiæ.

* qvi difficiles qvæſtiones propoſitas diſſolvunt.

Sotades Cretenſis, Maronita, δαιμονισθεὶς à dæmonio veratus, Jamborum ſcriptor. Scripſit Φλύακας nugas ſive παιδιὰς Jonica lingva, unde ἰωνικοὶ λόγοι appellabantur. Hoc poëmatis genere uſi ſunt etiam *Alexander Ætolus*, Pyrrhus *Mileſius*, Theodoras, Timocharidas & Xenarchus. Sunt ejus carmina plurima, veluti *ad inferni deſcenſus. Priapus. In Beloſtichen. Amazon* & alia. Item ἰγκωμιαστικὰς & σωτηριοδρόμους ut ait *Athenæus* in Dipnoſophiſtis.

Sotades Athenienſis, philoſophus qvi *librum de Myſteriis* ſcripſit.

Sophron Syracuſanus, Agathoclis & Damnaſyllidis F. qvi vixit temporibus Xerxis & Euripidis. Scripſit mimos viriles & mimos muliebres oratione ſoluta & dialecto Dorica, qvos *Platonem* Philoſophum ſemper lectitaſſe ferunt, adeo ut interdum etiam iis indormiret.

Sophron Comicus (male tanqvam diverſum à priore Svidas commemorat) Ex hujus dramatibus παθηκά, teſte Athenæo in Dipnoſophiſtis.

Soterichus, Aſites, Heroicus poëta qvi fuit ſub Diocletiano. Scripſit encomium Diocletiani: *Baſſarica* ſive Bacchica libris qvatuor. De Panthea Babylonia. De Ariadne. Vitam Apollonii Tyanei. Pythonem ſive Alexandriacum. Eſt autem Alexandri Macedonis hiſtoria qvum Thebas cepit. Item alia.

Soteridas Grammaticus, maritus *Pamphilæ* (Supra in Pamphila, Socratidas) cui etiam hiſtorias attribuit. Scripſit orthographiam. Qvæſtiones Homericas. Commentarum in Menandrum. De metris. De Comœdia. In Euripidem.

Soteridas Epidaurius, pater *Pamphiliæ*, cui libros tres commentariorum inſcripſit, ut ait Dionyſius libro XXX. Hiſtoriæ Muſicæ.

Speuſippus *Eurymedontis* F. *Platonis* ex ſorore Potone nepos, auditor & in Academia ſucceſſor. Vixit Olympiade CVIII. Scripſit plurima, præcipue *Philoſophica*. Fuit ingenio auſtero, maximeqve iracundo.

Σφαῖρα. Pila luſit Ariſtonicus Caryſtius, Alandri Regis in ludo pilæ colluſor. *Pilæ* inventionem Anagallis, Corcyræa, Grammatica, Nauſicaæ Alcioni filiæ attribuit.

Σφυραδος. Carcinus poëta fuit, cujus filias parvæ ſtaturæ Ariſtophanes perſtringit, ut ὀρτυγοκωπιστὰς, γυλιοπύχους ὀρχηστὰς, ναυφυεῖς, σφυράδων ἀποκινήματα, μηχανοδίφας. Xenocles Carcini filius multas easqve inſolitas machinas ad percellendos ſpectatores in fabulis ſuis introduxiſſe dicitur, qvem Plato ideo δωδεκαμήχανον appellat. Deos enim aſcendentes & deſcendentes imitabatur.

Spintha-

Spintharus Heracleotes, poeta Tragicus, cujus fabulæ sunt περιπλομενος Ἡρακλῆς, Σφιλη περιπυρίη. Hinc ut barbarus & Phryx à Comicis perstringitur.

Spittalus Medicus apud Athenienses. Aristophanes: ἄπιθι πρὸς Σπιτ-ταλον. *Abi ad Spittalum. Tu vero guttam pacis unam instilla mihi* in calamum istum, æreum aut argenteum, quales habent medici.

Spyridon Trimithuntis in Cypro civitatis Episcopus, multa mira fecit & Concilio Nicæno interfuit. (confer Socratem lib. 1 Hist. c. 12.)

Στασιμον, genus carminis quod saltatores stantes canebant.

Σταυρός. In septentrionali parte fori collocata est crux, instar illius quam Constantinus Magnus in cœlo vidit, auro obducta, habensque in apicibus rotunda mala. Ibidem filiorum ejus statuæ auratæ conspiciebantur. Sub Theodosio magno Imp. cum Gentilium templa everterentur, in Serapidis templo inventæ sunt hieroglyphicæ literæ, crucis figuram habentes. Quas cum illi qui Gentilibus Christiani facti fuerant, conspexissent, dixerunt Crucem apud litterarum hieroglyphicarum peritos significare vitam futuram.

Stesichorus Euphorbi vel Euphemi, vel Euclidis, vel Hyetis vel Hesiodi F. ex Himera urbe Siciliæ, Himeræus. Alii Matauria Italiæ civitate ortum tradunt. Alii Pallantio Arcadiæ urbe profugum, Catanem migrasse ibique obiisse & sepultum ante portam quæ ab eo Stesichorea dicta fuerit. Junior Alcmane Lyrico, natus est Olympiade XXXVII. Obiit Olympiade LVI. Fratem habuit Mamertinum Geometriæ peritum, & Helianactem legislatorem. Fuit autem Lyricus, ejusque *poëmata* Doricâ dialecto scripta sunt *libris XXVI.* Dicitur scripta *vituperatione Helenæ* visum amisisse, deinde in somnis monitus, propter *palinodiam* visum recepisse. Cum primum Tisias vocaretur, accepit nomen Stesichori ἀπὸ τὸ στῆσαι χορόν, quod primus chorum instituerit cum cantu citharæ conjunctum.

Stilpo Megarensis, Philosophus qui fuit sub Ptolemæo primo, discipulus Pasiclis Thebani, qui audierat fratrem Cratetem & Dioclidem Megarensem, is vero Euclidem, discipulum Platonis. Præfuit Megaricæ scholæ, & dialogos scripsit non pauciores viginti.

Στοα porticus in qua Stoici Στωικοὶ qui antea Zenonii, Athenis docebant. Hæc appellabatur antea ποικιλη στοα, deinde à *Polygnoti* pictura dicta est ποικιλη. In illa inambulans Zeno Citieus differebat. Sub XXX. tyrannis autem mille quadringenti cives ibi interfecti sunt.

Strabo Amasenus, Philosophus & Geographus. (infra, Strato.)

Stato Comicus mediæ Comœdiæ. Ex ejus fabulis erat Φοῖνιξ.

Strato Lampsacenus Philosophus, Theophrasti discipulus & successor, filius Arcesilai vel Arcesii, cognomine Physicus qvod præ ceteris omnibus physicæ contemplationi deditus esset. Magister Ptolemæi Philadelphi, multos libros scripsit.

Strato Amasenus Philosophus qvi vixit sub Tiberio Cæsare. Scripsit Geographiæ libros VII. (Imo Strabo, libros XVII.)

Strattis Athenienſis Tragicus. Ejus fabulæ sunt: Ἀνθρωποφάγος Ἀτελεύτητη, Ἀγαθοὶ sive ἀγγυρεῖς ἀφανισμός, Ἰφιγένεια, Καλλιπίδης, Κυπρίας, Λιμνομάδων, Μακεδόνες, Μήδεια, Τραῦλος, Φοίνισσαι, Φιλοκτήτης, Χρύσιππος, Παυσανίας, Ψυχαγωγοί, ut testis Athenæus in Dipnosophistis.

Studius dynasta qvi celeberrimum illud monasterium (CPoli) condidit. Fuit olim Ecclesia Catholicorum, postea mutatum est in monasterium. Idem Studius Princeps ædem Archangeli Michaelis Nacoliæ condidit, in qvem & versus heroici feruntur:

Στύδιος ἀγλαὸν οἶκον ἐδείματο, κρασπεδίμους δὲ
Ὧν πάμεν, εὗρατο μισθὸν, ἑλὼν ὑπερηνίδα ῥάβδον.

Svetonius (Σουητώνιος) dictos Tranqvillus Grammticus Romanus.

Superianus Sophista genere Isaurus, Lachiaris discipulus, ὀψιμαθὴς qvi annos amplius triginta natus demum cœpit Oratorum libros legere & ad disciplinas liberales animum adjicere, tamen labore improbo & flagris etiam qvibus se ipse in balneis concidit, ea edidicit qvæ a pueris magistri exigunt. Itaqve in celebri Athenarum urbe evasit Sophista, Lachare gloria non multo inferior. Nam scio & Lacharem Sophistam factum diligentia magis qvam ingenio. Ejus enim Orationes legi, e qvibus valde accuratus mihi sed ingenio tardiore visus est. Effigies qvoqve ejus referebat virum ad studia qvidem tardiorem, sed vultu pulchro & tali qvi virtutem pollicetur, & dignus erat qvi Philosophus potius qvam Sophista vocetur. Nam alioqui Lachares vir fuit Deo charus, qvi visum amissum etiam illius beneficio recepit.

Sybaritica apophthegmata, apud Epicharmum. Sybariticæ fabulæ, id est Æsopicæ. Et proverbium: Sybarita per plateam, in eos qvi superbo gradu incedunt. Sybaritæ luxuriosi, præcipue illi Mindyrides &c.

Συγχρωτίζων. Zenoni Citieo oraculum consulenti, qvo pacto beatam vitam

vitam degere posset, Deus respondit, *εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς, si familiariter cum mortuis versaretur*, id est cum scriptis & libris antiquorum.

Symeon, mirabilis ille vir. De hoc cum Ægyptii Monachi audivissent eum in columna stare, rem insolitam damnantes (ipse enim primus hoc fecerat) eum ex cœtu suo excluserunt. Postea vero, cognita viri illius vita & animi modestia, rursus eum in cœtum suum receperunt. Ad hunc *Marcianus* Imp. hominis privati habitu clam venit.

Σὺν δὲ Θεοῖ μάκαρες. Hoc Rhapsodi accinere solebant, ut citharœdi: ἀλλ' ἄναξ χαίρει. Hæc enim epiphonemata apud veteres poëtas obvia.

Synesius, Pentapoli Thebaidis, quæ in Libya sita est, oriundus Philosophus, Episcopus Ptolemaidis, ex ordine Sacerdotali. Scripsit libros diversos & Grammaticos & Philosophicos, itemque orationes de regno, & orationes panegyricas & generis demonstrativi. Item encomium calvitiei, & orationem admirabilem de Providentia, genere dicendi Græcanico: aliosque plurimos & diversos libellos, & præterea *Epistolas*, quæ apud omnes in magno pretio habentur.

Συντακτήριος. Origenes appellatus fuit, quod multos libros conscripsisset.

Σύρα Syra * apud Romanos divina Epistola.

Syrianus Alexandrinus Philosophus, qui Athenienſi Scholæ & Diatribæ præfuit: magister Procli, qui fuit ipsius successor. Scripsit in totum Homerum commentarium libris VII. In Remp. Platonis libros IV. In Orphei Theologiam libros II. In Proclum εἰς τὰ περὶλλα περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ Θεῶν, de Diis Homericis. Consensum Orphei, Pythagoræ & Platonis. De oraculis libros X. & alias quasdam enarrationes. Isidorus Philosophus, ut Damascius ait, omnia veterum scripta accuratissime examinare non desinebat: sed post Platonem, Jamblicho & Jamblichi amicis ac comitibus operam maxime dabat: quorum optimum affirmabat civem suum Syrianum, Procli magistrum. Neminem vero, quod quidem ad veræ scientiæ collectionem attineat, contemnendum esse censebat.

Ταβλα

* Videtur Svidas male scripsisse Σύρα pro Σάκρα, *Sacra.*

Τάβλα nomen lusus, quem Palamedes magna sapientia invenit ut exercitus Græcorum haberet quo tempus falleret. In hoc lusu tabula est mundus terrestris. Duodecim κάσοι sive scripta, circulus Zodiacus. Fritillus & in eo septem tesseræ, septem stellæ planetarum. Turricula vero, altitudo cœli ex quo multa bona & mala omnibus penduntur.

Τὰ ἐκ τρίποδος. Ex tripode dicta, de rebus verissimis. Cum Aristoclea, Pythia rem habuisse frater dicitur, & oracula, quæ Apollo per eam edidisset, annotasse. De Apollonio Tyaneo Philostratus: Non erat prolixus in dicendo, neque ironice loquentem quisquam audiverit, neque coram auditoribus se jactantem, sed tanquam ex tripode, *novi* ajebat, & *videtur mihi*.

Τὰ ἐν Τρίποδι. Apollo vaticinans utitur tripode, propter tria rerum tempora. Homerus: ὃς γ' ἤδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα qui novit & præsentia, & futura & præterita. Apollini tripus aureus cessit, à piscatoribus oblatus primum VII. Sapientibus: sed cum hi illum repudiarent, datus fuit Apollini velut sapientissimo, cui dare oraculum jusserat.

Τὰ ἐν τῶν ἁμαξῶν παίγνια. Athenis in festo Choum, qui comessatum ibant, plaustris vecti obvios dicteriis & convitiis insectabantur. Idem in *Lenæis* postea faciebant. Mulieres Athenienſium plaustro vectæ qvum Eleusinem ibant ad magna mysteria, in via se mutuis convitiis insectabantur. Alexandrini olim animarum lustrationem faciebant. Certis enim diebus homines curribus vecti, quibus hoc ipsum munus mandatum erat, per totam urbem ibant, & stantes ubi vellent & ad domum subsistentes, ubicunque placuisset, de plaustro loquebantur, non falsa convitia jactantes, sed vera crimina exprobantes &c.

Τὰ ἐπὶ κοσκίνῳ, *ad cribrum dicta*, De illis qui per cribrum & tripodem aut laurum vaticinantur.

Τὰ Νανάκου, supra, Nannacus.

Ταντάλου, supra, Isæus.

Τὰ Σαμίων. Supra, Σαμίων.

Tatianus. Hic sub Juliano parabate, martyrio obiit. (una cum Theodulo, ut narrat Svid. in Ἀμάχῳ.)

Ταυροφάγος. Bacchus, quod illis qui dithyrambo vicerant, bos præmio daretur. Alii Aristarchum falli dicunt, putantem taurum illis fuisse præmium. Aristophanes Cratinum dixit ταυροφάγον, vel ut crudivorum,

vorum, vel ut vini amantem adeoque Bacchum, vel quod mater Cratini ſacri Bacchi μυχοφάγυς eſſet initiatus &c.

Taurus Berytius, Philoſophus Platonicus qui fuit ſub Antonino Pio. Scripſit *de differentia dogmatum Platonis & Ariſtotelis. De corporibus & incorporeis rebus*, & alia plurima.

Telavges (genitivo Τηλαύγυς) Samius, Pythagoræ magni filius & diſcipulus, Philoſophus, magiſter Empedoclis. Scripſit *de tetraëty* ſive *quaternione libros IV.*

Telegonus primus artem divinandi invenit, ut ſi in tecto muſtela vel ſerpens apparuerit, hoc vel illud ſignificat. Supra, in οἰωνιστικήν.

Telephus Pergamenus Grammaticus, ſcripſit *quot res Grammaticum ſcire oporteat. De figuris Rhetoricis apud Homerum libros II. De ſermonis Attici conſtructione libros V. De Homerica Rhetorica. De Homeri & Platonis conſenſu. Variæ eruditionis* ποικίλης Φιλομαθίας *libros II. Tragicorum & Comicorum vitas.* Βιβλιακῆς ἐμπειρίας *De notitia librorum libros III.* in quibus docet qui libri ſint comparatu digni. Item *Homerum ſolum ex antiquis puro ſermone Graco uti. Deſcriptionem Pergami. De Auguſtali Pergameno libros II. De dicaſteriis Athenienſium. De Athenienſium legibus & moribus. De Pergami Regibus libros V. De uſu*, ſive de nominibus veſtitus & aliarum rerum quibus utimur, *ordine alphabetico. De Ulyſſis errore. Ocytocion*, ſive *collectio epithetorum eidem rei convenientium, ad expeditam dictionis copiam parandam, libris X.*

Teleſilla, poëtria. Huic ſtatua poſita eſt ad cujus pedes libri jacent, galea vero capiti ejus impoſita eſt. Nam cum Lacedæmonii interfectis iis qui in templum confugerant, Argivorum ad urbem capiendam irent, Teleſilla mulieres armavit & hoſtibus obviam proceſſit. Quod conſpicati Lacedæmonii retro ceſſerunt, turpe ducentes cum mulieribus pugnare. Sic completum eſt oraculum &c.

Teleſtes Comicus, hujus dramata Ἀργὼ & Ἀσκληπιός ut teſtatur Athenæus IV. Dipnoſophiſt.

De Telmeſſia vulpe rerum Thebanarum ſcriptores prolixe tradiderunt, ut Ariſtodemus &c. Fabula deſumta ex Cyclo epico.

Telmiſſus urbs Lyciæ à Telmiſſo filio Apollinis & unius filiarum Anſenoris, quam prodigiorum interpretem Ἱεροσκόπον fecit, ut auctor Dionyſius ἐν κτίσεσι ſive Originibus.

Τέλος. Solon præſentem Cræſi fortunam contemnens juſſit eum totius vitæ finem exſpectare &c.

Ariſto Chius finem eſſe dixit, indifferenter ſe habere ad ea quæ inter virtutem & vitium media ſunt, nec vel minimum in alterutram partem ab hiſce moveri, ſed in omnibus rebus æquali eſſe animo. Sapientem enim ſimilem eſſe ἀγαθῷ ὑποκριτῇ idoneam perſonam in ſcena agenti.

Terpander, Arnæus, aut vero ex Lesbi civitate Antiſſa, vel Cumanus. Alii ab Heſiodo, ab Homero alii genus eum ajunt duxiſſe, fuiſſeque filium Bœi, qui filius Phocei, nepos Euryphontis, Homeri pronepos extiterit. Lyricus ille lyram primus ſeptem chordis inſtruxit, & *lyricos nomos* primus ſcripſit, quamvis quidam ad Philammonem hoc referunt.

Tetractys. *P*ythagorei omnem numerum vocabant qvaternionem. Omnis enim numerus completur denario, denarius vero ex quaternis componitur. Magni etiam faciebant quaternarium ob quaternas lunæ formas &c.

Tetralogia. Secundum Tragicam tetralogiam *P*lato dialogos edidit. Tragici enim quaternis fabulis certabant, Dionyſiis, Lenæis, Panathenæis, Chytris, quarum quarta erat Satyrica. Dialogi Platonis omnes LVI. in ſingulis inſcriptio duplex, una à nomine, altera a re. In Tetralogia prima familiam ducit Euthyphron ſive de ſanctitate, dialogus πειραστικος ſive explorandi cauſa inſtitutus. Secundus Apologia Socratis, qui eſt moralis. Tertius Criton ſive de eo quod eſt faciendum, itidem moralis. Quartus Phædon ſive de anima qui & ipſe moralis eſt. De ſecunda Tetralogia & ſequentibus habetur in libro Diogenis Laertii de vitis *P*hiloſophorum.

Tetrametri carminis inventor fuit Ariſtophanes poeta.

Teucer Cyzicenus qui ſcripſit *de aurifera terra. De Byzantio. Mithridaticarum rerum libros V.* De *Tyro libros V.* De *rebus Arabicis libros V. Judaicam Hiſtoriam libris VI. Adoleſcentum Cyzicenorum exercitationem libris III.* & alia.

Thales Examii & Cleobulinæ F. Milèſius vel ut Herodoto videtur Phœnix, natus ante Crœſum Olymp. XXXV. ſecundum Phlegontem vero jam claruit Olymp. VII. Verſibus hexametris ſcripſit *de meteoris, de æquinoctio* & alia multa. Obiit ſenex à turba eliſus & æſtu reſolutus cum Gymnicum certamen ſpectaret. *P*rimus ſapiens appellatus eſt, & primus animum dixit immortalem, & eclipſes & æquinoctia deprehendit. Apopyhthegmata ejus ſunt plurima, ut celebratum

tum illud: *noſce teipſum.* Nam illud: *ſponde & præſto eſt noxa,* Chilonis eſt potius qvi illud ſibi vindicavit, itemqve illud, *Ne qvid nimis.* Thales Philoſophus Phyſicus eclipſin prædixit ſub Dario (Medo ſive Aſtyage.) Ariſtophanes Thaletem vocat ἄνθρωπον ἄχρον τὴν ἀστρονομίαν. Θάλης habet Θάλητος, at Θαλῆς, Θαλοῦ. Dicitur & Θαλέας ut Ἐρμέας.

Thaletas Cretenſis aut Illyrius, Lyricus antiqvior Homero, ſcripſit carmina.

Thaletas Cnoſſius rhapſodus, ſcripſit poëmata qvædam mythica.

Thamyris vel Thamyras, Thrax, ex Hedonis urbe Brincorum, Philammonis & Arſinoës F. poeta epicus ante Homerum octavus, ſecundum alios qvintus. Alii Odryſium fuiſſe dicunt. Hic Thamyris, qvod Muſas contumelia affeciſſet, ab illis excœcatus eſt. Exſtat* ejus *Theologia* verſibus fere termille hexametris comprehenſa. Primus puerum adamavit Hymenæum Calliopes & Magnetis F. Alii Rhadamantum ajunt adamatum à Tallone Cretenſi, vel Chryſippum Pelopis F. à Laio. Alii Italos primos hoc ob militæ neceſſitatem inveniſſe. Sed primus Jupiter Ganymedem adamavit. Proverbium: Thamyris inſanit, in Ἄμυρις.

Theagenes Archon *Athenienſis*, multum pecuniæ in doctores & medicos, & alia patriæ commoda impendit. Eum Marinus, dignam philoſopho gravitatem retinens, obſervabat, colebat & palam præſtolabatur & domum deducebat & convenientem honorem ei habebat qvalis viro principi urbis & fortaſſe totius Reip. Romanæ debebatur, erat enim unus ex Romanis patribus & Senatus Palatini primus &c.

Theætetus Athenienſis, Aſtrologus, philoſophus diſcipulus Socratis, docuit Heracleæ. Primus ſcripſit de qvinqve corporibus ſolidis** τὰ πέντε καλούμενα στερεὰ, vixitqve poſt bellum Peloponneſiacum.

Theætetus ex Heraclea Pontica, auditor Platonis.

Theagenis & Æſchinis opes. De pauperibus qvi ſe divites jactant. Sunt & alii duo Theagenes, unus qvi de Homero ſcripſit, & alter qvi propter mollitiem vitæ deridebatur. Vocatus eſt πανὸς fumus, qvia cum multa polliceretur, nihil præſtabat. Idem timidus, & Hecates ſimulacrum habebat qvod conſulebat qvocunqve iret. Inde proverbium: Theagenis Hecatæum. De Æſchine ſupra in σεσιλλῶσθαι.

Theano Metapontina, vel Thuria, Pythagorea, filia Leophronis, uxor

* Vix de Svidæ temporibus hoc verum fuit.

** illa ſunt pyramis, cubus, octaëdron, dodecaëdron, icoſaëdron.

Caryſti vel Crotonis vel Brontini Pythagorei. Scripſi *de Pythagora. De virtute* ad Hippodamum Thurium. *Admonitiones muliebres* & *Apophthegmata Pythagoreorum.*

Theano Cretenſis Philoſopha, filia Pythonactis & uxor magni Pythagoræ ex qvo ſuſcepit Telavgen & Mneſarchum & Myiam & Arignotem. Qvidam ajunt fuiſſe uxorem Brontini & Crotone oriundam. Scripſit *commentarios Philoſophicos* & *apophthegmata*, & *poëma* qvoddam *epicum.*

Θεμιστίων oracula edere, qvod Themis olim ante Apollinem oracula conſulentibus reddiderit. De Apollonio (Philoſtratus) καὶ τὰ λεγόμενα ἴχνη εἶχεν, ὡς ἀπὸ σκήπτρου θεμιστεύοντα.

Themiſtius Philoſophus qvi vixit temporibus Juliani Apoſtatæ, à qvo conſtitutus eſt præfectus CPolis. Scripſit *Ariſtotelis Naturalis auſcultationis paraphraſin libris VIII. Paraphraſin Analyticorum libris II. Apodicticorum libris II. De anima libris VII.* In hoc opere ſingularia qvædam profert de ſcopo & inſcriptione. *Paraphraſin Categoriarum, libro uno.* Item *diſſertationes.*

Themiſtocles &c. ſcripſit Epiſtolas generoſum & excelſum animum ubiqve ſpirantes.

Themiſtogenes Syracuſanus hiſtoricus ſcripſit *Cyri expeditionem*, qvæ inter Xenophontis opera exſtat, & alia qvædam de patria ſua.

Theocrines ſycophanta, qvem perſtringit Demoſthenes pro Cteſiphonte.

Theocritus Chius Orator diſcipulus Metrodori Iſocratici. Scripſit *chrias* idemqvæ factione in Rep. cum Theopompo hiſtorico certavit. Fertur & ejus *hiſtoria Libyca*, & *Epiſtolæ* admirabiles.

Theocritus alter, Praxagoræ & Philinnæ F. Vel ut alii, Simmichi, Syracuſanus. Alii Coum ajunt & deinde Syracuſas migraſſe. Scripſit *carmina bucolica*, doricâ dialecto. Qvidam etiam ipſi tribuunt *Praetidas. Elpidas, Hymnos, Heroinas, carmina epicedia, elegias, jambos* & *epigrammata.* Sciendum eſt tres fuiſſe carminum bucolicorum poëtas, hunc Theocritum, Moſchum Siculum, & Bionem Smyrnæum, ex qvodam oppidulo qvod Phloſſa vocabatur, oriundum.

Theodoctes Ariſtandri F. Phaſelites, Lycius, Orator ſed qvi ad ſcribendas Tragœdias ſe contulit, diſcipulus Platonis, Iſocratis & Ariſtotelis. Hic & Erythræus Naucrates & Iſocrates Apolloniates orator & Theopompus Olympiade CIII. funebres orationes in Mauſoli laudem habuerunt, Artemiſiæ uxoris hortatu. Ac ea quam docuit tragœdia magno cum applauſu victoriam ei peperit. Alii dicunt Theopompum primas tuliſſe. Dramata docuit qvinqvaginta. Mortuus eſt Athenis

Athenis ætatis anno XLI. patre ipſius adhuc ſuperſtite. Scripſit etiam *artem rhetoricam* verſibus, & alia qvædam oratione ſoluta.

Theodericus Afer (Rex Gothorum & Italorum) diaconum habebat orthodoxum qvem valde diligebat & fovebat. Hic exiſtimans ſe Theodorico gratificaturum, ab homouſia fide deficiens, Arii ſententiam ſeqvi cœpit. Theodericus autem hoc cognito, hominem tam charum ſtatim capite plectendum curavit, dicens: *Si Deo fidem non ſervaſti, qvomodo ſacram conſcientiam erga hominem ſervabis?*

Theodoritus, nomen proprium. Θεοδώρητος, donum DEI.

Theodorus Byzantius Sophiſta, qvi a Platone λογοδαίδαλος eſt vocatus, ſcripſit *contra Thraſybulum*, *contra Andocidem* & alia qvædam.

Theodorus, Atheus cognomento qvi Zenonem Citieum, Bryſonem & Pyrrhonem ephecticum audivit, & omnia indifferentia eſſe ſtatuens ſectam Theodoream condidit. Hic multa ſcripſit ad ſectam ipſius ſpectantia, & alia qvædam. Idem ad Hipparchiam dixit: (ex Euripidis Bacchis) hæc eſt ἡ τὰς πρὸς ἵππους ἐκλιπῶσα παρειὰς qvæ *radiis apud telas relictis pallium geſtat.*

Theodorus Gadarenus Sophiſta, ſervili natus genere, Magiſter Tiberii Cæſaris. Deinde de profeſſione Sophiſtica Romæ cum Polemone & Antipatro certavit. Sub Adriano Imp. filium ejus Senatorem fieri contigit. Scripſit *libros III. de iis qvæ in vocibus qværuntur. De hiſtoria librum unum. De theſi, unum. De dialectorum ſimilitudine & demonſtratione libros II. De republica, duos. De Cœleſyria, unum. De facultate oratoria unum*, & alia.

Theodorus poëta qvi verſibus varia ſcripſit, & in Cleopatram carmen.

Theodorus Lector magnæ Eccleſiæ CPol. Scripſit *Hiſtoriam Eccleſiaſticam* à Conſtantini temporibus usqve ad Juſtiniani Imperium.

Theodorus qvi poſt Apollinarem Laodiceæ in Syria (Epiſcopum) exſtitit & Mopſveſtiæ in Cilicia Epiſcopatum adeptus eſt. Hic Apollinari ex diametro contrarius &c.

Theodoſius Philoſophus ſcripſit *ſphærica libris III. Commentarium in Theudæ capita. De diebus & noctibus libros II. Commentarium in Archimedis περὶ σφαίρας. Deſcriptiones adium libris III. Sceptica capita. Aſtrologica. De habitationibus.* Verſibus *de vere* ſcripſit, & alia diverſa. Erat autem Tripolitanus.

S. Theodoſius cœnobiarcha vixit ſub Anaſtaſio Dicoro hæretico.

Theodulus, ſub Juliano Apoſtata martyr (cum Tatiano & Macedonio ut dixit Svidas in Ἀμάχιος.)

Theogiton Demoſtheni, qvem Dinarchus & alii Theogenem appellant.

Theognetus Comicus, ex cujus fabulis ſunt Φάσμα ſive Φιλάργυρος, Φιλοδέσποτος, Κένταυρος, ut Athenæus in Dipnoſophiſt.

Theognis *Megarenſis* ex Megaris *Siciliæ* civitate natus Olympiade LIX. Scripſit elegiam in Syracuſanos in obſidione ſervatos. Sententias verſibus elegiacis ad verſuum MMDCCC. Ad Cyrnum amaſium ſuum gnomologiam elegiacam. *Præcepta moralia*: eaqve omnia verſibus ſcripta. His tamen turpia qvædam & puerorum amores & alia qvæ virtutis amantes adverſantur, immixta ſunt.

Theognis poëta Tragicus valde frigidus, ideo dictus *nix*, unus è XXX. Tyrannis.

Theon Alexdrinus, Philoſophus Stoicus qvi ſub Auguſto poſt Arium vixit. Scripſit *commentarium in Apollodori introductionem phyſiologicam*, itemqve *artis rhetoricæ libros III.*

Theo Smyrnæus philoſophus.

Theon ex Antiochia Daphne, Philoſophus Stoicus, ſcripſit apologiam Socratis.

Theon è Muſeo, Ægyptius Philoſophus, eodem tempore vixit qvo Pappus Philoſophus qvi & ipſe Alexandrinus fuit, ſub Theodoſio majore. Scripſit *mathematica, arithmetica, de auſpiciis & voce corvorum. De ortu canicula. De Nili aſcenſu. In Ptolemæi expeditum Canonem*, & *commentarium in parvum aſtrolabium.* *

Ælius Theon, Alexandrinus, Sophiſta, ſcripſit *Artem Rhetoricam. Progymnaſmata. Commentarium in Xenophontem, Iſocratem & Demoſthenem. Argumenta Rhetorica. Qvæſtiones de ſtructura orationis*, & alia plura.

Valerius Theon, Sophiſta ſcripſit *Commentarium in Andocidem.*

Theon Gymnaſii Sophiſtæ F. Sidonius, Sophiſta in patria docuit, & ſub Imp. Conſtantino Conſul & Præfectus fuit.

Theon Sophiſta Rhetor (σοφιστὴς λόγων ῥητορικῶν) à S. Marcella ſi originem longius repetas, ſi proximam & genus paternum, ab Ecdicio Magiſtro oriundus. Scripſit *Artem Rethoricam* homo non ille qvidem

* Videtur legendum εἰς τὸν μικρὸν Ἀστρολόγον ὑπόμνημα, non εἰς τὸ μικρὸν Ἀστρολάβον. De ſeptem ſcriptis qvæ in parvo Alexandrinorum Aſtrologo comprehendebantur, dixi libro III. cap. 5. §. 12. ſeq.

quidem admodum ingeniosus & acutus, sed discendi cupidus & laboris supra modum amans. Quamobrem brevi temporis spatio maximam eruditionem sibi comparavit, & tam antiquarum rerum quam recentium scientiam animo complexus est. (e Damascio.)

Theophilus Comicus. Ex ejus fabulis sunt ἰατρὸς, Ἐπίδαυρος, παγκρατίαστης (Athenæo Παγκρατιαστὴς) Βοιωτία, Πεσσίδες, Νεοττόλεμος.

Theophilus Imperator Michaëlis Amorræi F. *Michaelis pater*, Copronymi hæresin amplexus, ipsoque nulla in re melior. Cum igitur eadem amentia quæ Manichæum & Arium olim, animum ejus invasisset, persecutionem & ipse contra Ecclesiam cœpit instituere, alter Nectanebo, adjutorem nactus Joannem *Patriarcham*, vel potius Mantiarcham aut Dæmoniarcham, novum revera Apollonium aut *Balaam* nostri temporis, lecanomantem. Ab hoc etiam litteras edoctus, homo varius & sceleratus &c.

Theophilus. Hic ex India reversus Antiochiæ vixit & Ecclesiam quidem nullam assignatam habuit, sed quasi communis quidam fuit (doctor & Episcopus) quem Imperator omni honore & observantia coleret. Erat ille quædam quasi Apostolorum imago, quem Thalassius non exiguo tempore cum illo versatus, & in hujusmodi rebus mendacii minime suspectus, ait Judæam quandam fœminam mortuam ad vitam revocasse.

Theophrastus Melanti fullonis, vel Leonis F. Eresius, auditor Aristotelis & successor scholæ Peripateticæ, ab eo Chalcidem migrante relictæ. Hic ante vocatus est Tyrtamus, sed ob divinam eloquentiam ab Aristotele Euphrastus dictus est, & postea Theophrastus, sicut Plato Διὰ τὸ ἐν τοῖς λόγοις πλάτος propter amplam dicendi copiam Plato fuit vocatus, cum antea Aristocles vocaretur. Discipulos habuit plures quam bis mille: amasius ejus fuit Nicomachus, Aristotelis F. A. Cassandro Antipatri F. in honore habitus est. Decessit assidua scriptione fatigatus, cum ob discipuli nuptias ad paucos dies animum relaxasset. Scripta ejus sunt plurima, in his *Analyticorum priorum III. posteriorum VII. Analysis Syllogismorum. Analyticorum epitome.* Ἀναγωγῶν τόπων, sive *Loci reducti. De lapidibus, De plantis, De metallis. De odoribus.* Characteres & alia.

Δὴ γὰρ ὁ Θεόφραστος, ἕως ἐπόνει μόνον, ἄπης·
Ἦν δίμας· ἀτὰρ ἀνθεὶς κατθανε πηρομελής.
Integer ecce valet Theophrastus, dum labor urget,
Laxatus studio solvitur & moritur.

Theo-

Theophylactus Sophista, cui cognomen erat Simocatta.

Theopompus Chius, Orator, Damasistrati F. vixit tempore interregni Athenienſium, Olympiade XCIII. quando & Ephorus Iſocratis auditor floruit. Scripſit pariter ac Ephorus epitomen *Hiſtoriarum Herodoti libros II. Philippica libris LXXII. Hiſtorias Græcas* qui *libris XI.* conſtant, & inde narrationem ordiuntur ubi Thucydides & Xenophon deſinunt, & complectuntur ea quæ geſta ſunt poſt bellum Peloponneſiacum, & cætera. Scripſit & alia plurima.

Θεώρημα. Arceſilaus Philoſophus erat natura tardus & oſcitans, ἐν δὲ τῇ τέχνῃ τῆς γεωμετρίας ſed artis tamen probe peritus. Hic dixit hianti ſibi Geometriam in os involaſſe.

Theoris fatidica, ob impietatis crimen multata morte. Demoſth. contra Ariſtogitonem.

Θεωροὶ qui ad oraculum mittebantur: & omnes rerum divinarum cuſtodes & curatores, ὄψις enim curam ſignificat.

Θεὸς. Philo cum verba Θεὸς Κύριος interpretaretur, ſummæ Trinitatis notionem habuit. Græci ſtatuunt Deum eſſe animal immortale, ratione præditum, perfectum, intelligens, beatum, in quod malum non cadit, curam gerens mundi & eorum quæ in mundo ſunt, non tamen humana forma præditum: opificem hujus univerſi & tanquam patrem omnium: partemque ejus per omnia penetrantem variis nominibus pro diverſis facultatibus appellari.

Θεὸς ἡ αἰναίδεια. Colebatur Athenis Impudentia, eique templum erat, ut tradit Iſter libro XIV.

Theramenes Athenienſis, Orator, Prodici Ceii diſcipulus, cognominatus *cothurnus*. Scripſit *declamationes rhetoricas*, & alia quædam.

Therapevtæ. Philo in libro de vita contemplativa ſcripſit de aſceti Hebræorum &c.

Theſeus hiſtoricus ſcripſit *virorum illuſtrium vitas libris V. Corinthiacorum libros III.* in quo opere de Iſthmicorum ludorum inſtitutione agit.

Θέσις, ſecundum Ariſtotelem eſt paradoxa opinio alicujus viri in philoſophia clari, ſive problema. Veluti utrum omnia continuo fluant & ſemper gignantur & nihil unquam ſit, ſecundum Heraclitum. Vel utrum id quod eſt unum, ſit & immobile, ut Parmenidi videtur. Vel utrum motus ſit, an non, ut Zenoni viſum. Vel utrum ſanitas bonum ſit, an non, ut placet Chryſippo. Et utrum contradicere liceat, an non, ut Antiſtheni probatur. Opponitur id quod θέσιν eſt & quod φύσει

φύσιν sive natura. Etiam rhetorica problemata qvidam theſes vocant. Ariſtoteles hypotheſes.

Theſmothetæ magiſtratus Athenis viri ſex, ex novem archontibus. Hos leges qvotannis correxiſſe docet Æſchines contra Cteſiphontem.

Theſpis ex Icario Atticæ populo Tragicus, decimus ſextus ab Epigene Sicyonio primo Tragico. Alii ſecundum ab eo faciunt, alii primum tragicum fuiſſe affirmant. Hic primùm ceruſſa facie illita tragœdias egit; Deinde faciem andrachna in docendis fabulis texit: Poſtea larvarum lintearum uſum introduxit. Docuit fabulas Olympiade LXI. & inter tragœdias ejus commemorantur Ἆθλα Πελίου ἢ Φορβάς, Ἴκαριοι, Πενθεύς.

Theſpis citharœdus, de qvo Ariſtoph.

Thucydides Olori F. Athenienſis, filium habuit Timotheum. Maternum genus à Miltiade duce, paternum ab Oloro Thracum Rege duxit, Antiophontis diſcipulus, clarus circa Olympiadem LXXXVII. Scripſit *Peloponneſiorum & Athenienſium bellum*. Hic puer adhuc Herodotum Olympiæ hiſtorias ſuas recitantem cum audiviſſet, qvaſi Numinis alicujus inſtinctu lacrymari cœpit. Herodotus igitur patri gratulatus eſt de filii indole. (*Supra in* ἐγγῶσα) nec eum judicium ſuum fefellit. Hic Thucydides artium præcepta probe callebat, & elegantia orationis, accurata rerum notitia, artibus imperatoriis conſiliisqve excellebat, & in argumentis panegyricis. Solet à genere fœminino ad neutrum tranſire, ut: Τρίπυλα εἰς Μακεδονίαν ἡΦ' ἵππε.

Thuriomantes. Athenienſes ad urbem Thuriam condendam decem viros miſerunt, inter qvos fuit *Lampon* vates, qvi urbis condendæ rationem & modum alios doceret.

Θύϊνα, ex thyino ligno confecta. Sub Zenone Imp. in Cypro inventæ ſunt reliqviæ Barnabæ Apoſtoli, qvi *Paulo* fuit peregrinationis comes. *Hujus* Barnabæ pectori impoſitum erat Evangelium ſecundum Matthæum, thyina habens folia.

Θυρεατανίωτης. *Supra*, Crates *Thebanus*.

Tiberius Philoſophus & Sophiſta, ſcripſit *de formis orationis libros III. De commutatione. De hiſtoria. De diſpoſitione & compoſitione orationis. De civilis orationis mutatione. De demonſtrativis orationibus. De præfationibus & proœmiis. De argumentis. De Demoſthene & Xenophonte. De Herodoto & Thucydide.*

Timachidas Rhodius, *cenas* sive Δεῖπνα ἐπαγγελτικὰς ſcripſit carmine Heroi-

co *libris VI*, Et Numenius ὀψαρτυτικῶν five *de ratione cibos condiendi libros* compoſuit, & Maſtreas (Μαστρέας apud Athenæum) Pitanæus, & Hegemon Thaſius, cognomine Φακὴ five *Lens*, & Artemidorus pſeudo Ariſtophanius qvi *culinaria vocabula* collegit, & Philoxenus Claudii F. (apud Athenæum Δευκαδίων) à qvo etiam *Philoxeniæ* placentæ nomen habent.

Timæus hiſtoricus Ephorum vehementer inſectatus eſt, duobus ipſe peccatis obnoxius, tum qvod alios acerbe criminetur ob ea qvibus ipſe conſtringitur, tum qvod animo corrupto fuerit & improbas ſententias libris ſuis inſeruerit. Qvod ſi Calliſthenes merito pœnas pendit qvod Alexandrum in Deorum numerum referre voluit, qvid meruit Timæus qvi Timoleontem μείζω ποιεῖ τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν ſupra ſplendidiſſimos Deos extollit? &c. Scripſit *de Syria ejusqve urbibus & regibus libros III.*

Timæus Locrus, Philoſophus Pythagoreus. Scripſit *Mathematica. De Natura. De Pythagoræ vita.*

Timæus Andromachi F. Tauromenites, Philiſci Mileſii diſcipulus, multus in aliis reprehendendis, unde dictus eſt ἐπιλήπτωρ, etiam γραυλόπυγια, qvod qvævis ſine delectu in ſcripta referret. Scripſit *Italica & Sicula libris VIII. Græca & Sicula. Collectionem argumentorum Rhetoricorum, libros LXVIII. Olympionicas* ſive χρονικὰ πρεσβύδια, *Acta Chronica.* Hic Timæus qvi anteriorum hiſtoriæ ſcriptorum errores acerbiſſime caſtigavit, fuit qvidem in cæteris hiſtoriæ partibus ſtudioſiſſimus veritatis, ſed in qvinqve libris poſtremis qvibus res Agathoclis complexus eſt, tyrannum illum à qvo in exilium pulſus fuerat, omnibus conviciis onerat, hominemqve ignaviſſimum fuiſſe affirmat, illum Syracuſanorum victorem, qvorum tamen fortitudinem omnibus effert paginis &c.

Timagenes regii argentarii F. Alexandrinus Rhetor: vel ut qvidam, Ægyptius qvi ſub Pompejo Magno Romam à Gabinio captivus ductus, & à Fauſto Syllæ F. redemtus. Romæ eloqventiam docuit, cùm ſub ipſo Pompejo, tum poſt ipſum ſub Cæſare Auguſto & poſtea, eodem qvo Cæcilius tempore. Cum autem ob dicendi libertatem ſcholâ excidiſſet, in prædio Tuſculano vitam transegit. Obiit Dabani poſt cœnam cum vellet vomere, σφηνωθεὶς, cibo exitum non inveniente ſuffocatus. Multos libros ſcripſit.

Timagenes hiſtoricus, *totius maris periplum* ſcripſit *libris V.*

Timæ-

Timagenes ſive Timogenes Mileſius, Hiſtoricus & Rhetor ſcripſit *de Heraclea Ponticâ & claris ejus urbis viris libros quinque.* Item *Epiſtolas.*

Timarchus Arizeli F. prodigus & cinædus, quem Æſchines reum peregit &c.

Timaſion adoleſcens Ægyptius quem Apollonius Tyaneus cum moneret ut ſecum philoſopharetur, O Dii, inquit, qualem me dicam? nam malus quidem non ſum, bonum vero utrum me exiſtimari oporteat neſcio &c. (ex Philoſtrato,)

Timeſitheus Tragicus, ejus dramata ſunt, Δαναΐδες β', Ἔκλογοι λύτραι, Ἡρακλῆς, Ἴξιων, Καπανεύς, Μίμνων, Μητέρες, Ζηνὸς γοναί, Ἑλένης ἀναίτησις, Ὀρέστης, Πυλάδης, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης.

Timocles Athenienſis Comicus. Ex ejus fabulis ſunt: Δημοσάτυροι, Κίνλαυροι, Καύνιοι, Ἐπιστολαί, Ἐπιχαιρέκακοι, Φιλοδικαστής, Πύκτης. Memorat Athenæus in libris Dipnoſophiſtarum.

Timocles alter & ipſe Comicus, ex cujus fabulis, ut teſtis idem Athenæus, ſunt Διονυσιάζουσαι, Πολυπεράγμων, Ἰκαρίοι, Δῆλοι, Λήθη, Διόνυσοι, Κονίσαλοι, Ποιρώρα, (quæ aliis Xenarchi eſſe videtur) Ἥρωες, Δραπέτιον, Νέαιρα, (meretricis hoc nomen) Ὀρέστης, Μαραθώνιοι. Sunt & aliæ quædam.

Timocreon Comicus & ipſe veteris Comœdiæ. Huic inimicitiæ interceſſerunt cum Simonide Melico & Themiſtocle Athenienſi, in quem etiam carmine (δι' ἐμμελοῦς λοιδορίας πολιτικοῦ) vituperationem contexuit. Scripſit vero Comœdiam in Themiſtoclem & Simonidem, aliaque.

Timolaus Lariſſæus Macedo, Rhetor, Anaximenis Lampſaceni diſcipulus, qui cum ingenio poëtico eſſet præditus, ſingulis Iliadis verſibus ſingulos verſus interſeruit & id opus Τρωϊκὸν inſcripſit, hoc modo:

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
Μαραθωνίους ὄντας. Τρωσὶν δ' ἅτερ παλέμιζον ἄναντες,
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς αἴδι προΐαψεν,
Ἑλλήνων ἐν παλαίμοισι δαζομένων ὑπὸ δηΐ.

Scripſit & alia quædam.

Timon Miſanthropus, Philoſophus qui ſectam omnem averſabantur, ut inviſus omnibus (ab Ariſtophane in Lyſiſtrata) perſtringitur. Hunc Neanthes ait, cum de pyro ſylveſtri cecidiſſet, claudum factum eſſe: cumque medicum nollet admittere, putredine conſumtum fuiſſe.

Poſt mortem autem ejus, ſepulchrum in quo conditus erat, juxta viam fluctibus marinis à reliqua terræ parte diviſum & inacceſſum factum eſſe.

Timon Phliaſius, & ipſe *Philoſophus*, qui ſcripſit *Sillos* hoc eſt vituperationes Philoſophorum, *libris III.*

Timotheus Athenienſis, Comicus mediæ Comœdiæ. Ex ejus fabulis ſunt: πύκλης, Θρασαλαθήκη, μεταβαλλόμενος ἢ μεταφερόμενος. Eſt etiam Κυναίριον Timothei Comœdia teſte Athenæo in Dipnoſophiſtis.

Timotheus Therſandri vel Neomyſi vel Philopolidis F. Lyricus, qui decimam & undecimam chordam (lyræ) addidit, & antiquam muſicam ad molliorem modum traduxit. Fuit autem temporibus Euripidis Tragici, quibus & Philippus Macedo regnabat. Obiit ætatis anno XCVII. Scripſit verſibus nomos muſicos XIX. *Proœmia* XXXVI. Dianam, Diaſcevas VIII. Encomium. Perſas ſive Nauplium. Phinidas. Laërtem. Dithyrambos XVIII. Hymnos XXI. & alia quædam. Alexander *Muſicorum* audiendorum, ſi quisquam alius, cupidus fuit. Timotheum enim tibicinem ajunt, cum aliquando Minervæ ἔρθιον νόμον tibia caneret, Alexandrum adeo commoviſſe, ut inter audiendum ad arma proſiliret. Timotheum autem dixiſſe, talia eſſe debere carmina regia. Hic tunc miſſis celeriter nunciis erat ab Alexandro arceſſitus.

Timotheus Gazæus Grammaticus temporibus Anaſtaſii Imp. in quem etiam tragœdiam fecit de vectigali publico quod chryſargyrum appellabatur. Scripſit etiam verſibus de animalibus quadrupedis & feris quæ ſunt apud Indos, Arabes & Ægyptios, quasque Africa alit: itemque de avibus peregrinis & inſolitis & de ſerpentibus libros IV.

Τιθύμαλλος. Conſueverunt Medici oſtentationis gratia patrias herbarum nominare, v. g. laſer Cyrenaicum, tithymallus Laconicus &c.

Τίτλος. Titulus à capite differt. Nam Matthæus habet titulos LXVIII. capita CCCLV. Marcus titulos XLVIII. capita CCXXXVI. Lucas titulos LXXXIII. capita CCCXLVIII. Joannes titulos XVIII. capita CCXXXII. Et Τιτλάριον, titularium, pugillares, tabella.

Titus Romanorum Imp. Veſpaſiani F. vir omni virtutis genere ornatus ut ab omnibus ἐρως καὶ ἰουφη amor & deliciæ generis humani vocaretur. Nam & eloquentiſſimus erat, & bellicoſiſſimus, & moderatiſſimus. Et Latina lingva quidem in adminiſtrandis publicis negotiis uſus eſt, poëmata vero & tragœdias Græce compoſuit. Expugnatis Hieroſolymis coronas à legatis finitimarum Palæſtinæ gentium miſſas repudiavit

diavit, profeſſus non ſe ea feciſſe, ſed Deo Judæis infenſo manus commodaviſſe &c.

Τὸ Δίωνος γρύ. Dion Alexandrinus Philoſophus celebris, cum à quibusdam adverſariis fratris ſui, Topſii, luctatoris, maledictis proſcinderetur, nihil reſpondit, atque in ædes ſuas reverſus nihil iracundiæ præ ſe ferens adoleſcenti (Topſio) ne γρῦ quidem dixit. Γρῦ, ſordes ungvium.

Τὸ Ἡσιόδου γῆρας, Heſiodea ſenectus. *Pindari* Epigramma:

Χαῖρε δὶς ἡβήσας ᾧ δὶς τάφῳ ἀντιβολήσας
Ἡσίοδ' ἀνθρώπους μέτρον ἔχων σοφίης.
Salve bis juveris, ſalve bis nacte ſepulchrum,
Menſura humani o Heſiode ingenii.

Τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς ἄξας. Hippocratis (non Medici) filios perſtringunt Comici ut indoctos & ſpurcis moribus. Eorum nomina: Teleſippus, Demophon, Pericles.

Τῶν εἰς τὴν φαρέτραν. Ajunt Scythas cubitum ituros in promtu habere pharetram, atque ſi diem illum absque moleſtiis transegerint, calculum album in pharetram conjicere; ſi ſecus, nigrum. Cum igitur aliquis moreretur, prolatis pharetris calculos numerabant, & pluribus albis repertis felicem prædicabant defunctum. Hinc dies albus pro felici.

Τόπος. Ariſtotelis Topica inſcribitur opus, quod loci in illis traduntur, quibus inſtructi de qualibet re propoſita probabiliter argumentari poſſumus. Quidam cenſent librum primum non Topicum ſe πρὸ τῶν τόπων, *ante locos* inſcribendum eſſe &c.

Tragiamborum primus inventor Apollodorus Aſclepiadis F. Grammaticus. (Supra, Apollodorus.)

Trajanus Patricius. Hic ſub Juſtiniano Rhinotmeto floruit, Chronicumque breve ac præſtantiſſimum σύντομον καὶ θαυμάσιον ſcripſit. Erat idem chriſtianiſſimus & maxime orthodoxus.

Svetonius Tranquillus, Grammaticus Romanus ſcripſit *de Græcorum ludis librum I. De Romanorum ſpectaculis & ludis libros II. De anno Romano librum I. De notis quarum uſus eſt in libris* περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων *librum I. De Ciceronis Rep. librum I.* in quo contradicit Didymo. *De nominibus propriis & formis veſtium & calceorum & reliquorum quibus quis veſtitur.* Περὶ δυσφήμων λέξεων *de verbis mali ominis* ſive de maledictis, & unde horum quodque. *De Romæ ejusque inſtitutis & moribus libros II.* Συγγενικὸν Καισάρων *Familiam Cæſarum*, quod opus continet

eorum vitas & ſucceſſiones à Julio usque ad Domitianum *libris VIII. Stemma illuſtrium virorum Romanorum.*

Τρία Στησιχόρου, Tria Steſichori, id eſt Strophen, Antiſtrophen, Epodon. Tota enim Steſichori poëſis eſt epodica. Et hominem prorſus imperitum perſtringere volentes eum ne tria quidem Steſichori noſſe dicebant.

Tribonianus Macedoniani F. ex cauſidicis præfectorum prætorio, gentilis & impius, à Chriſtianorum fide prorſus alienus, idemque adulator & impoſtor, qui Juſtiniano, cujus erat quæſtor, conabatur perſvadere, eum non moriturum ſed vivum in cœlum translatum iri. Ingenii acie valebat & apicem eruditionis attigerat, ita ut nullum ætatis ſuæ mortalium hac laude ſuperiorem haberet. Sed legum nundinationi erat deditus, & inexplebili avaritia, quam ſplendore ſummæ eruditionis obſcurabat.

Tribonianus Sidetes ex cauſidicis præfectorum prætorio, & ipſe vir multifariæ eruditionis. Scripſit verſibus *commentarium in Ptolemæi Canonem. Concentum mundani & harmonici diathematis.* εἰς τὸν πολιτεύοντα καὶ διοικοῦντα, *in gubernantem & adminiſtrantem. In planetarum domicilia* & cur ſingulis domicilium hoc vel illud attributum ſit. *De XXIV. pedibus metricis rhythmicis. Metaphraſin Homerici navium catalogi. Dialogum Macedonium* ſive *de felicitate. Vitam Theodoti Philoſophi, libris III. Orationem Conſularem*, proſaice, in Juſtinianum Imp. *Orationem de regno*, in eundem. *De menſium permutatione*, verſibus.

Tribunus. Hic tempore Choſrois vixit, genere Palæſtinus vir eruditus & arte medica nulli ſecundus, ſingulari idem moderatione, & pietate in DEum præditus. A Juſtiniano impetravit Choſroës ut apud ſe uno anno manere illum ſineret. Illo elapſo juſſit petere à ſe quicquid vellet. Ille nihil aliud quam captivorum aliquot Romanorum poſtulavit libertatem, quibus alios ter mille Choſroës addidit.

Triphyllius Epiſcopus, diſcipulus Spyridonis Cyprii thavmaturgi, cujus miracula litteris mandavit. Multa enim fecit Spyridon ut in vita ejus verſibus jambicis ſcripta traditur, quæ quærenda ſunt ut valde utilia.

Τριταγωνιστής. Æſchinem multis in locis perſtringit Demoſthenes ut hiſtrionem Tragicum viliſſimum, in tertio ordine eum numerans. Primus Sophocles uſus tribus hiſtrionibus & tritagoniſta. (Supra in Sophocle.)

Troilus Sophiſta qui CPoli docuit. Scripſit *Orationes civiles. Epiſtolarum libros VII.*

Τρόμε-

Τρίμητος. Demosthenes Æschinem inter alia dicteria vocat etiam γραμματοτύφωνα & filium cujusdam Trometis, literatoris sive primorum elementorum doctoris.

Τρόπαια. Antiqvi Attici circumflectunt in penultima, τροπαῖον, recentiores in antepenultima acuunt, τρόπαιον. Antiqva vero lingva Attica est illa, cujus principes fuere Eupolis, Cratinus, Aristophanes, Thucydides. Nova, cujus Menander & alii.

Τροφώνιος. τροφωνὶς κατὰ γῆς παίγνια. Lebadiæ in (in Macedonia) fuit oraculum qvod descensu dictum καταβάσιον. Erant vero fauces qvædam qvæ tantum extremas pedum hominis partes capere poterant. Deum igitur consulturi, per certos prius dies servata castitate, & sacro habitu ornati ambabus manibus melittutas sive placentas melle conspersas tenentes, ad fauces illas sedebant, & repente sub terram abripiebantur.

τρυγοκωμῳδία sic dicta qvod victores præmium acciperent τὴν τρύγα hoc est vinum novum. Vel qvod olim, cum larvæ nondum inventæ essent, τρυγὶ fæcibus ora perungerent.

Τρυγοδαίμονες veluti Cacodæmones dicti (Comici veteris Comœdiæ) qvod obscœni essent & impii & cavillandi studio totos se dederent.

Tryphiodorus Ægyptius Grammaticus & poëta Heroicus. Scripsit *Marathoniaca. Ilii excidium. De Hippodamia. Olyssea m littera (Σ) carentem*, sive poëma de laboribus Ulyssis & iis qvæ fabulæ de illo tradunt.

Tryphon Ammonii F. Alexandrinus, Grammaticus & Poëta, qvi vixit Augusti temporibus & ante. Scripsit *de pleonasmo dialectorum qvæ sunt in Æolica lingva libros VII. De Dialectis qvæ sunt apud Homerum & Simonidem & Pindarum & Alcmanem aliosqve Lyricos. De Hellenismo (περὶ τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου) & dialecto Argivorum, Himeræorum, Rheginorum, Dorienfium & Syracusorum. De inflexionum analogia librum I. De recti casus analogia. De nominibus comparativis librum I. De monosyllaborum analogia. De nominum characteribus librum I. De verborum gravitonorum analogia librum I. De verbis encliticis, infinitivis, imperativis, optativis, denique omnibus. De orthographia & iis qvæ in ea qværuntur. De spiritibus & tropis:* & alia.

Tyrannio Epicratidis & Lindiæ Alexandrinæ F. Amisenus, qui Corymbi nuncupabatur. Vixit sub Pompejo Magno & ante, discipulus cum aliorum tum etiam Hestiæi Amiseni, a qvo etiam Tyrannio dictus est, qvod condiscipulos exagitaret, cum antea Theophrastus diceretur.

Postea

Poſtea etiam Dionyſium Thracem Rhodi audiit, æmulusqve fuit Demetrii Erythræi. Idem Romam captivus à Lucullo ductus eſt qvum Mithridatem Ponticarum gentium Regem ille debellaſſet. Romæ vero clarus & dives factus, librorum etiam ultra triginta millia ſibi comparavit. Senex obiit, podagra confectus, Olympiadis CXX. anno tertio.

Tyrannio junior, Phœnix, Artemidori F. diſcipulus Tyrannionis ſenioris unde etiam nomen tulit, cum antea Diocles vocaretur. Captus bello inter Antonium & Cæſarem, Dymantes qvidam Cæſaris libertus redemit. Poſtea Terentiæ Ciceronis uxori donatus eſt, à qva manumiſſus, Romæ docuit & libros ſcripſit LXVIII. ex qvibus ſunt: *De Homerica proſodia*, *De partibus orationis*, in qvo libro dicit nomina propria eſſe individua, ἄτομα εἶναι τὰ κυρία ὀνόματα, appellativa vero, primitiva: & participalia, derivativa. *De lingva Romana*, eam à Græca oriundam eſſe. *Antigenis Dialectus Romana. Recentiores poëtas ab Homero diſſentire. Enarrationem partitionis Tyrannionis* (ſenioris) *Correctionem Homericam. Orthographiam.*

Tyrannio Meſſenius, Philoſophus. *Scripſit libros III. de augurüs.* Exſtant & alii ejus libri utiles.

Tyrannus Sophiſta ſcripſit *de ſtatibus cauſarum & diviſione orationis libros X.*

Tyrtæus Archimbroti F. Lacon aut Mileſius, poëta elegiacus & tibicen, qvem ferunt carminum ſuorum cantu Lacedæmonios ad prælium incitaſſe, & ſic effeciſſe ut bello contra Meſſenios victoria potirentur. Eſi autem antiqviſſimus, æqvalis ſeptem illorum qvi Sapientes vocantur, aut etiam antiqvior. Floruit Olympiade XXXV. Scripſit Remp. Lacedæmoniis, & præcepta vitæ verſibus elegiacis itemqve μέλη πολεμιστήρια, carmina bellica libris V. Lacedæmonii juraverant ſe vel Meſſenam capturos, vel mortem oppetituros. Cum autem oraculum juſſiſſet ducem ab Athenienſibus petere, Tyrtæum poetam, hominem claudum ab iis acceperunt, qvi ad virtutem eos cohortando, vigeſimo anno Meſſenam cepit: qvam Lacedæmonii ſolo æqvarunt, & captivos inter Helotas retulerunt.

Valentinianus Imp. Rom. Chriſtianus, qvamvis Chriſtum ejusdem cum Patre naturæ eſſe ſentiret, tamen diverſo cultui deditos nulla re vexavit. Valens autem Ariana infectus labe, multos in exilium perpulit, qvo tempore Eccleſiæ Romanæ Liberius præfuit, Alexandri-

næ

nus Athanasius, CPolitanæ Eudoxius Arianæ impietatis magister. &c.

Valens Romanorum Imp. Episcopos in exilium misit & presbyteros & Monachos, Tatiano tunc Alexandrinam Ecclesiam regente, multosqve Christianos excruciavit, & qvosdam etiam igni tradidit. Hæc autem omnia post Athanasii obitum fecit. Orthodoxi ex CPoli legationem ad Valentem Nicomediam miserunt, viros ex ordine sacro LXXX. qvorum principes erat Theodorus, Curbagus & Menedemus, qvos universos cum ipsa nave succendi jussit, qvæ Dacibyza usqve cum perveniisset, ibi dissoluta est. Hujus tempore Lucius Arianus Ecclesiam (Alexandrinam) tanqvam lupus invasit, Petro Romam fugiente, taliaqve edidit facinora, qvalia ne in gentilium qvidem persecutionibus patrata fuerunt. Nam tria hominum millia emisit qvi viros pios in deserto trucidarent & dissiparent.

Varus Laodicensis Sophista, Polemonis & aliorum æqvalis.

Julius Vestinus Sophista, scripsit *compendium Pamphili glossarum libris IV*, *Voces selectas ex Demosthene*, *Thucydide*, *Iseo*, *Isocrate*, *Thrasymacho & aliis oratoribus collectas.*

Ulpianus Emesenus Sophista. *Scripsit de patria Emesa*, *de Heliopoli*, *de Bosporitis* & aliis plurimis. *Progymnasmata. Artem Rhetoricam.*

Ulpianus Antiochenus Syrus, Sophista qvi prius Emesæ docuit temporibus Imp. Constantini. Varias scripsit orationes, Declamationes, Dispurationes, λόγυς, μελέτας, διαλέξεις, & alia qvædam.

Ulpianus Gazæus.

Ulpianus frater Isidori Philosophi, ingenio optimo præditus ad Mathematicas scientias, unde nomen ejus Athenis celebre fuit. Et Syrianus admirans ejus ingenium, multis narravit nullam ipsi clavem adeo intricatam & artificiose compositam offerri potuisse, qvam non facile aperiret: sed in reliqua Philosophia nihil memoratu dignum edidisse. Juvenis & cœlebs de vita decessit, magna suæ bonitatis laude apud homines relicta &c.

Uranius, Syrus, CPoli oberrabat, artem professus medicam, qui cum ex Aristotelis dogmatibus nullum perfecte nosset, inani variæ doctrinæ opinione turgebat. Hic cum Areobindo legato ad Persas profectus est &c. (ex Agathia.)

Xanthus Candaulis F. Lydus Sardianus qvi vixit eo tempore qvo Sardes captæ fuerunt. Scripsit Lydiacorum libros IV. in qvorum secundo narrat Gygen Lydorum Regem mulieres castratis utiis semper æta-

te & forma florentibus uteretur. Idem refert Alcimum qvendam in illa regione regnasse, hominem religiosissimum & clementissimum, cujus tempore & alta pace & opibus (*Lydia*) floruerit &c.

Xenarchus Comicus, ex ejus fabulis est Συναλίαι, teste Athenæo, ll. Dipnosophist. nec non Περφύρα, Σκύθαι, Δίδυμοι, Πανδαλεῖς, Περίανδρος, Γῆρυς, Στρατιώτης.

Xenocrates Agathonis vel Agathanoris F. Chalcedonius, discipulus & successor Platonis, post Speusippum, qvem excepit Polemon, & hunc Crantor. Hic missa sibi ab Alexandro Macedone triginta talenta ad eum remisit, dicens Regem, non Philosophum indigere pecunia. Scripsit *de Platonis Republica*. Celebratur ejus temperantia & castitas. *Hic* (imo alius, ut suspicor) scripsit ἐγκωμιαστικὸν ἐπιτάφιον, Vide supra in ἐγκωμιαστικόν.

Xenophanes elegia qvadam &c. (de Pythagora ex Laërtii VIII. 36. seq.)

Xenophon Grylli F. Athenienſis, Philosophus *Socraticus*, qui primus vitas *Philosophorum* scripsit & ἀπομνημονεύματα five dicta factaqve memorabilia, Filios ex Philesia suscepit Gryllum & Diodorum, qvi etiam Dioscuri vocati fuerunt. Ipse vero *Attica apis* cognominatus est. Condiscipulus Platonis fuit, floruitqve Olympiade XCVIII. Scripsit libros supra XL, è qvorum numero sunt hi: *De institutione Cyri libri VIII.* *De expeditione Cyri libri VII.* *Rerum Græcarum libri VII.* *Convivium* & alia multa. Militavit contra *Persas*, cum Cyro profectus adversus Artaxerxem fratrem &c.

Xenophon Antiochenus Historicus. Scripsit *Babylonica* qvod est opus amatorium.

